OPERÆ HORARUM SUBCISIVARUM, SIVE MEDITATIONES HISTORICÆ:

CONTINENTES ACCURATUM DELE-
ctum memorabilium Hiſtoriarum, & rerum tam veterum, quam recentium, ſingulari ſtudio invicem collatarum, quæ omnia lectoribus uberem admodum fructum, & liberalem pariter oblectationem afferre poterunt.

CENTURIA SECUNDA.

Vna cum Indice locupletiſſimo.

PHILIPPO CAMERARIO I. F. JURISCONS. ET REIPUBL. NORICÆ à CONSILIIS AUCTORE.

Cum Gratia & Privilegio Cæſ. Majeſt.

(o)

FRANCOFURTI,
Prælo Hoffmanniano.
Impendio Ioachimi VVildii, Bibliopolæ Roſtoch.
ANNO M DC LVIII.

VOTUM ET DEDICATIO
Auctoris C. S. S.

COgitationes, conatus, lucubrationes, labores, operæ, &[illegible]liqua , quæ in hac altera parte & editione correct[illegible]que auctiore ſubciſivarum horarum coacervata cum[illegible] ſunt , hæc omnia potiſſimum publico bono , dei[illegible] quietis atque veritatis, bonarumque artium & parti[illegible] non Hiſtoriarum Studioſis ingeniis iterum ac iter[illegible]cata conſecrataque ſunto. Quæ renovata & reiter[illegible]ti libamina, ſi Reipub. uſui, & ejusmodi hom[illegible] pabuli animi grata acceptaque fuerint, & ex iis non [illegible]ctatiunculam propter varietatem rerum & ſim[illegible] Hiſtoriarum invicem collatarum ; Sed etiam n[illegible]tatem hauſerint perceperintve : Ex voto auctor[illegible]ſebit : Sin ſecus, ea omnia , quæ in hac denuo Edit[illegible] Centuria congeſta cumulataque ſunt, pereant, de[illegible]rita infectaque ſunto. Hæc ſunt præcipua deſide[illegible] auctoris. Quæ ſi rata fuerint, bene actum eſt, [illegible] inchoatas ſimiles Operas Tertiæ Centuriæ dextr[illegible]bus auſpiciis abſolvendum. Sin irrita, intermi[illegible] cœpta tineis paſcendis ſeponuntor.

LECTO

LECTORI AUCTOR S.

RECTE Cedrenus ita monet: : *Qui libros ſcribit, facit hoc, aut ſibi commentarium parandi cauſa: aut utilitatis, aliorumve gratia, aut utriusq; ergo: aut ad nocendum, aut coactus.* Equidem ex hac monitione, quæ eligenda vel vitanda ſint, mihique conveniant, quum quisq; ſecum habitare debeat, optime mihi conſcius eſſe videor.

Primum ſane me facere ſolitum, non inficior: Lectio enim hiſtoriarum, & notationes memorabilium rerum ex iis, me mirum in modum delectant, & perturbato animo ſuave remedium afferunt. Quemadmodum enim videmus apem omnibus floribus inſidentem, à ſingulis, quod utile ſit accipere, ſic juvat doctrinæ cupidos, nihil non attingere, & undique, quæ ſunt utilia, colligere. Alterum vero, utilitatem vel emolumentum privatum, me potiſſimum reſpicere, plane nego: aliorum vero gratiam aucupari ulterius non ſoleo, niſi quatenus veritas, & candor id patitur. Utrumque autem ita obſervavi, ut optem utilitatem aliquam tam ad me, quam ad omnes legentes mea ſcripta redundare inde poſſe, ut animo cultiores, ex varia cognitione hiſtoriarum & diverſis eventibus evadere poſſimus: Fateor enim cum D. Auguſtino, me ex eorum numero eſſe, qui ſcribunt proficiendo, & ſcribendo proficiunt. Cæterum tertium, quemadmodum prorſus averſor: bonus vir enim potius ad benefaciendum, quam ad nocendum aliis debet eſſe cupidus & promptus: Ita quoad quartum, me nihil oſtentandi

§ 2 cauſa

cauſa ſcripſiſſe, ſimplex veraque narratio & allegatio gen[illegible] riarum & factorum, me à talis vitio excuſabunt. Etenim me n[illegible] git, hiſtoriam nudam & ſimplicem decere veritatem, nullo m[illegible] tam fuco: Poſtremo ingenuè fateor, me non ſponte, neque ad ed[illegible] prioris, neque hujus ſecundæ Centuriæ ingeſſiſſe, ſed quodam m[illegible] tatione & petitione magnorum & egregiorum virorum, in ho[illegible] theatrum coactum prodiiſſe. Optime enim mihi conſcius meæ te[illegible] & imbecillitatis ſum, mihique perpetuo Seneca aurem vellit[illegible] ita monentem audire mihi videor: QVOTIES ALIQVI[illegible] PTURUS ES, SCITO TE MORUM TUORUM [illegible] GENII HOMINIBUS CHIROGRAPHUM DA[illegible] *[illegible] judicando enim criminoſa eſt celeritas, ait Mimus, unde [illegible] Regi præcipit, conſiderare eum debere ſemper, quid vel di[illegible] ne in errata quam minima incidat. Quibus addo etiam ſ[illegible] buti pudorem meum, ne conatus mei egrediantur terminos pu[illegible] continentiæ. Vnumquemq; enim, teſte D. Hieronymo, f[illegible] pta, & authorem prætereunt, atque ut filii etiam defor[illegible] etiam ſcriptorem indecori ſermones ſui palpant: Rect[illegible] nus Iunius, prurientem iſtam quidvis chartis illinendi lib[illegible] beiter aboriri ſolere, cæcosq; parere catulos. Meus autem [illegible] tentio animi, in hoc & priori libro potiſſimum eo ſpectat [illegible] cum novis ſimilibus, veluti* παράλληλα *conferre ſtuduerim [illegible] cundi ſane varietate, ob diverſitatem rerum & hiſtoria[illegible] nim eſt factum, inquit Eccleſiaſtes Salomonis, quod non f[illegible] Quid eſt, quod quiſquam fecerit, quod non deinceps alii f[illegible] Nihil enim novi geritur ſub Sole. Eſt ne aliquid, de quo p[illegible] ce hoc novum eſt. Nam ante quoque accidit, ſuperioribus [illegible] tibus, & temporibus, quæ nos anteceſſerunt.*

De hiſtoriarum autem laude & utilitate egregia multa [illegible] ſtant, ita ut mei propoſiti non ſit ea veluti repetere, & [illegible] in [illegible] de re manifeſta & clara dicitur, probare nivem eſſe a[illegible] poſſum me continere, quin unum atque alterum elogium, [illegible] dationem hiſtoriarum. una cum hortatione, lect[illegible] vocem. Præclarum eſt, inquit Gregorius Nazianzenus [illegible]

[illegible]

AD LECTOREM.

mentem hiſtoriarum cognitione inſtructam ac refertam habere. Hiſtoria enim conglobata quadam & coacervata ſapientia eſt, hominumque multorum moles in unum collecta. Qualis autem in hiſtoriis legendis delectus habendus ſit, nos ita docet Dionyſius Halicarnaſſæus in procemio Romanarum antiquitatum: Hiſtoricis eligenda ſunt argumenta præclara & magnifica, & quæ magnam utilitatem lectoribus afferunt, deinde cum magna diligentia & induſtria idonea ſubſidia ad argumentum ſcribendum paranda. Poſtremo Baſilij Imperatoris Græci monitio & commendatio lectionum hiſtoriarum, ad Leonem filium ſucceſſorem ſuum, in libello quem κεφάλαια παραινετικὰ inſcripſit, memoratu digna eſt: Per veterem, inquit, hiſtorias ire ne recuſa, ibi enim reperies ſine labore, quæ alienum labore collegerunt, atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones, mundi hujus inſtabilitatem, & imperiorum præcipites caſus: & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia, quorum illa fugies, ne in divinæ juſtitiæ manus incidas: hæc amplecteris, ut præmiis, quæ ea comitantur, potiaris.

Fruere itaque, amice Lector, etiam his meis laboribus ſuaviter & jucunde, decerpens ex iis utilia, relinquens vero odioſa, ſi forte tales in hoc libro (ſicut non ſpero) inveniantur. Ita autem utere & fruere iis, ſicut Theophilus Alexandrinus monet, Origenis libros eſſe legendos: libros enim illius ſimiles eſſe prato, omnibus florum generibus referto. Idcirco, inquit, ſi quid reperio in illis boni, illud decerpo: ſin ſpi[illegible]quam, hoc utpote aculeis pungens, miſſum facio. Etſi autem mi[illegible] quanto plura recentium ſeu veterum exempla revolvo, tanto magis [illegible]ria rerum mortalium in negotiis obverſantur, ut Cornelij Taciti [illegible] utar, tamen ea me non abſterrebunt, quin adjuvante DEO dein[illegible]quoque ſubciſivis horis, operam omnem daturus ſim, ut paulo poſt [illegible] Centuria, quæ nunc inchoata eſt, lucem videat, cui, ſi vita & [illegible]pus mihi ulterius procedere permittit, plures accedent, quod ma[illegible] fiet, ſi cognovero lectores labores meos approbare, & ut ii continuen[illegible]tur, deſiderare.

Quemadmodum autem de bonis doctis, & candidis viris, mihi opti[illegible]que pellicear, ita invidorum, lividorum, obtrectatorum & ejuſ-

AD LECTOREM.

modi ſarinæ hominum, bruta fulmina, & aculeata te[illegible] quam occulta, dicteria, calumnias & morſus, utp[illegible]te hebet[illegible] cua, ſicut ea, quæ hiſtrices incaſſum emittere ſolent, petit[illegible] deri[illegible] metuo. fretus bona conſcientia & innocentia. Inn[illegible] ſi ſemper nequitiæ eſſet juncta potentia: & prævaleret, qu[illegible] calumnia, ut D. Hieronymus monet. Sufficit itaque, po[illegible] ctum eſt conſcientia, amplius non opus ſit ut ſatisfiat calumni[illegible] conſolantur, & cordatiorem faciunt, ad abſolvendum id [illegible] cum præſertim ut ille ait, nulla ratione fieri poteſt, ut in rec[illegible] fugias invidiam: Quis enim umbram effugiat invidiæ, n[illegible] virtutis lumen effugerit?

Fumus ut excuſſos ſemper comes exit ad ignes:
Æmula virtuti ſic comes invidia eſt.

Vel melius ſic:

Ut roſa ſuaveolens ſpinis miſcetur acutis:
Sic virtutis honos pungitur invidia.

Hæc præfationis loco præmittere, & ſimul moni[illegible]ulam, quam in priori libro, ad Typographos, inſerui, repetere volui, ne ij [illegible] conceſſum, invito auctore, ſurripiant, & propria authorit[illegible] ſumptione, aliena ſibiipſis vendicent: Non enim, ſi id [illegible] ferent impune, ſed cum damno operam & oleum perdent, VALETE ET AVCTORI FAVETE.

CATA-

CATALOGUS AVTORUM ET LIBRORUM QVI CITANTVR, ET QVORVM OPERA AUTOR IN HAC CENTURIA USUS EST.

A.

ABraham Ortelius.
Achilles Tarducius.
Æneas Sylvius.
Albanus.
Ælius Lampridius.
Alexander de Alexandria.
Alexander Gaguinus.
Albertus Magnus.
Albericus Gentilis.
Albertus Crantzius.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Anaxagoras.
Andreas Alciatus.
Andreas Gorvutius.
Annibal Scotus.
Annius.
Antonius Arnoldus.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Bonfinius.
Antonius Blancus.
Antonius Gomezius IC.
Antonius Muretus.
Antonius Panormita.
Antonius Sabellicus.
Antonius Torquemada Hiſp.
Appianus Alexandrinus.
Archilochus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Ariſtæus.
Arrianus.
Athenæus.
Aventinus.
D. Auguſtinus.
Augerius Giſlenius Busbequius.
Aurelius Victor.
Auſonius.

B.

BArtholomæus Georgevicius.
Bartholomæus Facius.
Barletus.
Baſilius Magnus.
D. Bernhardus.
Benedictus Arias.
Bernhardus Saccus.
Benzo.
Benjamin Tudelenſis.
Beſſario Nicenus.

Blon-

AD LECTOREM.

modi farinæ hominum, bruta fulmina, & aculeata tela, tam manifeſta, quam occulta, dicteria, calumnias & morſus, utpote hebetia & innocua, ſicut ea, quæ hiſtrices incaſſum emittere ſolent, potius deride[illegible] qua[illegible] metuo, fretus bona conſcientia & innocentia. Innoce[illegible]tia enim pe[illegible], ſi ſemper nequitiæ eſſet juncta potentia: & prævaleret, quicqui[illegible] calumnia, ut D. Hieronymus monet. Sufficit itaque, poſtquam ſ[illegible]ctum eſt conſcientia, amplius non opus ſit ut ſatis ſiat calumniæ. [illegible] conſolantur, & cordatiorem faciunt, ad abſolvendum id quod re[illegible] cum præſertim, ut ille ait, nulla ratione fieri poteſt, ut in rectis fa[illegible] fugias invidiam: Quis enim umbram effugiat invidiæ, niſi pariter & virtutis lumen effugerit?

Fumus ut excuſſos ſemper comes exit ad ignes:
Æmula virtuti ſic comes invidia eſt.

Vel melius ſic:

Ut roſa ſuaveolens ſpinis miſcetur acutis:
Sic virtutis honos pungitur invidia.

Hæc præfationis loco præmittere, & ſimul monitiunculam, quam in priori libro, ad Typographos, inſerui, repetere volui, ne ij penſum [illegible] conceſſum, invito auctore, ſurripiant, & propria authoritate [illegible] ſumptione, aliena ſibiipſis vendicent: Non enim, ſi id fece[illegible], ferent impune, ſed cum damno operam & oleum perdent, VALETE ET AVCTORI FAVETE.

CATA-

CATALOGUS AVTORUM ET LIBRORUM QVI CITANTVR, ET QVORVM OPERA AUTOR IN HAC CENTURIA UſUS EST.

A.

ABraham Ortelius.
Achilles Tarducius.
Æneas Sylvius.
Ælianus.
Ælius Lampridius.
Alexander de Alexandria.
Alexander Gaguinus.
Albertus Magnus.
Albericus Gentilis.
Albertus Crantzius.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Anaxagoras.
Andreas Alciatus.
Andreas Gorrutius.
Annibal Scotus.
Annius.
Antonius Arnoldus.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Bonfinius.
Antonius Blauius.
Antonius Gomez im IC.
Antonius Muretus.
Antonius Panormita.
Antonius Sabellicus.
Antonius Torquemada Hiſp.
Appianus Alexandrinus.
Archilochus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Ariſtaeus.
Arrianus.
Athenaeus.
Aventinus.
D. Auguſtinus.
Augerius Giſlenius Busbequius.
Aurelius Victor.
Auſonius.

B.

BArtholomaeus Georgevicius.
Bartholomaeus Facius.
Barletus.
Baſilius Magnus.
D. Bernhardus.
Benedictus Arias.
Bernhardus Saccus.
Benzo.
Benjamin Tudelenſis.
Beſſario Nicenus.

Blon-

Blondus.
Boſſardus.
Bonfinius Vulcanius Brugenſis.
Buchananus.
Budæus.

C.

CAlliſtratus IC.
Caſpar Peucerus.
Caſpar Taliacotius.
Carolus Sigonius.
Cato Major.
Cedrenus.
Cenſorinus.
Clæius Malaſpina.
Chariſius.
Chilo Lacedæmonius.
Chronicon Auguſtenſe.
Chronicon Polonicum.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Paradinus.
Claudius Seſellius.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Lateranenſe.
Coneſtagius.
Conradus Heresbachius.
Conradus Rittershuſius.
Cornelius Agrippa.
Cornelius Tacitus.
Cornelius Vvytflietus.
Cotta.
Curtius.
Cuſpinianus.

D.

DAmianus à Goes.
Demoſthenes.
Dio.
Dion Chryſoſtomus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dioſcorides Aſtrologus.
Diophanus.
Diodorus Siculus.
Diogenes.
Donzellinus.

E.

EMpedocles.
Ennius.
Erythræus.
Euripides.
Euſebius.

F.

FAuſtus.
Facellus.
Ferronus.
Flavius Ioſephus.
Franciſcus Guicciardinus.
Franciſcus Patricius.
Franciſcus Hottomannus.
Franciſcus Sanſevinus.
Franciſcus Valeſius.
Franciſcus Ximenius.
Froſſardus.
Fulgoſius.

G.

GAlenus.
Galeotus.
Gerardus de Roo.
Georgius Douza.
Gellius.
Georgius Fabricius.
Georgevizius.
Gilbertus Cognatus.
Godofredus Monumentenſis.
Gomecius.
Gregorius Bersmannus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Turonenſis.

Gulielmus Paradinus.
Gulielmus Perkinſius.
Gulielmus Saluſtinus.
Guido Pancirollus

H

HAnno Carthaginenſis.
Herodotus.
Heſiodus.
Henricus Salmuth.
Heinricus Stephanus.
Heſychius Hieroſolymitanus.
D.Hieronymus.
Hieronymus Oſorius.
Hippocrates.
Heuterus Delfius.
Heresbachius.
Hieronymus Angeranus.
Horatius.
Hyppolitus de Collibus.

I

IAcobus Billius.
Iacobus Eborenſis.
Iacobus Lectius.
Iacobus Mejerus.
Iacobus Palaologus.
Iacobus Raphael.
Iacobus Revardus.
Ianvillaus Seneſchallus.
Iohan.Baptiſta Egnatius.
Iohannes Bodinus.
Iohan. Chriſtovallenſis.
Iohannes Gerandus.
Iohannes Porta
Iohan. Huartus Hiſp.
Iohannes Igneus.
Iohan Michaelis Brutus.
Iohan. Petrus Maffejus.
Iohannes P[illegible]terus, Med.D.
I[illegible] Sleidanus.
Iohannes Stigelius.
Iohannes Sturmius.
Iohan. Iovianus Pontanus.
Ioachimus Camerarius.
Iornandes.
Ioſephus Scaliger.
Iohannes Tilius.
Iovius.
Irenicus.
Iſaacus Caſaubonus.
Iſidorus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſocrates.
Iulius Cæſar.
Iulius Capitolinus.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iulius Camillus.
Iulius Gyraldus.
Iulius Solinus.
Iuvenalis.
Iuſtus Lipſius.
Iuſtinianus Imp.
Iuſtinus Martyr.
Iuſtinus Hiſtoricus.
Iuſtinianus.

L

LActantius Firmianus.
Lambertus Danaus.
Laurentius Romanus.
Laurentius Mullerus.
Leonicus.
Lazarus Sorancius.
Leonclavius.
Lerius.
Levinus Lemnius.
Leges XII.Tabul.
Lilius Gyraldus.
Livius.
Lucanus.

Lucius Florus.
Ludovicus Cominæus.
Ludovicus Guicciardinus.
Lucas Loſſius.
Luitbrandus Ticinenſis.
Ludovicus Malcanus.

M

Macarius Ægyptius.
Macrobius.
Marcus Velſerus.
Martialis.
Martianus.
Marquardus Freer.
Mamurius Veturius.
Marcus Ant. Muretus.
Maſſurius Sabinus.
Menander.
Mercurius Triſmegiſtus.
Melchior Guilandinus.
Melchior Soiterus.
Michael Hoſpitalius.
Micquellus.
Michael Brutus.
Munſterus.

N

Nathan Chytræus.
Nauclerus.
Nicephorus Caliſtus.
Nicetas Choniates.
Noveſius.

O

Oppianus.
Origenes.
Orus.
Olaus.
Oſorius.

P

Paleotus.
Paradinus.
Paponius.
Paulus Diaconus.
Paulus Iuriſconſultus.
Panthaleo Candidus.
Pandolphus Collenucius.
Paulus Oderbornius.
Paulus Manutius.
Paulus Iovius.
Pauſanias.
Petrarcha.
Petrus à Placa.
Petrus Denaiſius.
Petrus Bizarrus.
Petrus Iuſtinianus.
Petrus Martyr.
Pericles.
Petrus Berdellius.
Petrus Pramonſtratenſis.
Petrus Quinqueranus.
Petrus Victorius.
Philo Iudæus.
Philippus Melanthon.
Philoſtratus.
Pierius Valerius.
Pindarus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Porphyrius.
Poggius Florentinus.
Polybius.
Proclus.
Pſellus.
Pythagoras.
Pythagoricus Lyſis.

Q

Quintilianus.

Reinol.

R

Reinoldus Heidenſteinius.
Reinerus Reineccius.
Regino.
Robertus Gaguinus.
Robertus Normannus.
Robertus Toletanus.

S

Saluſtius.
Salvianus Maſſilienſis.
Scardeonius.
Sammonicus Serenus.
Seneca.
Sextus Pompejus.
Sidonius.
Socrates.
Solon.
Solinus.
Sigebertus Gemblacenſis.
Sophocles.
Solomon.
Spineus.
Stephanus Guarzi.
Stephanus Forcatulus.
Stobaeus.
Strabo.
Suetonius.
Suida.
Symmachus.

T

Teſtamentum vetus & novum.
Terentii Varronis fragmenta.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theodorus Beza.
Theodorus Zvingerus.
Theophraſtus.
Theodoretus.
Thomas Chalonerus Anglus.
Thomas Aquinas.
Thomas Facellus.
Thucydides.

V

Valerius Maximus.
Varro.
Virgilius.
Vivianus.
Vlpianus.
Widebramus.
Wierus.

X

Xenophon.

HADRIANUS BORKIUS C. I. ASSESSOR PHILIPPO CAMERARIO I. C. ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS MAURITII. LANDGRAVII Conſiliario.

G. E. P.

SIQUIDEM ſub prælo eſt liber, acquieſco. Tua, inquit, cauſa propoſitum urges. Poſſum id ita concedere, ut, quod in mandatis fit non parum ſæpe, mea hoc agam cauſa & tua: ſed dicam ſedulo, commoda me ſpectare & procurare publica. Nec invidebis, ſi, qua publicum eſt hoc opus, in me etiam redondabit, cum tuum tamen ita maneat, ut quod mihi, quod aliis largiris, ipſe habeas, poſſideas immortalis, &, quod ita habes poſſideſque, quotidie etiam poſt fata, omnibus largiaris. Commendationem operis habemus publicam & luculentam à viris Illuſtriſſ. Nobiliſſ. & doctiſſimis, nec habeo poſt graviſſimas & conſenſu ſummo dictas ſententias, quod addam, niſi in ſecunda hac Centuria te tuæ diligentiæ conſtare probe: dediſſe hoc opus, doctrina plenum recondita & multijuga: denique acceſſiſſe ad ſcribendum exemplo ad imitandum raro & exquiſito. Etenim cum ætatem fere omnem, in negotiis tractandis, conſiliiſque dandis conſumpſeris, otium omne ad lectionem, rerumque humanarum cognitionem transtuleris, nunc poſt canos tuos, promis & recludis, quæ tuis ſunt ſtudiis congruentia, eruditione fœcunda, tempore matura, judicio ſelecta. Et fateor, hoc unum eſſe ex ſcriptis, quod in magno nimis numero librorum prodit notæ probioris: quodque eruditiſſimi hujus ſeculi florem poſteritati commendabit. Hujuſmodi ego ſolis ſolidiſque germanæ eruditionis monumentis jam dudum obdurui ad rutubam noſtrorum, ut ita dicam, ſcriptaſtrorum, dum video in illorum cacoethe tamen per decora ingenia, literis, etiam ſeriis & gravioribus, conſtare honorem ſuum, imo creviſſe quidem ad ſummum, & inoleſcere, ut iniquus ſeculi ſui ſit æſtimator, qui illud laude cultiſſimi & omnium eruditiſſimi ævi fraudaverit. Et, quoniam id nunc in

ſolum,

ſolum, quod dicitur, venit, & ad noſtri commendationem ævi pertinet, dicam obiter meam, ut ſedulo exponam ſententiam, aut explorem tuam. Reperio Hiſtoricum antiquiſſimum & non ignobilem, admirari ſatis non poſſe, quod priſcis iſtis temporibus cujuſque operis capacia ingenia in ſimilitudinem temporum & profectuum ſemetipſa ab aliis ſeparaverunt: *Paterculus lib. 1. circa finem.* Nobis magis puto eſſe admirandum, quod noſtra hæc ætas in ſingulis pene artibus & ſcientiis, excellentia, & ipſi antiquitati fere comparanda ingenia in idem tempus concluſit. Si quæris, quid ſperem? dicam. Cum omnia ad ſummum aſcenderint, equidem vereor, ut in perfecto diuturna ſit mora. Nam tua ætas, PHILIPPE noſter, ſexagenaria aliquanto major, credo meminerit (& partim audivimus, vidimus) in omni genere doctrinæ eminentiſſimo, ſive Philoſophiam, ſive Medicinam, ſive jus Civile, ſive ipſam denique Theologiam ſpectas. Ne dicam de Hiſtoria, Poeſi, Matheſi, de criticis, antiquariis, Muſicis, denique pictoribus & ſculptoribus, qui ſeculo hoc noſtro efflorvere, antiquis pene ſecundi aut ſimiles. Sed in horum varietate ſtudiorum, ſi quod mihi eſſet otium, non alia mihi pars, nec aliis amoris ignibus, poſt ſacra ſcripta, coleretur, quam quæ tibi eſt culta atque ſelecta hiſtoria: & haud ſcio, an ab omni ævo, ut eſt ampliſſima fructuoſiſſimaque, à paucis tamen condigno ſic habita cultu & obſequio. Nam ſunt quidem aliæ ejus partes, penè neceſſariæ, quæ & ſuam habent Venerem, ideoque à quibuſdam, ætate præſertim hac noſtra, ita illuſtratæ, ut una aliqua electa, alias reliquerint, ſed ſponſam hanc ſuam ſtudio exquiſito exornarint, quod in Chronologis, Genealogis, Geographis facilè eſt videre: tamen dicam, quod ſentio, gratia illis & laus debetur ſumma, quod ſtudia noſtra adjuvarunt: Sed pars ea, quam tu ſelegiſti quia rerum eventa, cauſas rationeſque prodit & inveſtigat, reliquarum profecto dux eſt & regina. Illis memoria juvatur: hac judicium: illis doctiores reddimur, hac prudentiores: illis ferè Scholæ, hac Curiæ præparamur. Ut in hortis, alios colorum, alios odorum capit ſuavitas: alii peregrina, & ab ipſis Indiis importata herba delectantur: alii moderatè hæc habentes gregaria ſæpè herba vel ſiccata, vel eliquata, vel demeſſa culmo proſunt ad vitæ uſum, tum ſibi, tum aliis: ita velim Hiſtoriæ ſtudioſum amœniora illa, quantum ſatis eſt, colere, principem vero hanc & potiſſimam habere curam, condere aliquid atque promere, quod ex uſu ſit privato aut publico. Nam eſt, in ſimplicibus, ut Herbarii loquuntur, ea ſæpe medendi vis, quam in flore ab ipſis Gangis aut Indi ripis, quæſito, fruſtra quæſieris. Et in eventis illis quotidianis, ſi cauſas ruminemur, ſi contrarias quandoque ſententias rationeſque componamus, continget aureum illud, ut ſit, quod quotidianum eſt: Eritque nobis ſalutare vitæ documentum, ab aliis quod forte temere ſpretum eſt aut neglectum. Mitto quod

 hac

hac ſemel ratione conſilia cuncta rimandi ruminandique inita Muſæum nobis, ſit Senatus, omnis ævi viri excellentiſſimi patres & Senatores, ſtrumæ ipſæ & carcinomata humani generis monitores. Et fieri non poteſt aſſiduitate hujus ſtudii, tum ſolertia tot magiſtrorum, ut ſic dicam, morbicorum, ut aſſueſcat animus in multis gravibus ſæpe diſcordantibus ſententiis dignoſcere, quid purum tinniat, tum reddatur ad providendos, & ad conſilium convertendos caſus omnes quotidianos inſtructior. Et optarem quidem in hoc genere judicandi, aut pleraque ad examen revocandi, quia propter ætatem & rerum uſum prudenter multa potuiſſes, pluſculum tibi permiſiſſes, ſaltem juventuti indulſiſſes. Idque exemplo Conſultorum juris, qui poſtquam ætatem in judicandis litibus conſumpſere, Deciſiones, Practicas Obſervationes, & alia id genus edunt, quo ſuæ profeſſioni atque arti lucem fœnerentur. Sed alia forte ratio juris illius privati, quam hujus publici, quia illud data à Principibus licentia multis vigiliis auctum locupletatumque regulis jam ſuis conſtat, & ſuſtinetur: hoc nondum legibus definitionibusque in artem redactum eſt, vel quia vulgari religioſius, vel dignitate & amplitudine (ut cornicum hic oculos figere fas non ſit) fuerit etiam anguſtius. Tibi tamen hoc merito acceptum feret tui ſtudioſus, modo in legendis tuis non oſcitanter operam poſuerit, nullus ut ſit dies, quo rebus gerendis ſeſe applicaverit, quin occurrat, quod pretium referat navatæ induſtriæ, nec doctis inutilis erit hic labor, cum in faſciculum, & ſub obtutum quaſi congeſſeris, quæ ipſis longis vigiliis & multis libris evolutis, cum cura inveſtigata ſunt. Triſtia ſicubi notas atque miſces, nihil alienum à temporibus monere te puto, in quibus nati, in quibus educati. Nec forte pars ulla nobis, ætatique noſtræ (omen Deus avertat) magis erit neceſſaria. Etenim præſentium facies rerum, & maxillæ lentæ quid non minantur? Sed pareamus, quò ducit, qui omnia regit ab æterno. Si urit atque furit immanis & barbarus aliquis hoſtis, in bona, in vitam ſævit, exuvias noſtras, utique cum hinc migramus, deponendas. Spes una, unicumque ſolatium (tibi verè pie ſenex & mihi) quod deſtinati meliori civitati, quodque neque mors, neque vita, neque præſentia, neque futura, neque res aliæ creatæ ullæ, nos poſſunt ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. B. V. Spira v. Kalend. Sextil.

Anno M. DC. I.

SERIES

SERIES CAPITUM

SECUNDÆ CENTURIÆ MEDITATIONUM HISTORICARUM.

I. Caſtitatem & puritatem mentis & corporis in ſacris, & omnibus aliis rebus, Deo & hominibus gratam acceptamq; eſſe fol. 1

II. Deum ſolum cognoſcere, & videre cogitationes noſtras, & cordis latebras 6

III. Phyſiognomica ſigna exteriora, ſicut non negligenda, ita nimium illis non tribuendum. 8

IV. Cor hominum Deum ſolum regere, & mutare poſſe. 10

V. De oculorum vi & efficacia. 13

VI. Non ſolum oculos, ſed totum vultum hominis peculiarem vim & efficaciam habere. 16

VII. Reges, Principes, & magnos viros Deum cuſtodem, in præſentiſſimis periculis & inſidiis habere; nec non de Aſſaſinis. 22

VIII. Deum in natura nihil ſupervacuum ordinaſſe, quin etiam defectus in illa aliis remediis compenſaſſe. 27

IX. De cultu Draconum & Serpentum, nec non mira inſolentia, & veſania eorum, qui ſe ex Diis natos gloriati ſunt. 31

X. De appellationibus Romæ urbis, ejusque verum nomen ignorari, nec non de mira ſuperſtitione gentilium 36

XI. De mira ſuperſtitione hominum, libris, ſtatuis, monumentis, figuris, & locis fatalibus attributa. 40

XII. Deum non raro contemptiſſimis beſtiolis muribus, ad punienda ſcelera, veluti inſtrumentis uſum eſſe. 45

XIII. Nihil tam vile, minutum, & deſpectum eſſe, quod non habeat ſuas vires peculiares nocendi. 49

XIV. De Geniis. 53

XV. Quomodo & qua forma tam boni, quam mali ſpiritus apparere ſoleant. 58

XVI. De B. Brunone, & periculoſiſſimis locis navigantium in Danubio, nec non de ſpectro quodam. 60

XVII. De Cabala & ſpiritibus bonis & malis, qui Angeli vocantur, deq; diſtinctis eorum officiis. 62

XVIII. De purgationibus innocentiæ apud veteres. 66

XIX. De

INDEX.

XIX. De ſingulari certamine, vel duello. 75

XX. De duello vel ſingulari certamine memorabili duorum generoſorum virorum, Germani & Itali. 80

XXI. De duello duorum Hiſpanorum. 82

XXII. Diſciplinam militarem ad vincendum hoſtem non ſolum neceſſariam, ſed etiam ad ſecuritatem agrorum & agricolarum ſpectare. 87

XXIII. De Chriſtianorum & Turcarum diſciplina militari. 91

XXIV. De Genizaris, qui ſunt Turcis prætoriani milites 96

XXV. De miſeria extrema deditiorum Chriſtianorum in captivitate Turcica, & Chienſium calamitoſiſſimo ſtatu. 100

XXVI. De lachrymis. Et de riſu nonnulla. 105

XXVII. De ſtupendis navigiis, & pinguedine atq; ſalſugine maris. &c. 110

XXVIII. De tormenti bellici origine, violentia, & impetu, quod Bombarda vocatur. 114

XXIX. De gladiis, & clypeis. 121

XXX. Ex luxu, deliciis, & mollicie naſci ſuperbiam, ſecuritatem, & tandem tam privatarum, quam publicarum rerum perniciem atque interitum. 126

XXXI. De viciſſitudine & mobilitate fortunæ in proſperis & adverſis rebus. 131

XXXII. Otium, inertiam, deſidiam, & multo deteriora vitia ſeipſa parere, una cum encomio laboris. 135

XXXIII. De odio otii, & amore laboris duorum heroum, L. Quintii Cincinati, & Abdolonymi. 140

XXXIV. De Zelotypia tyrannide & ſævitia 143

XXXV. Voluptatem inhoneſtam eſſe hominibus, omni peſte pernicioſiorem, & perpetuos comites habere, pœnitentiam & dolorem. 147

XXXVI. Cupiditates maturè extinguendas, & in modicis terminis naturæ conſtitutis manendum. 152

XXXVII. Bona intrinſeca æterna potius, quam extrinſeca fluxa, & vana iuranda, & continuo in proſperis & adverſis conſiderandum, ſe hominem eſſe mortalem. 155

XXXVIII. De vero ornatu mulierum, & quam fucus deteſtabilis res, & hypocriſi comparandus ſit, deque fœtore humani cadaveris. 160

XXXIX De teſtibus, & eorum vero uſu, & abuſu. 166

XL. Comarum alendi uſus & diſuetudo, & quam ignominioſum olim fuerit, capillorum & barbæ raſura. 170

XLI. De pudicitia veterum, & libidine, quæ oritur ex nuditate corporum, & luxuria. 174

XLII. De turpi amore virorum erga viros, ementito ſexu, ſub prætextu nuptiarum, & falſa fœminarum ſpecie, nec non & declaratio l. cum vir nubit. &c. ſingularis. 178

XLIII. De legibus Maſſilienſium, nonnulla memoratu digna. 181

XLIV De cauſis incrementorum, & decrementorum rerumpublicarum. 184

XLV. Commendatio publicæ utilitatis, & quod omnibus modis privatæ ſit anteponenda. 188

XLVI Amicos veteres retinendos, & de ſymbolis

ſymbolis atque ſignificatione dextræ & ſiniſtræ manus 194

XLVII. *Quis ſit optimus conſiliarius, & de periculo, & clade ſecuta, ſi recte conſulenti non obtemperetur, nec non de pravis conſiliis* 199

XLVIII. *De Reipub. Veneta, & aliorum Regnorum felicitate, & diuturnitate* 202

XLIX. *Quo pacto, & quibus rationibus Oſtrogothi & Longobardi ſuum Imperium in Italia firmarint* 207

L. *Difficilius eſſe rem partam ſervare, quam acquirere* 208

LI. *De infelici gubernatione & furore imperitæ plebis, & ejus odio erga bonos & peritos* 213

LII. *Plebejos, & ex humili genere ortos, ſi ad dignitates & honores pervenerint, immemores ſuæ ſortis, plerumq; ambitione, inſolenter ſe efferre, & alios deprimere conari, & de funeſto fine eorum* 219

LIII. *Imperatores, Reges & Principes viros, peculiaria ſigna commonefactoria mortis futura, contra faſtum & ſuperbiam habuiſſe* 226

LIV. *De virtutibus & magnanimitate heroica, inferioris ſortis virorum, qui ad Regias dignitates pervenerunt* 230

LV. *De munificentia & liberalitate Regum & Principum erga doctos & celebres viros* 236

LVI. *Honorem alere artes, & liberalitatem gloriam* 240

LVII. *De mira viciſſitudine magnorum virorum, qui ex magna potentia & opibus in ſummam calamitatem & miſeriam inciderunt* 242

LVIII. *De mira conſtantia ethnici herois M. Attilij Reguli, in exquiſitiſſimis tormentis, & differentia Chriſtianorum & gentilium, in perferendis ſuppliciis* 245

LIX. *De feudis ligiis & homagiis* 249

LX. *Proditores licet initio grati iis, quibus profuerunt, viſi ſunt, attamen, &c.* 253

LXI. *De præmio & mercede digna proditorum* 257

LXII. *Inimicorum vulnera & tela præter ipſorum intentum, plerumq; ad ſanitatem & utilitatem conducere* 261

LXIII. *Inimiciter non eſſe iraſcendum* 263

LXIV. *In mortuos non ſæviendum, neq; illorum famam detrahendum* 266

LXV. *De favore ſobolis propagandæ, & multitudine civium Romanorum* 267

LXVI. *De numeroſa & præternaturali prole* 273

LXVII. *De monſtris & portentis; nonnulla memoratu digna, & plura de diligenti cura Romanorum in propaganda ſana prole* 275

LXVIII. *De mira quorundam & vegeta ſenecta, & longævitate, nec non de benedictione fœcunditatis* 277

LXIX. *Aquæ thermarum, & aliarum rerum ſalutarium quæ terra emittit, uſum omnibus communem eſſe debere* 279

LXX. *De cadaveribus non putreſcentibus* 280

INDEX.

LXXI. De perpetuitate æris, cedri, & cupreſſi 285
LXXII. De veris & utilibus theſauris colligendis, & conſervandis 286
LXXIII. De theſauris eruendis, diſpenſandis, & colligendis 288
LXXIV. De mendicis, leproſis, & vera paupertate 291
LXXV. De Nubianis erronibus, & aliis impoſtoribus, mendicitatis ergo 296
LXXVI. De amuletis, & remediis contra tela, vulnera, & ſanguinem ſiſtentibus 300
LXXVII. Fraude perjurium adſtringi, non ſolvi, & de illuſionibus jurisjurandi 303
LXXVIII. De accuratis ritibus Romanorum in ſanciendis fœderibus, ut iis veluti vinculo fides rectius ſervaretur, & perjuria vitarentur. 306
LXXIX. De limitata hominum poteſtate in bruta, & de eorum pœnis 309
LXXX. Brutis vim nullam inferri, & de eorum fortitudine, aliisque virtutibus 313
LXXXI. De Tarantula ex genere Phalangij, & Corybantæo furore 317
LXXXII Grati animi memoriam & beneficentiam non ſolum hominibus, ſed etiam brutis naturam indidiſſe 321
LXXXIII. De peculiari affectione piſcium, conjuncta memoria grati animi, erga homines 323
LXXXIV. De inſolito & miro amore atque ſympathia lyncis & gruis erga homines, quæ in arboribus quoque apparet 325
LXXXV. De leonum heroicis virtutibus, & eorum captura faciliori, quam olim 328
LXXXVI. De heroicæ belluæ leonis morbis & terriculamentis 331
LXXXVII. De leænæ ſævitia, crudelitate & voracitate, nec non de molenivium, quæ Schneckewin vocatur 334
LXXXVIII. De urſorum & canum irritatorum ferocia & ſævitia 337
LXXXIX. De mira gallinaceorum natura & pugnacitate 340
XC. Lupum haberi partim pro inauſpicata, partim auſpicata beſtia, & de equis Lycoſpadis, odioq́ naturali inter hæc duo animalia 342
XCI. Equum eſſe generoſum, & multis virtutibus præditum animal, ſed unum genus aliud bonitate ſuperare pro nationum diverſitate, & quam indulgenter à Turcis educentur 345
XCII. Quomodo Germani nunc curent, doment, & inſtituant ſuos equos, deq́ precio eorum, & quod olim uſi ſint equabus, & adhuc iis nonnunquam utantur. 356
XCIII. Canes quare rationis alicujus capaces cenſeantur, & de eorum diſtincta voce, forma, genere, & natura, peculiaria nonnulla 356
XCIV. Canes generoſos fidem ſuam, tam erga dominos vivos, quam defunctos ſuos, teſtatos eſſe, & plura de hujus animantis natura, ſagacitate, atque epitaphiis 361
XCV. De impudentia, turpitudine, & vi-

tiis.

tiis canum 366

XCVI. *Elephantes cornutos non dentatos eſſe, & de pietate & aliis virtutibus vix credenda, deque eorum ancipiti auxilio in bellis* 369

XCVII. *Quo tempore Elephanti in Italia, & aliis locis, in deſuetudinem venere, nec non de hoſtibus eorum.* 372

XCVIII. *De taurorum noſtratium, & irritatorum viribus, ac ferocia, nec non de bubalis nonnulla* 379

XCIX. *De tauris & bobus efferis Arelatenſibus & Provincialibus ſingularia, ac de lucta cum iis* 382

C. *De leporibus & cuniculis, eorumque hoſtibus* 385

OPERARUM SUBCISIVARUM,

Sive

MEDITATIONUM HISTORICARUM

Caput I.

Caſtitatem & puritatem mentis & corporis in ſacris & aliis omnibus rebus Deo & hominibus gratam acceptamque eſſe.

CASTITAS, quomodo in ſacris litteris inter præcipuas virtutes, & gratas Deo, utpote profecta, & amata à Spiritu ſancto, caſto, & puro, paſſim commendetur, ex multis earum locis præclara teſtimonia & exempla peti poſſunt, quæ piis, & caſtis hominibus ignota eſſe, neque poſſunt, neque debent. Inprimis vero Joſephi filii Jacobi patriarchæ caſtiſſimi adoleſcentis exemplum memorabile eſt, cum à libidinoſa Potypharis conjuge ad libidinem pelliceretur, & quodammodo cogeretur. Ita enim impudicam mulierem Ægyptiacam alloquentem, piis & caſtis argumentis eam redarguentem, & à ſuo peſſimo propoſito avertere conantem, Philo eum introducit: Hanccine mihi ſuaſeris, ut gratiam ei referam? Bonam ſcilicet gratiam, dignamque illius meritis? Herus me ex captivo, & extero ſua benignitate liberum, & civem reddidit, tractatum liberaliter: ego vero ſervus domino injuriam, ne captivo quidem, & extero tolerabilem inferam? Et qua fronte potero poſt admiſſum tantum ſcelus illum aſpicere? Conſcientia carnifex inteſtina non ſinet me oculos in eum erigere, ut nemo prodat alius. Sed deerunt, qui prodant? Præſto ſunt latentes exploratores plurimi, quibus ſilere non licet. Taceo, quod etiamſi factum nemo vel ſentiat,

Digitized by Google

vel enunciet, ipſe meus ero proditor, colore, aſpectu, voce, ut modo dixi, detegens conſcientiam. Fac nullum delatorem fore, aſſidentem Deo juſtitiam, res cunctas inſpicientem, nec timebimus, nec verebimur? *Hactenus Philonis proſopopœia.*

Recte itaque commendatur pientiſſimus ille adoleſcens, quod non proprio, ſed Spiritus ſancti motu caſtitatem tam pure cuſtodierit, & hac ratione Deum placatum retinere atque ſuam conſcientiam & bonam exiſtimationem ſibi & poſteritati ſartam tectam, ut dicitur, tueri & conſervare voluerit. Alia ſane ratione, quam Hippolytus ille Theſei filius, novercæ Phædræ, licet ei juraſſet ſe quicquid peteret facturum, averſatus fuerit inceſtam ejus conſuetudinem, cum ipſius continentia abhorrens ab inceſtu, fuerit motus naturalis ſine agnitione Dei, & abſque motu ſpirituali: Aliud enim eſt ſpiritu mortificare actiones carnis: aliud, ratione frenare impetum affectuum. Laudatur itaque nihilominus juvenis ille generoſus, ob caſtum animum, & quod habuerit, non tam actum elicitum, quam imperatum, quod fugerit aſpectum novercæ, & ne otioſo libidines moleſtæ eſſent, venationi indulſerit. De hac re habuerunt aliqualem cognitiunculam nonnulli viri prudentes, etiam apud gentiles, cum ratione humana accuratiore ducti, libidinas averſati ſint. Ideoque in ſacris ſuis ſaltem ſpecietenus, non ſolum manus, ſed etiam mentem puram haberi, & cuſtodiri voluerunt. Unde hoc præceptum fluxit: AB IMPURO CAPERE MUNERA, NEQUE BONUM VIRUM, NEQUE DEUM DECET. Huc reſpexit Plautus, cum introducit perſonam ita loquentem: Atque hoc ſceleſti illi in animum inducunt ſuum, Jovem ſe placare poſſe bonis hoſtiis. Et ope[illegible] perdunt, ideo fit, quia nihil ei acceptum eſt à perjuris ſuppli[illegible] facilius, ſi qui pius eſt, à Diis ſupplicans, quam qui ſceleſtus eſt, inveniet [illegible] tam ſibi: Idcirco moneo vos ego hæc: qui eſtis boni, quique ætatem agitis cum pietate & fide: retinete porro, poſt factum ut lætemini. Idipſum obſervavit Porphyrius: Novit profecto, inquit, vir ſapiens, dæmones quidem malos, animalium victimis delectari, & in eis futura portendere. Deos autem hujusmodi victimis non egere, qui ſane adorantium mores inſpiciunt, maximum ſacrificium exiſtimantes, rectum de ipſis, atque de rebus judicium. Nam apud Deos optima eſt oblatio PURA MENS, & perturbationum vacans animus. Quam in ſententiam plura ex eodem Porphyrio & Theophraſto retulit Theodoretus Serm. 10. de Oraculis. Hinc Plato bono quidem viro convenire ait, ſacrificia operari, diviniſque intereſſe: malum vero fruſtra in ſacrificiis laborare. Quod præterea Mercurius Triſmegiſtus obſervavit, ubi ita concludit ſuum Aſclepium: Hæc ſunt ſummæ incenſiones Dei, cum aguntur gratiæ à mortalibus. Gratias tibi agimus, &c. Idipſum

In Rudente.

In ſacrificiis.

Cap. 15.

ipſum movit Baſilium magnum, ubi veſtales ſacras ita monet: Oportet ante omnia virginem cogitationes ſuas puras inviolatasque ſervare: Anima quippe perdurante incorruptâ, corpus quoque impollutum, immaculatumque ſervatur, porro ſi peſſimis cogitationibus contaminetur anima, quantumlibet corpus incorruptum manere videatur, non tamen munda ejus cenſetur integritas, cum ſordibus cogitationum inquinata videtur. Magis autem animum ad pietatem & caſtitatem accendunt, quæ continentur ſacris litteris, ſicut ſapientiſſimus Rex Salomon multa paucis comprehendit in proverbiis: Victima, inquit, impiorum eſt abominatio, quia cum peccato offertur. Et Lactantius pie lateque monet: Mentem eſſe, quæ peccat, quæ immoderatæ libidinis fructum cogitatione complectitur. In hac crimen eſſe, in hac omne delictum. Nam etſi corpus nulla labe ſit maculatum, non conſtat tamẽ pudicitiæ ratio, ſi animus inceſtus eſt: nec illibata caſtitas videri poteſt, ubi cupiditas conſcientiam inquinavit. Pia eſt itaque hæc monitio, neſcio cujus auctoris:

In ſerm. de vera virg.

Cap. 23.

Corporis ut maculas, animi ſic ablue ſordes,
Mundicia hæc adſit: tum bene lotus eris.

Ob hanc rem lavandi conſuetudinem exteriorem introductam eſſe, antea demonſtravimus, ſicut ritum illum pluribus indicat Caſpar Peucerus in ſuo præclaro libro de Divinat. Demonſtrat hoc tabella marmorea vetuſtiſſima, quæ adhuc conſpicitur Neapoli (quam in domo Adriani de Gulielmo vidimus) in qua vetus mos ſacrificantium conſpicitur in ara rotunda, cui adſtat ſacerdos manus lavans ex vaſe, quod in manibus geſtat puella allata. Eodem modo Ariſtæas ſcribit, interpretes LXXII. cum eſſent occupati in Ægypto, juſſu Ptolomæi Philadelphi, in transferenda lege divina ex Hebræa in Græcam linguam, quotidie bene mane in aulam venire, & ſalutato Rege, redire ſolitos in locum ſuum aſſignatum, lotisque manibus pro communi omnium Judæorum more, ex mari, & votis ad Deum ſolutis, perrexiſſe legere, & ſingula interpretari. Interrogati autem de hoc, quare poſt lotas manus vota faciant? Reſpondiſſe: Hoc fieri in argumentum, & teſtimonium nullius ſceleris perpetrati, quoniam per manus omnes conatus ſoleant expediri: ita pulchre & ſancte omnia ad juſtitiam referebant. Eadem nobis in colloquio Theſpharis Naamathitis cum Jobo monitio repræſentatur: UT PURO CORDE MANUS AD DEUM EXTENDAMUS. Quare? Quoniam per infirmitatem noſtram nobis non licet in cœlum conſcendere, unde opus eſt aliquo ſigno, quod conteſtatur extrinſecus id, quod intus latet. Noſter animus videri non poteſt. Quod ſi abſque ſimulatione precemur, noſter animus ſurſum attollitur, atque ita quaſi compareamus coram Deo, ut ei totam mentem noſtram exponamus. Id quidem inviſibile eſt, ſed

In prima centur. ca. fol. 215.

Cap. 11.

MANUUM EXTENSIONE, declaramus nos tendere ad Deum & ad ipſum unum confugere, propterea in ſacris litteris per externum illud ſignum oratio ſignificatur. Non quod illud ſit, aut totum, aut præcipua pars. Nam hypocritæ ſedulo quidem & manus, & brachia extendunt, adeo ut voti zelo flagrare videantur, & tamen nihil, quam mentiuntur, & illudunt Deo. Oportet igitur hoc ſignum ex ſincero corde proficiſci, quod etiam ſcriptura præſupponit, ideo recte & pie dicitur: COR ESSE PRÆPARANDUM. Hanc doctrinam pii viri ſuper prius indicatum cap. Jobi annotarunt. Eadem obſervant ex Pſal. 73. in Regio Propheta, ubi is laudes Dei à mundo CORDE exorditur: Ibi enim non dicitur de puro ore, vel puris manibus, vel puro corpore, ne locus ſit hypocritis, & iis, qui corporum mundiciem crebris lotionibus (ſicut Judæi & Mahometani facere ſolent) ſectantur, & magnifaciunt, ſed his, qui PURO SUNT CORDE. Non quod oris & manuum mundicia ad pium non pertineat, cum & illa quoque requiratur, ſed quod iſta,

Pſalm. 24. quæ cordis eſt, fons quidam veluti eſt hujus externæ. Quoniam autem in

Centur. 1. primo capite operarum ſubciſivarum mearum mentio facta eſt, Magos ut ſimpliciores ſub prætextu pietatis & caſtitatis magis decipiant, vel, quod ſpiritus & dæmones propter ſimilitudinem maxime diligant puros & caſtos, ideo quod ſub prætextu caſtitatis ipſi non coeant, quaſi vero coitus matrimonialis, qui ad procreandam ſobolem legitime inſtitutus eſt, minime caſtus ſit, viſum fuit, ad explicationem ejus nonnulla adjicere. Etſi e-

Lib. 3 c. 23. de præſtig. nim Wiero aſſentior, neque natura fieri poſſe, nec aſſentire Philoſophiam, ſpiritus corpore nudatos amore fœminarum capi, aut ex eis generari naturali modo potuiſſe. Habere enim fontem ſuum, & inferiores ortus cupiditatis, ſique deſit cauſa, deſinere quoque effectus: tamen concedendum eſt fuiſſe & nunc eſſe quoque alicubi apud profanos uſitatam valde τὴν τῶν ἀδιαφθόρων παιδῶν [illegible]. & hanc requiſiviſſe diabolum non quod delectetur caſtitate, ſed ut caſtos & innocentes natura animos pollutos ac profanatos in ſuos uſus ac miniſteria ſua præparet atque expediat, quorum ſimplex ætas, & improvida, prius in laqueos cadit, & intricatur, quam cavere diſcat, ſicut Peucerus pluribus demonſtrat. Et hanc quæſtionem de

De Magia mihi f. 181. Contra Iul. c. 9. coitu dæmonum dicto ſolvit D. Auguſtinus: Ex homine, inquit, ad hominem peccatum tranſit, etſi à diabolo in diabolum non tranſit: Quia homo ex homine naſcitur, diabolus autem ex diabolo non item: ille enim, qui diabolus & dæmon eſt factus, lapſus eſt cum ſociis impietatis angelis, & omnes ſimul (ut ait Damaſcenus) defecerunt, qui hodie diaboli ſunt, & dæmones ſeu mali angeli vocantur. Poſtremo, cum in fine 1. cap. ex Chryſoſtomo allegatum ſit: Magna & valida eſſe arma, injuriam patientium hominum gemitus, operæ pretiũ duxi, D. Ambroſii ſententiã adſcribere. Coa-

ctus

ctus, inquit, repugnare non novi: potero dolere, potero flere, potero gemere: Adverſus arma milites & Gothos quoque lachrymæ meæ, mea arma ſunt. Talia ſunt munimenta ſacerdotum, aliter nec poſſum reſiſtere. Idipſum his verſibus quadam Tragœdia expreſſum eſt: *In Orat. contra Auxent.*

Vota ſunt enſes hominumque ſcuta,
Se tegunt votis, abigunt tyrannos,
Hisque dant ſanctis ſine cæde ſtragem.
Vota torrentes pice quin paludes
Infera exurunt ſtygis, & parentem
Noctis, hinc arcent, prohibent pericla,
Mitigant morbos, relevant dolores,
Differunt lethum, duplicantq; vitam
Sunt ſpei nutrix, fidei columnæ,
Erigunt lapſos, ſcelus & fatenti
Vota medentur.

Aurei quoque de puritate mentis Deo magis quam victimis præſtanda, ſunt verſus antiquiſſimi Comœdiarum ſcriptoris Philemonis, relati apud Juſtinum Martyrem de Monarchia Dei, quos ita Latinis verſibus expreſſit interpres:

Si victimas quisquam offerens, ô Pamphile,
Magnum boum numerum, aut capros, aut quodpiam
Aliud pecus, precioſa vel donaria,
Auro ve textum purpura ve pallium,
Vel è ſmaragdo ſigna facta, vel ebore,
Placare talis ſe putat modo Deum:
Valde errat ille, mente deceptus levi.
Oportet eſſe quemlibet virum bonum,
Non virgines & conjuges corrumpere,
Circumvenire, ob rem necare quampiam,
Aliena ſpectare, atq; concupiſcere
Poſſeſſionem, conjugem, lautam domum,
Equum, bovem, pecus, puellam, ſervulum.
Multis nihil ſed eſt opus: Non expetes
Acus vel unum vile filum, Pamphile.
Nam te videt, qui præſto adeſt tibi, Deus,
Pietate gaudens, non iniquis actibus,
Et opes parare cuique permittens ſuas,
Terram diebus & colenti noctibus.
Juſtis Deo, faciens ſacrum, factis lita.

Cælo tonante ne fugam capeſſeris,
Si nullius mali tibi ſis conſcius.
Nam te videt, qui præſtò adeſt tibi, Deus.

Plane ita ſcribit, quaſi Decalogum ejusque præceptum de non concupiſcendo exprimere voluerit; cujusmodi & aliæ piæ ſententiæ apud gentiles Poëtas pariter ac Philoſophos extant plurimæ.

Caput II.

Deum ſolum cognoſcere & videre cogitationes noſtras & cordis latebras.

Al. cap. 57. DIximus antea, nonnullos in hac opinione eſſe, ut exiſtiment, Diabolis etiam cogitationes noſtras non ignotas eſſe, idque acumine peculiari, quo illi ſpiritus præditi ſunt, cum futura etiam citius ex naturalibus cauſis percipere poſſint, quam hominum mentes, corporea mole gravatæ. Etſi autem hac in re nonnullam præſcientiam ſpiritibus illis maledictis & immundis conceſſimus; tamen eam limitatam & reſtrictam certis terminis eſſe, ab illo, qui ſolus omniſcius eſt, neque aliis hanc abſolutam poteſtatem concedere ſolet, ſtatuimus. Fatendum certe eſt, ſicut prolixior hac de re antea fui, ex certis ſignis interioribus & exterioribus Satanam hominum complexionem ideo obſervare attentius, ut majorem ſe inſinuandi & nocendi occaſionem habeat, ſicut obſervatum ſæpe eſt, frequentius à dæmonibus invadi eos, in quibus bilis atræ major eſt copia: quia ſuccus iſte cum primis idoneus illi videtur, ut homines in furorem & inſaniam vertantur, quod dæmones optant ſummopere: quare & atrabiliariis maxime inſidiātur, & morbos plurimum inferunt melancholicos. Unde Gregorius Nyſſenus: Novit Diabolus, cui ingerat illecebras gulæ, cui adhibeat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ, cui adhibeat eſcam cupiditatis; novit quem fallat gaudio, quem mœrore conturbet, quem errore ſeducat, & cauſas quærit nocendi, ubi quemque ſtudioſius viderit occupari.

Phyſiognomia & metopoſcopia ad cognoſcendas complexiones hominum, & inclinationes interiores, quemadmodum non plane rejicio, & ſigna mentis, & cogitationes plerunque ea proferre & indicare non inficior; ita interiores receſſus omnes, antequam pateſiant, ex illis deprehendi poſſe, conſtanter nego: Deus enim ſibi ſoli reſervare voluit, ſicut etiam ei ſoli ſolummodo hæc notitia arcani pectoris & cordis in ſacris literis attribuitur. Sylva narrat. l. 2. Eleganter autem à doctis ingeniis excogitatum eſſe, Gilbertus Cognatus dicit; Momum Ethnicum reprehenſionis Deum taxaſſe, quod opifex ille hominis quum cor indidiſſet receſſibus, & cavis occultum, & celan-

celandis fraudibus idoneum, non feneſtram addidiſſe, quo perſpici poſſet, quid in his ſpecubus lateret. Adeo autem occulti ſunt hi ſpecus, ut ipſe etiam homo plerunque ignoret, quid ſit in eis abditum, errante videlicet conſcientia humana, quo quid occultius? unde Sapiens miratur cor hominis abditum & inſcrutabile: Faciem hominis, inquit, intuentur homines, ſed ſpecus illos penitiſſimos cordis ſolus Deus introſpicit; ea quoque omnia proferentur in die. Teſtis eſt hac in re egregius Jobus, dum in ſuis Cap. 7.
graviſſimis afflictionibus & cruciatibus ita exclamat: Peccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? Ibi enim notant pii viri, perinde ac ſi diceret, Deum nos obſervare, excubare oculis in nos intentis, ut quum alicujus dicta & facta ſedulo explorantur. Deus enim omnia videt, contempla- Pſalm. 7.
tur, nec illum latere poſſumus, ſicut Scriptura loquitur, ipſum ſcrutari Ierem. c. 7.
corda hominum, & cognoſcere cogitationes, denique omnia detegere, nec Ad Ebr. 4. cap.
ullam vitæ noſtræ partem ei occultam eſſe. Monemur itaque, in commentariis Dei perſcripta eſſe omnia cogitata, dicta, factaque noſtra, & quamvis judicium dictatum nondum legimus, tamen olim libros eſſe aperiendos. Quomodo autem ſubſiſtent nonnulli irriſores, qui Chriſtiani perhiberi volunt, cum Seneca, licet gentilis, iis perſpicacior fuerit, & non obſcura indicia pietatis protulerit. Prope, inquit, à te Deus, tecum eſt, intus eſt. Et Epiſt. 41.
alibi dicit: Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat: ali- Epiſt. 11.
quem habeat animus, quem vereatur, cujus authoritate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem illum, qui non aſpectus tantum, ſed etiam cogitatus emendat. Merito itaque laudibus effertur ſanctiſſimus & caſtiſſimus adoleſcens Joſephus, & à Philone commendatur, cum ejus colloquium Cap. 1.
cum libidinoſa fœmina Ægyptiaca recenſet, ſicut id ſupra retulimus, ubi eam inter alia ita compellat: hac nullum delatorem fore, aſſidentem Deo juſtitiam, res cunctas inſpicientem, nec timebimus, nec verebimur? Beatus igitur omnis pius qui conſcientiæ ſuæ rationem habet, nec Dei oculum cuncta inſpicientem & per errantem, neque factis, neque dictis, neque cogitationibus impiis & ſceleratis offendit. Etenim rectiſſime D. Bernardus ita monet: Mala conſcientia delictorum noſtrorum ipſa teſtis eſt, ipſa judex, ipſa tortor, ipſa carcer, ipſa accuſat, ipſa judicat, ipſa damnat. Idipſum viri pii in explicatione legis divinæ Decalogi hac ſimilitudine denotare voluerunt: Si quis Rex edicto ſcortari, occidere, furari prohibeat, ſanctione non tenebitur, ſi quis ſcortandi, occidendi, furandi cupiditatem animo conceperit tantum, nihil eorum perpetrarit, nempe quia mortalis legislatoris providentia non niſi ad externam civilitatem protenditur, non violantur ejus interdicta, niſi patratis flagitiis. Deus autem (cujus oculum nihil fugit, & qui externam ſpeciem non tam moratur, quam cordis

puri-

puritatem) ſubſcortationis, homicidii, furti interdicto, libidinem, iram, odium, alieni appetentiam, dolum, & quicquid tale eſt, vetat. Nam cum ſit ſpiritualis legiſlator, animæ non minus, quam corpori loquitur. Homicidium autem animæ ira eſt, ac odium, furtum, mala cupiditas & avaritia, ſcortatio, libido. Faceſſant igitur illi improbi & mendaces homines ex luſtris præſtigiatorum emergentes, qui hoc noſtro tempore de ſeipſis prędicarunt, ſe poſſe cognoſcere pręcogitata & intima cordis, ſicut nuper impoſtor, ac tenebrio quidam auſus fuit decipere ſimpliciores, neſcio, quibus documentis ad fallendum exhibitis. Illius enim vaniſſima ludibria, prudentioribus facile reſtata & detecta ſunt. Huic autem impoſtori, ut ille dicit, Mors gravis imminet; Qui notus nimis omnibus; ignotus moritur ſibi.

Seneca in Thyeſte.

Caput III.

Phyſiognomica ſigna exteriora ſicut non negligenda, ita nimium illis non tribuendum.

De moribus populaNribus.

QUÆ ſpectant ad phyſiognomica, Hippocrates, qui judicio omnium eſt ſeveriſſimus, ſparſim multa ſcripſit, quale eſt illud: Quicunque ruſſi, naſo acuto, oculis parvis, boni. Et rurſum: Magni, calvi, balbi, gracili voce præditi, boni: caput magnum, oculi parvi, balbi, iracundi ſunt. Et rurſum: oculi non nictantes, iracundi. Et iterum: magnum caput, oculi nigri & magni, naſum craſſum & ſimum habentes, boni. Hæc quoque obſervavit Franciſcus Valleſius, ubi addit, ſed legibus etiam [illegible]ibus, in quibus iniquum ſit cenſere eſſe aliquid futile, aut varium, cautum eſt: Ut ſi duo homines inciderent in criminis ſuſpicionem, is primum torqueatur, qui ſit aſpectu deformior, cujus legis ratio eſt in phyſiognomia. Eccleſiaſticus enim bonam faciem vocat veſtigium boni cordis. Hoc Albericum Gentilem movit, ut dicat: Ego ut illam partem divinatricem de vita & morte condemno, & condemnatam cum reliqua omni divinatione puto: ita conjecturam iſtam de moribus reprehendere non poſſum, cujus & in judiciis nonnullum uſum eſſe animadverto. Quanta enim Ciceroni in Verrem, Vatinium, Piſonem, Antonium, & alios hinc petita argumenta? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem ſummum (ſi quam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? Et noſtri interpretes juris utique ſervant, ut ſuſpectiorem habeant deformiorem, & in quæſtionibus ab eo tormenta incipiant, ſicut etiam ab eo, cujus vel turpius nomen ſit. Ve-

De ſacra Philoſoph. c.31.

Cap. 13.

In explicat. L.2. de maleſic. & Math. C.

rum

tum enimvero indicia iſta phyſiognomica tam certa non ſunt, ut non interdum induſtriâ, accuratâ educatione & diſciplinâ corrigi poſſint. Quamobrem nimium illis fidentes plerunque falluntur. Exemplum habemus in Socrate. Quum ejus habitum corporis Phyſiognomon inſpexiſſet, ſtupidum eum pronunciaſſe dicitur, & bardum, quod jugula concava non haberet, obſtructas eas partes, atque obduratas eſſe dixit; Addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiadem cachinnum ferunt ſuſtuliſſe, quum in eo nihil tale obſervatum eſſet. Nam & errata naturæ emendarat, & ex naturalibus cauſis nata vitia edomuerat, ac compreſſerat voluntate, ſtudio ac diſciplinâ, ad eum modum, ut nemo unquam in eo ullum veſtigium viderit. Phyſiognomica præterea indicia ex naſo hæc obſervantur: Naſi ſummum ſi gracile fuerit, facilem iracundiam; ſi craſſum & depreſſum conſceleratos mores; ſi plenum, ſolidum & obtuſum, quales leonibus & moloſſis, fortem & jactabundum indicat: ſi naſus oblongus, gracilis, roſtratus, ejus generis mores dabit. Naſus adclinaris, vitæ, morumque honeſtatis ſignum eſt. Naſus rectus, linguæ intemperantiam; acutus, iracundiam; obtuſus mollitiem; aduncus, qui & aquilinus, regalem animum, & magnificentiam; ſimus, immodeſtiam & ſcortationem, qualis fuit in Socrate; minor, fraudem, rapacitatem; adapertus, animi vim & corporis robur; anguſtior & rotundior obſtructuſque, ſtoliditatem, ſocordiam, veſaniam: obliquus & intortus, mentis & animorum obliquitatem portendit. Non abſque ratione itaque introduximus eos, qui ad duellum, in locis ubi adhuc frequentatur, & lites ex eventu ejus deciduntur, inſtruuntur, phyſiognomiam & complexionem in adverſario accuratè obſervare & perpendere, ut ex hac occaſione hoſtem ſuum facilius vincendi, captare & habere poſſint: ſicut Fauſtum Longianum in ſuo libro de duello id diligenter obſervaſſe indicavimus. Studioſi enim conſtitutionum & complexionum acumen tribuunt fere bilioſis, id eſt, valde calidis & ſiccis. Bilioſus enim humor ad celeritatem incitat. Judicii vero bonitatem, melancholicis, id eſt, leviter calidis; & bene ſiccis: Melancholia enim frenum dicitur humorum, ne nimis præcipites feramur ad judicandum. Sane impetus concupiſcentiæ plerunque ita erumpunt, ut non difficile appareat, quid intus lateat. Ii enim pro modo corporis incitantur, at ſecundum ejus mutationes vel concitatiores vel languidiores fiunt. Et hæc eſt cauſa, quod adoleſcentum cupiditates ob copiam & calorem ſanguinis celeres, feroces, atque ardentes ſunt. Senibus, quia principium concupiſcentiæ circa jecur reſtrictum eſt ac debilitatum, magis viget ratio, elangueſcente unà cum corpore affectuum capace parte. Hoc ipſum ſcilicet eſt, quod brutorum animalium mores & affectus format. Non enim opinionum aliâ bonitate, aliâ pravitate robur & audaciam, vel contra metum trepi-

Caſp. Taliacotius in ſua chirurgia notat l. 1. c. 5.

Lib. 1. c. 7.

Plutarch. de virtute morali.

dationemque ingentem ſortiuntur: ſed facultates ſanguinis, ſpiritus & corporis diſcrimina faciunt affectuum, quia pars eorum capax è carne, tanquam radice enaſcens, qualitatem propenſionemque talem ſecum affert. Hominis autem, impetibus ab affectu ortis, etiam corpus una affici atque cieri, communiunt pallores, rubores, tremores, ſaltatio cordis, rurſumque diffuſio in expectatione voluptatum. At vero, quum ipſa per ſe mens abſque ullo affectu movetur: tum corpus quieſcit ac conſiſtit placidè, nihil commune nimirum cum ea mentis actione habens. Rectè itaque à veteribus dictum eſt: *Intima per mores cognoſcimus exteriores.* Experientia ſanè demonſtrat, quod pro nationum varietate etiam naturæ varientur, unde manifeſtum diſcrimen in libidinis incendio & amoribus inter varias gentes animadverti poteſt, de quo latè Cornelius Agrippa, & ex hiſtoricis præſertim recentioribus, qui Indos orientales & occidentales deſcribunt, plura exempla peti poſſunt. Ex omnibus autem affectibus iracundia efficacia ſigna habet, quibus interiores motus deteguntur, ſicut ea Donzellinus prolixè oſtendit. Huc pertinent, quæ de chiromantia, & qualis indicatio mentis ex forma manuum ſumi poſſit, in auctuario c.35. notavimus. De lineis autem diverſis, & quæ divinationes phyſicæ ex iis ſumantur, Peucerus totam artem tradit in ſuo commentario de præcipuis divinat. generib. Non diſſimiles obſervationes ex pilis & auribus, vel potius naribus, ac reliqua proportione corporis habemus in equis, vel potius generoſis, vel degeneribus, nec non & canibus, ex quibus in cap. 23. & 24. prioris Centuriæ nonnulla recenſuimus.

Cap. 63. de vanitate ſcientiarum

In remedio ferend. injuriarum.

CAPUT IV.

Cor hominum Deum ſolum regere & mutare poſſe.

MAnet & manebit conſtans & immota ſententia, Deum SOLUM cognoſcere & videre noſtras cogitationes, & animi concepta intima & extima. Et ſic eſſe unicum καρδιογνώστην. Hinc Regius Propheta: Tu cognoviſti ſedere meum, & reſurgere meum. Intellexiſti cogitationem meam à longe. Imo vero in ipſius SOLA poteſtate eſſe, ut dirigat & gubernet cor noſtrum, quocunque voluerit, ipſique placuerit. Quod etiam prudentiores Philoſophi Ethnici obſervarunt, inter quos fuit Themiſtius, qui hanc ſententiam in ſuis rationibus ſæpius commendat & laudat. Alioquin fatendum eſt, nobis corda lapidea eſſe, & ipſa duritie duriora, nec malitioſa tantum, ſed etiam pervicacia inflexibili Deum averſantia. Idque multis & fere innumeris ſacræ Scripturæ locis poterit probari. Inprimis autem de Saule nuper

Pſalm 139.

1. Reg. c. 10.

nuper juſſu Dei à Samuele electo in Regem populi Iſraelitici dicitur: Quum avertiſſet humerum ſuum Saul à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud: ſed & Saul abiit domum ſuam in Gabaa, & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Item: in Juda vero facta eſt manus Domini, ut daret eis cor unum, ut facerent juxta præceptum Regis & Principum verbum Domini. Eodem modo in Chronicis dicitur: Omnia corda ſcrutatur Jehova, & omne figmentum cogitationum intelligit. Et ibidem David Rex & Propheta ita alloquitur Deum: Sed novi, Deus mi, te eſſe ſcrutatorem cordis. Et Salomon: ſicut diviſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud. Et Jobus: Qui immutat cor Principum populi terræ. Quod non ſolum de Rege dictum eſt, verum & de cordibus ſeu animis ſingulorum hominum. Eſt enim in his verbis Synecdoche, & perinde argumentatur, ac ſi diceret: Inde maxime conſtare, corda omnium hominum, ſeu voluntates à Dei dependere arbitrio, quum dubium eſſe nequeat, cor etiam Regis variis mutationibus ob varias occaſiones & miniſtrorum varia conſilia obnoxium à Dei pendere nutu & judicio, à quo in hanc vel illam partem juſtiſſimè inclinetur. Sicut eruditè & piè diſputat, additis multis autoritatibus ex ſacra Scriptura, & ſanctis Patribus, Andreas Gorrutius, inter quos eſt doctrina Divi Auguſtini inſignis: Non ſolum, inquit, in corporibus hominum, ſed in ipſorum cordibus Deus operari, illaquè, quo voluerit, & quando voluerit, inclinare, vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam ingerendas, ſicut ipſe judicat, occultiſſimo quidem judicio, ſed ſine dubitatione juſtiſſimo. Obſervandum ſane eſt, nonnunquam vocem cordis in Scriptura ſumi pro intelligentia, interdum pro veritate & conſcientia pura. Ideo ubi dicit Moſes: Non dabit vobis cor intelligens uſque in præſentem diem; videmus cor ſumi pro intelligentia, ſicut quoque ſumitur apud Jobum, ubi dicit ad amicos: Abſcondiſti cor eorum ab intellectu; quaſi diceret, Deum quaſi abvolviſſe oculos iſtorum, qui ſe ſapientiſſimos putabant, ut bruti evaſerint. Eſt autem Bodini ſententia, hæc dicta, Deum eſſe cordium ſcrutatorem, Et, cordi prudentiam eſſe inſitam à Deo, ita interpretanda eſſe, ut præcipuam corporis partem ad univerſum corpus referant, idque tropo Synecdoches: quia cor primum eſt, quod vivit, & extremum quod interit, ut Galenus ſentit. Hæc, & quæ antea ſatis prolixè recenſuimus, perpendere & conſiderare deberent non ſolum præſtigiatores & irriſores veritatis, ſub vanitate ſubdola, licet ſimplicioribus tecti, attamen prudentioribus manifeſti: ſed etiam callidi ſimulatores & hypocritæ, qui cum intus in corde ſint pleni fraudis & proditionis, tamen externo fuco pietatis & ſimplicitatis alios & ſeipſos decipere ſolent. Hos ſanctus Spiritus vocat tepidos, quia neque boni

2. Par. c. 30. *1. Par. c. 28.* *Cap. 29.* *Prov. 21.* *Cap. 12.* *De provid. Dei, l. 8. c. 5. cum ſeqq.* *Aug. lib. 5. cont. Iulian. cap. 3. lib. de gratia & lib. arbit. ad Valent. c. 20.* *Deut. 29.* *Cap. 17.* *In theatro natur. l. 4.* *Pſa. 4. & 21. Iob. c. 39.* *Apoc. c. 3.*

Digitized by Google

ſunt, neque conſpicuè mali, cum revera ſint omnium peſſimi. Hos, ut dicit Valleſius, evomit Deus, atque à ſe rejicit, & indurat, traditque non raro in reprobum ſenſum. Ergo, inquit, utinam calidus aut frigidus eſſes, hoc eſt bonus, aut apertè malus, & perturbationibus plenus, ut iis ſedatis ageres pœnitentiam, ac reſipiſceres. Sed quia tepidus es, hoc eſt, ſub ſpecie boni iniquus & impœnitens, & legis contemptor, incipiam te evomere, veluti qui tepida deglutierit juſcula.

De ſacra Philoſ. c. 90.

Idipſum non ignorarunt diſcipuli poſt aſcenſionem in cœlum ſui præceptoris & magiſtri, congregati, ut numerus duodenarius eorum compleretur: tales enim preces inſtar legationis mittunt in electione Joſephi Berſabani, qui etiam Juſtus vocabatur, & Matthiæ, è terra in cœlum ad caput & Dominum ſuum Chriſtum, ut voluntatem & approbationem divinam cognoſcerent, uter ex his duobus ad Apoſtolatum loco Iſcariotæ proditoris magis idoneus eſſet: Tu Domine, qui cognoſcis corda omnium, oſtende unum ex his, quem elegeris. Cum igitur proprium & ſolius officium Dei ſit ſcrutari corda, neque quicquam ab eo poſſit occultari, ſibique Soli hanc prærogativam ſervet, neque alii communicet, *omnis hypocriſis* & ſimulatio abominabilis apud eum eſt: Contra ejus oculi fidem, veritatem & integritatem intuentur, ut Propheta Jeremias monet. Idcirco ſacræ literæ verbo Dei hanc vim & efficaciam tribuunt, ut dicant, id eſſe tanquam gladium acutum & ancipitem ad penetrandum, uſque ad intimas medullas, nullas eſſe cogitationes aut affectus in hominibus, qui non ſunt nudi & retecti coram ipſo. Tum etiam alio in loco dicitur, eos, qui proficiunt in verbo Dei, in ſe ipſis debere redargui, hoc eſt, tanquam coram Deo comparere debere, & ſe ejus throno cœleſti ſiſtere, ut illic peccata ſua, quæ antea tecta erant, retegant.

Heb. c. 4.
1. Cor. 14.

Non ſolum autem Deus unus, & præter eum nullus eſt ſcrutator cordium, ſed etiam ea mutare poteſt, quando vult, & illi placet. Exempla plura hac de re ex ſacris, & prophanis literis, & hiſtoriis, extant. Utpote cum Joſephus dicit ad fratres ſuos: Vos cogitaſtis male mihi facere, ſed Deus bene mihi fecit. Item Pharao cum ad ſe adduci juſſiſſet uxorem Abrahami, ſtatim ad plagas Domini, mutavit animum. Alexander Magnus malè animatus erga Judæos, tamen ſtatim aſpectu Sacerdotis mutatus, humilis & beneficus factus eſt. Et Aſſyerus potentiſſimus Rex, cum decreviſſet inſtinctu & calumniis Amani Judæos perdere, mitigato animo, cognitâ veritate, à pia conjuge, publicatum decretum regium, alioquin inviolabile, juſſit reſcindi & irritum eſſe. Quare hæc ratio & conſolatio à piis viris additur. Nec mirum: Deus enim, cum in ſua manu habeat ignem, aërem & cœlum univerſum, eaque omnia impellat & regat, multo facilius flectere poteſt animos hominum.

Chytræus in viatico.

Quam-

Quamobrem nihil eſt, cur impiorum hominum tyrannidem extimeſcamus; Deus enim mille viis & rationibus poteſt nos ab illis liberare.

Laban perſequebatur Jacobum iratus & furens, ſed Deus illum per ſomnum compeſcuit, juſſitque ne Jacobo ullam vim faceret. Eſau cum in Jacobum ſemper fuiſſet hoſtili animo, tamen ita immutatus eſt à Deo, ut illi occurreret obviam, & in ipſius complexu fleret præ gaudio. Hæ conſolationes mihi nuper animo perturbato, hos elegiacos expreſſerunt, in precatione ad Chriſtum:

Ut trepidans hoſtis (clemens da ſigna favoris)
Divinum præſens ſentiat auxilium.
Ceu tenes in manibus cunctorum corda regentum,
Quando placet, potis es flectere ſic animos.
Mille nocendi artes hoſtis licet impiger aptet,
Mille juvandi artes tu tamen usq; tenes.
Mille modi nobis occulti ſunt tibi praſtò,
Queis recrees mœſtos, ſunt tibi mille viæ.
Ergo age rumpe moras, titubanti porrige dextram,
Victor in ærumnis, te Duce, lætus agam.
Gaudia, Chriſte ſalus repara, da pectora firma,
Perpetuo in luctu ne patiare tuos.
Sub cruce ſic laſſus, te glorificante vigebo.
Inclita me nunquam SPES mea deſtituet.
Mens mea cur trepidas? Subitò poſt nubila Solis
Nube cava radius clarior exoritur.

CAPUT V.

De oculorum vi & efficacia.

IN cap. 57. noſtræ primæ Centuriæ notavimus, in oculis veteribus religionem fuiſſe, ſiquidem in iis imago, & natura hominis, ac tacitus ſermo mentis exprimitur, additis ibi non vulgaribus rationibus, & demonſtrationibus. Id autem ut apertius demonſtrem, & edoceam, nemo negare rectè poterit: oculos eſſe fideliſſimos teſtes, rectèque dici ὀφθαλμοὶ πιστότεροι ὤτων. Et plus valere unum oculatum teſtem, id eſt, αὐτόπτην, quam auritos decem, ut Plautus nos docuit, hæc enim ſunt ejus verba:

In Trucul.

Non eſt laudandus is qui plus credit, quæ audit, quàm
Quæ videt: non placet, quem illi plus laudant, qui audiunt,
Quam qui vident: pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti
Decem: qui audiunt, audita dicunt, qui vident planè ſciunt.

c. in noſtra de teſt. l. hac conſultiſſim. C. qui teſt. fac. poſſunt. Sirac. c. 13. v. 24. De ſacra Philoſoph. c. 32.

Unde viſus oculorum etiam ad mentem transfertur metaphoricâ locutione, ut cum dicitur, oculi plus vident, quam oculus: Et unus vel tres, melius quam unus vident, & intelligunt. Eâdem ratione tribuitur oculus Deo qui tam acutus ſit, ut omnia contempletur, ſicut ex ſequentibus rectius intelligetur. Hinc evenit, ut quemadmodum à facie, quàm à reliquo corpore, ita ab oculis plura, quàm à reliqua facie capiantur argumenta. Quia veluti feneſtræ animæ ſunt, atque inter cætera, à modo intuendi, ſicut Franciſcus Valleſius diligenter obſervavit. Nam, inquit, rectè deſpicere, oculis parum demiſſis verecundi: immotis, neque nictantibus, impudentis, & iracundi: plurimum nictare, timidi, aut inſanire parati, oblique intueri, ut cum ſit è regione, habeat oculos in finibus terræ, & ſubdoli, & deriſoris, quem ſtultum vocant divina proverbia.

Homil. 15. in cantica canticorum.

Illuſtratur præterea hoc pia ſimilitudine à Theodora Beza; Quemadmodum, inquit, in facie ſuper cæteras corporis partes eminet pulchritudo, adeo ut formoſus vultus quamlibet cæterorum membrorum deformitatem tegat, & contra ſi turpis ſit facies nihil in reliquo corpore gratum appareat: hic in vultu principes partes ad conciliandam gratiam tenent oculi; præcipuè in amoris affectu, qui utique oculis hauritur, iiſque veluti feneſtris quibuſdam apertis irrepens, ad intimum cor uſque penetrat: ſive pudicè ametur, ut teſtis eſt Jacob Rachaele viſa; ſive illicitâ cupiditate feramur, quemadmodum de Davide legitur.

2. Sam. c. 11.

1. Epiſt. c. 2. 2. Petr. 2. Matth. 20.

Hinc ex oculis vagis, & procacibus, de quibus loquitur Joannes, & Petrus Apoſtoli, impudicam libidinem argui notum eſt, ſicut etiam torvo intuitu latens invidia declaratur. Inprimis oculorum vim Itali in amoribus ſuis pleriſque laſcivis obſervare, & prædicare ſuis ſcriptis miris modis ſolent. In his præ cæteris ab illis decantatur oda amatoria in Dialogo Stephani Guazzi, talis videlicet:

Quei duì bei lumi de la Donna mia,
Che con mirabil' arte
Per queſta, e in quella parte
Scorrendo danno vita à mille amanti
Dite, ſe' pur ſon' occhi, ô ſtelle erranti?

Deut. c. 15.

Sed omiſſis ludicris, ad ſeria & magis pia revertamur. Ubi ita mandat Deus Iſraëlitis: Ne ſit malignus oculus tuus in fratrem tuum: ibi interpretes notant, quod per malignum oculum, ſcriptura parcum, invidentem, immiſericordem, qui non libenter miſeretur pauperum, intelligat. Hinc nata Metaphora Hebræis, quod animi habitus oculis ſe maxime prodat: contra oculum bo-

num,

num, pro amico, liberali, & benefico accipiunt; Bonus oculus benedicetur, quia dat de cibo ſuo pauperi; Et ne edas cibum oculi mali, & ne deſideras delicias ejus. *Prov. 22. & 23.* Quâ Phraſi uſus eſt Chriſtus Dominus, & Servator noſter: Si igitur oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſum. *Matth. 6.* *Matth 20.* Eadem interpretatio habetur, ubi mentio fit maligni oculi in fratrem tuum; *Matth. 25.* Hebraiſmus, inquiunt, id eſt, invidebit fratri & uxori, &c. quaſi dicat molliſſimus, & delicatiſſimus quiſque, qui tantum lectiſſimis & delicatiſſimis cibis veſcitur, invidebit fratri tuo, & uxori ſuæ, quæ dormit in ſinu ſuo, & reliquis liberis ſuis, ita ut illos non faciat participes carnis filiorum ſuorum quibus veſcetur; Malignum & nequam eſſe oculum alicujus, eſt illum eſſe illiberalem, tenacem & invidum. Idipſum obſervavit Valleſius ſuper allegato c. Matth. 6. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus, ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebricoſum erit. *De ſacra Philoſ c. 48.* Idem Valleſius ex iiſdem rationibus appoſitè citat, ſed & de Gadi transfugerunt ad Davidem, cum lateret in deſerto viri robuſtiſſimi & pugnatores optimi tenentes clypeum, & haſtam, facies eorum, quaſi facies leonis. *Cap. 33.* *1. Par. 6.12.*

Dipnoſophi quoque apud Athenæum obſervarunt, homini omnifarios eſſe oculos & in illis morum ingeniique certa indicia; *Lib. 8.* Quibus enim inquiunt, hominibus caprini ſunt oculi, iis acutum natura viſum eſſe, moreſque probiſſimos: hominum vero aliis oculos extrorſum prominere, aliis introrſum condi: aliis vero medio ſitu collocari, & hos perſpicaciſſimos eſſe, lenique ac ſedato ingenio: peſſimos quoſque quibus exeruntur: quoſdam nictare frequenter, impudentiamque id arguere, ut levitatem, ac inconſtantiam, oculos rigidos, ac intentos, mediocres autem mores optimos polliceri. Recteque Cicero: Animi, inquit, eſt omnis actio, & imago animi vultus eſt, indices oculi. Nam hæc eſt una pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot ſignificationes; & commutationes poſſit efficere. Quod etiam medicorum ille princeps Hippocrates obſervavit, ubi dicit, oculi ut valent, ita & totum corpus. Hæc vis, & efficacia figuratè etiam ad Deum translata eſt, ſicut Ægyptii, teſte Oroſio, Oculo picto Deum demonſtrare ſolebant, ſicut antea diximus; *6. Epiſt. ſectione 4.* nam ſecundum Diodorum Siculum, in hieroglyphicis, oculus ſignificat ſervatorem juſtitiæ; adeo ut ubicunque inveniatur ſceptrum cum oculo, adjunctis aliis ſcepteris legendum ſit: Ego ſum Oſiris Jupiter juſtus, qui univerſo orbi imperavi. *In hierogl. Lib. 4.* Sed rectius ex Pſal. 2. interpretatio hujus rei ſumi poteſt, quem Widebramus ita tranſtulit:

Providus ut juſto, quæ ſiunt, omnia vultu
Ceu ſpecula celſa luſtrat ab arce Deus:
Sic hominum mentes oculis vigilantibus intrans,
Quæ tegit arcano pectore, quiſq; probat.

Et

Digitized by Google

Et ex Pſalmo 44. Gregorius Berſmannus noſter, huc ſpectantia ita tranſtulit:

——————Latebras qui pectoris imas
Reſpicis excutiens animos ſub vulpe latentes.

Quo pacto autem Deus ſolus, non quidem corporeis membris intima cordis, & cogitationes obſcuriores cognoſcat, & perſpectas habeat, docet nos Tertullianus: parenti, inquit, cunctarum rerum & ingenito Deo non ſunt manus, & pedes & digiti, & anima, veluti creato, & compoſito animanti, ut Judæorum magiſtri putant. Neque ineffabilis ille Pater, & Dominus univerſitatis hujus venit in locum aliquem, neque deambulat, neque dormit, neque ſurgit, ſed in regione ſua, quæcumque tandem illa eſt, manet acutum cernens, & acutum audiens, non oculis certè quidem, nec auribus: Verum virtute infinitâ ille inſpectat, & omnia noſcit, neque noſtrum quiſquam illum latet, neque mobilis eſt, neque loco ullo, atque adeo neque mundo univerſo comprehenſibilis, ut qui antea extitit, quam mundus eſt conditus. Huc ſpectat Macarii Eremitæ Ægyptii doctrina quum docet, quomodo anima Chriſtianorum ſe erga Deum præparare debeat. Ita enim concludit ſuam ſententiam. Hoc pacto requieſcet Dominus in bono animæ propoſito, conſtituens illam thronum gloriæ, inſidens, ac conquieſcens in ea. Nam hoc ipſum apud Ezechielem Prophetam cap. 1. & 10. audivimus de ſpiritualibus animalibus currui Domini ſubjugatis, quæ tota oculata ſe nobis exhibent, cujuſmodi eſt anima, quæ Deum portat, imo potius, quæ portatur à Deo. Fit enim tota oculus. Cæterum, quæ his conveniunt, antea multis argumentis demonſtravimus, & ſequens caput pluribus docebit.

Homil. 33.

CAPUT VI.

Non ſolùm oculos, ſed totum vultum hominis peculiarem vim & efficaciam habere.

IN Eccleſiaſtico cap. 8. Salomonis legimus; ſapientia hominis illuſtrem reddit vultum ejus, & obfirmatio vultus ejus mutatur. Quod etiam Galenus ſuccinctè, & graviter expreſſit hiſce verbis: Animi mores, temperamentum ejus corporis ſequuntur; Hujuſcemodi obſervationes (ſi modo non Magicæ acceſſerunt) habuit Ægyptius ille Philoſophus, quem M. Antonio familiarem, & comitem fuiſſe tradit Plutarchus. Is diverſas hominum naturas, ex ſolo aſpectu ſe cognoſcere profitebatur. Antonio autem dicebat ejus fortunam ſplendidam eſſe, ſed tamen hortabatur ipſum ut Octavium vitaret, quia ejus genius, illius genium formidaret. Genius autem communi Græcorum nomine *δαίμων* appellatur propter intelligentiam, ſapientiam ac ſa-

In vita Antonii.

ac facilitatem, quam hominibus præſtare dicebatur, & exindo à poëtis ſæpe pro animo ponitur. Quod autem ex aſpectu, & exterioribus ſignis animi vigor, & intentio in bono, & malo plerunque cognoſci poſſit, ſicut ex Siracide in cap. 57. allegavimus, Seneca quoque obſervavit, omnia rerum inquit, omnium ſi obſerventur, indicia ſunt, & argumentum morum, ex minimis quoque licet capere. Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus mota, & unum interdum reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum: Improbum, riſus; inſanum vultus, habitusque demonſtrat. Illa enim per apertum in notas exeunt. Eodem modo, ut idem notat, oratio vultus animi eſt, ſi circumtonſa eſt, & fucata, manifeſtè oſtendit, illum quoque non eſſe ſincerum, & habere aliquid fracti. Idipſum demonſtravimus exemplo Juliani Apoſtatæ, ſicut ex geſtibus ipſius animus à Nazianzeno, & Socrate depingitur. Non diſſimile & recens exemplum habemus in Johanne Baſilide tyranno Moſcorum, omnium crudeliſſimo, de quo ita ſcribit Paulus Oderbornus; Antiqui vatis carmina eum Principem non obſcure, formæ ac ingenij lineamentis exprimere videbantur, qui propriæ patriæ, Livoniæque præſertim & Sarmatiæ ſummas clades eſſet illaturus, Scribunt. Pergit ille, ſtatim in eo prodigioſæ naturæ indicia apparuiſſe, omnesque pueri mores ſævum quiddam, & immane præ ſe tuliſſe, ita ut de illo nemo id dicere poſſet, quod de ſe ipſo Jaſon dixit; Ajo me afferre doctrinam Chironis, redeo enim ex antro, à Choride, & Phylyta, ubi me caſtæ Centauri filiæ educarunt, fuique ibi annis viginti, nec factum ibi, nec dictum turpe locutus ſum. Sermo pueri Baſilidis fuit ſtolidus, & monſtroſus, mores maligni, & perverſiſſimi, ex quibus magnates gentis de ingenio, & tota ejus vita conjecturam facientes, eum indito poculis veneno occidere ſtatuerunt, quando ab ejus dira poteſtate, & luctum, & calamitatem univerſis mortalibus impendere præviderent. Huc ſpectant verſus Martialis de Zoilo, ab externis notis, internos motus notantes, ut omittamus Therſitem apud Homerum:

Epiſt. ad Lucil. 52.

Epiſt. eod.

In vita Baſilidis.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus,
Rem magnam praſtas, Zoile, ſi bonus es.

Et Stobæus: *Serm 88.*

Faciem aſpectu deformem poſſides,
Mores etiamnum ejuscemodi habes?

Unde diſtichon ex Græcorum Epigrammatum Anthologia tale factum eſt Latinum:

Clauda tibi mens eſt ut pes, natura notatque
Exterior certas interioris habet.

Hinc interpretes juris indicia ſumunt ex rei accuſati, vel inquiſiti mala Phyſiognomia, quam ut tacitam figuram corporis conjecturam adferre hominibus, Cicero ait. Eadem præſumptio oritur ex turpi nomine.

In Orat. pro Roſcio.

E diverſo notavimus in præclara, & generoſa indole, dignitatem & virtutem, ex facie ſtatim elucere, adducto Ulyſſis naufragi exemplo, quem nudum, virtute tamen veſtitum, Phæacum multitudo venerata eſt. Sicut hodierno die adhuc Perſæ commendantur; quibus inſitum eſt, ut in quocunque hominum genere virtutem elucere proſpexerint, eam ſummo ſtudio celebrent, uſque adeo ut hoſtes etiam, quos armis acerrime perſequuntur, laudibus ſummis afficiant. Sed ad Homerum revertamur. Totam ejus Poëſin laudem eſſe virtutis, vel maxime eo in loco patet, cum fingit Cephalenorum ducem naufragio ejectum, tantum abfuiſſe, ut illos, quibus & ſolus, & nudus apparuit, verecundiâ aliquâ averteret: Quandoquidem pro veſtibus virtute illum dixit ornatum, & primum Regina eum reverita; ſic deinde reliqua Phæacûm multitudo, tanti putavit, ut relictis epulis, quibus commeſſabantur, unum illum cuncti intuerentur, nullumque eorum eſſe, qui eo tempore magis quicquam a Diis optaret, quam Ulyſſem fieri, quanquam & nudum, & naufragum. Hoc enim loco Homerus clarâ voce clamare videtur: O homines, ſit vobis curæ virtus, quæ & cum naufrago ſimul enatat, & in littore nudum ejectum fortunatum Phæacibus venerabiliorem oſtendit? Sed veniamus ad noſtros Heroes, qui virtute, & magnanimitate, nequenon & corporis præſtantia, priſcis non inferiores, ſed ſæpe numero multis modis ſuperiores, & excellentiores fuere, de qua re habemus præclarum exemplum in Maximiliano Cæſare hujus nominis I. Cum enim à Brugenſibus captivus detineretur, & indignis modis tractaretur; In hac rerum adverſitate, inquit Heuterus Delfius, ſolitudine, & ſummo vitæ periculo nunquam tamen ab animi magnitudine diſceſſit, nec quicquam ſe indignum fecit, nec locutus eſt. Horrebant ejus vultum hoſtes infeſtiſſimi, reverebatur præſentem populus ſeditioſus, eaque de cauſa hoſtes arctiſſimè concluſum, ad populi conſpectum raro admittebant. Emergebat enim ex ejus vultu, ac oculis majeſtas magno principe digna, rebellium conſcientiam non ficte commovens, ac concutiens; inerat gravitas debitam autoritatem vel refractariis extorquens, univerſa adeo corporis lineamenta Imperatoriam, Regalemque dignitatem referebant, habitus, inceſſus decens, motus temperatus, verba pondus habentia, affectus hominum quolibet trahebant. Eadem de magnanimitate Franciſci I. Regis Galliarum poſt infauſtum prælium prope Ticinum, in quo captus cum præcipua nobilitate fuit, prædicari poſſunt. Ita enim, (ut Stephani Forcatuli verbis utar) perſtitit interritus, ut nullo modo oris ma-

Oſor. l. 10. de reb. Eman. geſtis.

Gyll. cogn. in ſylva narrat. l. 2.

Lib. 3. invictis Maxim. & Philippi.

De Gallorū imperio l. 3.

jeſtas deformaretur, perinde ac ſi victus de victoribus triumpharet & Henrico Navarrenſium Regi, Franciſco Borbonio Principi, Annæ Mommorancio, alijsq; ejusdẽ monetæ Heroibus, eandem aleam experientibus, ſolatium ſermone comi præberet, nõ mirum eſſe dicens, quod hominibus multa contingant, quæ nolint, & Martẽ præ cæteris numinib. priſcæ vanitatis volubilẽ. Nam ideo ipſum Homerus ἀλλοπρόσαλλον appellavit. Nihil adeo priſtini decoris deceſſit Regi, ut & hoſtes mirâ cum obſervãtiâ reveriti ſint, & certatim miniſtraverint victores clariſſimi quiq; cultu regio, & dapibus, atq; argẽtea ſuppellectile. Nec ignorabant, opinor, victurum ſemper in pectore illius, quicquid præſens neceſſitas injunxiſſet, ideoq; attonita pene veneratione ipſum proſequuti: ac vix adduci potuere Borbonius, Lanoius, & Davalus, ut juſſi accumberẽt, ut quæ omnibus notiſſima eſt, dicendi ſuavitatem auſcultarent, qua facile auctores quoslibet, & immanes permulcebat, cum haberet animũ à literis, à Muſarum dulcedine minime abhorrentem, ut qui primus velut è Galliæ ſpecula facem regnum totum illuminaturam ad bonarum diſciplinarum iter perficiendum accendit, & oſtendit, cum primis amabilis, & liberalis; ità ut non ſub Franciſco, quam propter Franciſcum, Galli plus ſolito ſtudia ſua excoluiſſe credi queant. Quemadmodum a. de Trajano, teſte Dione, diximus, cum apud Agarenos in obſidione urbis cujusdam, cum fallendi hoſtes ergo ſine regio ornatu, muros circumiret, magnum periculum vix evaſiſſe: (Generoſa enim canicies, & oris majeſtas principem prodidit, ut hoſtes quem Regem ſuſpicati erant, in eum frequentes ſagittas conjecerint, quarum tanta vis fuit, ut qui pone Cæſarem ſequebatur transfixus fuerit,) ita non diſſimile periculum adiit Lazarus Schvendius Heros ille formidabilis Turcis, Anno cIↄ. Iↄ. LXVII. in obſidione Zatuari Erdelij caſtri; dum enim ad collocandas machinas bellicas, ipſemet omnia circum hanc arcem loca perluſtrat, & explorat, agnitus eſt ab hoſtibus ex inſigni proceritate corporis: qua longe ſuper cæteros eminebat, deque comitatus frequentia, & parum omnino abfuit, quin diſcrimen vitæ adiret: Petitus enim globis aliquot tormentariis fuit, è machinis majoribus, quorum unus humerum ita ſtrinxit, ut etiam veſtis ejus igne concepto, quod eſſet ad pellendum frigus hibernũ ſuffulta pellibus arderet. Simile periculum is ſubiit in obſidione Magdeburgenſi, dum propius munitiones perluſtrat, & locum ad oppugnationem idoneum quærit idem Schvendius, à præſidiariis enim agnitus, ſubità eruptione facta, multis globulis ex tormentis majoribus & minoribus petitus, virtute equi optimi tranſilientis foſſam vix incolumis evaſit. Eodem modo (ut ad externa exempla redeamus) ſumit Rhodi Magiſter materiam commendandi, & vituperandi, ex facie, & forma corporis Iſmaelem Sophi Perſarum, & Selymum Turcarum Reges. De illo enim ita ſcribit. Ad maximarum virtutum

Leonclav. in ſuppl. annal. Turcic.
In Epiſt. quadam ad Leonem X.

Digitized by Google

remiſerunt; verum etiam uſque ad eo terrore perculſi ſunt, ut haſtas abji-
cerent, Darium adorarent, ejusque arbitrio prorſus dederent. Apud
Cornelium Tacitum legimus de Poſthumi Agrippæ cæde: Quem igna- *Li.1, annal.*
rum inermemque, quamvis firmatus animo, Centurio ægre confecit, ibi
Annibal Scotus, hæc pauca verba, multa in ſe complectentia perpendit.
Etſi, inquit, Agrippa erat valido corpore, & ideo obniti potuiſſet, & diffi-
cultatem Centurioni præbere, ad ſe interficiendum: tamen alia ratio præ-
ter hanc Centurionem retinebat, majeſtas nempe, quæ in vultu principis
elucet, quæ quouscunq; feroces & ſanguinarios deterrere, & ab inferenda i-
pſis morte removet. Simile legitur (pergit Scotus) avorum noſtrorum me-
moria, de Alphonſo Eſtenſi I. Duce Ferrarienſi, quem cum ſæpe in manu ſua
conjurati habuiſſent, & potuiſſent eum occidere: tamen, ut poſtea confite-
bantur, vultu ejus exterriti, nec manus, nec cor validum retinebant, idq; uſ-
que eo proceſſit, donec ipſi ac Hippolyto Eſtenſi fratre Ducis proditi, tan-
dem facinoris concepti & non patrati pœnas dederunt. Eodem modo ſcri-
bit Oſorius, Perſicum legatum ad Albuquercium miſſum, in eo nihil magis *Lib. 10.*
admiratum fuiſſe, quam vultus gravitatem, & caniciem, & oculorum obtu-
tum, quæ omnia acrem animi vim denunciabant. Vultum autem doctiores
dictum eſſe volunt, quod voluntatem detegat, & quod appetimus, porten-
dat, ſicut Caſpar Taliacotius notat. Habitus enim ſive ſtatus faciei eſt, qui ob *In Chirurgia nova*
diverſos animi affectus, diverſas etiam mutationes induerit. Hinc facundiſ- *l. 1. c. 2.*
ſimus Cicero: Non enim nos color iſte ſenilis, aut non piloſæ genæ, non den- *In Piſone.*
tes putridi deceperunt; oculi, ſupercilium, frons, vultus denique totus, qui
ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit: hic eos,
quibus erat ignotus, decepit. Et rurſus: Imago animi vultus eſt, indices oculi, *Cic. 3. de Oratore.*
hic apud oratores vectis præcipuus ad evertendos judicum animos & homi-
num voluntates coërcendas. Quintilianus etiam de vultu hæc ſcite protulit:
Dominatur autem maxime vultus; hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi,
hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſubmiſſi ſumus, hoc pendent homi-
nes, hunc intuentur, hunc ſpectant etiam antequam dicemus, hoc quoſdam
amamus, hoc odimus, hoc plura intelligimus, hic eſt ſæpe pro omnibus ver-
bis. Quid, quod etiam in convivatore magnum ipſe vultus momentum ha-
bet? Unde illud apud Poëtam non fruſtra ad commendationem dicitur:

——————*Ante omnia vultus*
Acceſſere boni.

Non abſque ratione itaque paulo ante notavimus, in judicijs ad eruendam
veritatem, quoad indicia torturæ, aſpectum ex geſtibus, & facie indicari
interiora, ſicut Cicero quoque notat. Eſt boni judicis, inquit, parvis ex rebus *In 6. Verrinam*
conjecturam facere uniuſcujusque & cupiditates & continentiæ præſum-

ptiones ſceleris patrati. Sic alibi ſigna exteriora latentis ſceleris idem deſcribit. Ac mihi quidem, ait, cum illa certiſſima viſa ſunt argumenta atque indicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus, denique uniuscujusq confeſſio: tum multo certiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim conſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim inter ſe nonnunquam conſpiciebant, ut non ab alijs judicari, ſed ipſi à ſe viderentur.

3. in Catilin.

Hæc etiam in legibus Cæſareis, & earum interpretibus notantur. Hinc fluxit Imp. Adriani reſcriptum, qui voluit, teſtibus, non teſtimonijs credendum eſſe. Facile enim ex teſtium perſona, vultu, conſtitutione, alijs ſignis & circumſtantijs deprehenditur veritas, qui comprehendat teſtimonium.

L. de minore, paragr. tormenta. de quaeſt. ubi DD. L. ſi teſtium fides. de teſtib.

Caput VII.

Reges, Principes, & Magnos viros, Deum cuſtodem in præſentiſſimis periculis & inſidiis habere, nec non de Aſſaſſinis.

DIximus antea, & demonſtravimus ex hiſtorijs in priore Centuria, cap. 30. quomodo in manifeſtiſſimis periculis magni viri divinitus plerunq; conſerventur. Quod quidem pluribus alijs exemplis veteribus & recentibus confirmari poterit. Quod autem de Gabrino Fundulo Cremonenſium Domino, ejusque ſceleratiſſimo propoſito & cogitationibus, antea recenſumus, ita confirmat Juſtinianus de rebus Venetis: Cremonæ apud Gabrinum Fundulum ejus urbis Abduanæque glareæ dominum, uno tempore Johannes 22. Pont. Max. Sigismundus Cæſar & Mocenicus legatus abſens delectus princeps Venetijs, ſimul convenerunt. Poſt Gabrinus ſeipſum parum mentis compotem appellaſſe, ſæpe dicitur, quod tres ſummos principes orbis, Romanum Pontificem, Germanum Imperatorem, & Venetum Ducem, cum eos in poteſtate intercipere potuiſſet, liberos dimiſiſſet.

Lib. 6.

Hæc tutela divina apparuit etiam in Tito Veſpaſiani filio, ut efficeret opus illud, quod à Deo illi in occupanda Hieroſolymitana urbe, & ſubigendis Judæis, iisque puniendis demandatum erat. Ita enim commendat eum Flavius Joſephus, cum ante obſidionem urbis Hieroſolymitanæ explorabundus ſitum civitatis in inſidias Judæorum incidiſſet: Quo quidem tempore maxime intelligi potuit, & belli momenta, & Imperatorum pericula Deum curare. Tot enim adverſus Titum miſſilibus jactis, cum neque galeâ, neque thorace ſeptus eſſet (non bellator enim, ſed explorator acceſſerat,) nullum in ejus corpus delatum eſt: ſed tanquam, ne eum ferirent, ex indu-

De bello Iudaic. l. 6. c. 2

induſtria mitterentur, omnia prætervolabant, gladio vero ſemper è lateribus inſtantes dirimens, multosque ante ora ſubvertens, ſuper cadentes agebat equum: illorum autem clamor erat propter audaciam Cæſaris, ut eum aggrederentur, cohortatio fugaque & diſceſſio repentina, quocunque diverterat curſum.

De periculo Franciſci I. Regis Galliarum ita ſcribit Bodinus: Certe quidem noſtra ætate cum nobilis homo Franciſcum I. occidere ſe voluiſſe, Franciſcano ſodali religioſè confiteretur, & ab eo ſceleratæ iſtius cogitationis veniam efflagitaſſet, Rex tamen à fraterculo ſceleris admonitus, confitentem reum comprehendi, ac judicibus curiæ Pariſiorum ſiſti juſſit, à quibus capitis damnatus eſt: nec vero judices id metu fecerunt, cum optimi & clementiſſimi Regis edicta impune, & quidem ſæpiſſime recuſarent. Henricum item Franciſci Regis filium Capito furioſiſſimus homo, cum occidere vellet videretur, & in eum enſem exeruiſſet, capitis pœnas dedit, tametſi furioſum hominem ubique leges à pœna excuſant, cum ipſo furore plus ſatis torqueatur. Hæc vera eſſe, quæ de furioſo Bodinus ſcribit in LL. noſtris minime obſcurum eſt, quod tamen de ijs intelligendum eſſe exiſtimo, qui in ipſo furoris morbo delinquunt, ſiquidem in eos neque dolus neque culpa cadere poteſt; delicta autem abſque ullo conſenſu committi non poſſunt. Unde conſtat, furioſum pati poſſe injuriam, minime tamen facere. Etenim quod per furioſum fit, perinde eſt, ac ſi caſu, ſine perſonæ miniſterio ſit factum, cum furioſus ſatis ſuo furore puniatur, de qua re prolixe diſputatur in Epitome delictorum Petri à Plaſa. Ut autem materiam cœptam proſequamur, mentionem quoque fecimus obiter in allegato capite Aſſaſinorum, qui in expeditionibus Chriſtianorum in Orientem, ad occupandum (ut vocabatur) ſepulchrum Domini, Regum, Principum, Ducum, aliorumque magnorum virorum vitæ & ſaluti, audacia & dolis inſidiati miris modis fuerunt, & quoſdam ex ijs interfecerunt, nonnullos vulnerarunt, plerique autem divinitus cuſtoditi ab ijs fuerunt.

De Repub. l. 2. c. 2.

L. 5. Di-

Hos Chaſios Nicetas Choniates appellat, & ab uno ex his Conradum Marchionem Montisferati (quem Cæſarem nominat) in Palæſtina occiſum eſſe ait. Error autem inde fluxit, quod Conradus is Conradi Cæſaris filius fuit, cum quo primum nupta fuit Maria Manuelis Conſtantinopolitani Imperatoris filia, & poſt hanc Iſacij Angeli ſoror Theodora, & Iſabella, alterius demum uxor.

In Annal.

Gens (inquit Nicetas) Chaſiorum ſuos principes ita vereri & obſervare, atque juſſis eorum exequendis adeo alacris eſſe dicitur, ut ſi tantum ſupercilio magiſtratus innuerit, ſtatim de rupibus ſe præcipitent, in enſes irruant, in undas deſiliant, in ignem ſe conjiciant, & ad eos miſſi, quos eorum

prin-

principes ocioſos voluñt, ut hoſpites & amici adeunt, & aut ſe habere, quod eis dicant, aut legatos venire ſimulantes, ſæpe dominorum ſuorum adverſarios pugionibus occidunt, nullâ difficultatis & explorati ſupplicij ratione habitâ, etiamſi alterum non occiderint. Hic populus Orientalis à Guilielmo Neubrigenſi Hanſeſiſij vocantur, & addit eorum ſenem montanum, literis ſuis Hebraicis, Græcis & Latinis, non atramento, ſed re multum inuſitatâ, ſanguine ſcilicet muricis ad Chriſtianos principes ſcriptis, Richardum Regem Angliæ (cui mors Marchionis Conradi imputabatur, cujus rei prætextu in reditu ex Palæſtina naufragus, in Iſtria captus, Cæſari & Archiduci Auſtriæ magnam vim auri pro redemptione ſolvere coactus fuit,) excuſat, cauſasque necis à ſuis commiſſæ inducit, quæ literæ ibi inſertæ ſunt integræ. Si quis autem forte pleniorem hujus generis, quæ vulgo Aſſaſſini vocantur, deſcriptionem legere cupit, is eam inveniet in libro de reb. Turc. parentis mei optimi, poſt ejus mortem à filijs edito.

Rer. Angl. l. 5. c. 14.

Fol. 18.

Circumcellionum ſane non diverſum fuit intentum, qui è factione Donatiſtarum, veluti ejus monachi orti ſunt. Ii enim zeli, doctrinæ & ſectæ ſuæ prætextu defendendæ, ex agris & cellis, in quibus ſolitarij vivebant, orthodoxos tranſeuntes aggrediebantur: imo vero in obvios quosque more immaniſſimorum latronum, irruentes, graſſabantur. Primum quidem illi ſolum fuſtibus, deinde vero ferro ſævierunt in orthodoxos, quos, nullo ſexus & ætatis & dignitatis diſcrimine habito, crudeliſſimè trucidabant & necabant: adeo ut tandem & temporibus demum D. Auguſtini, de ſævitia horum apud Imperat. Arcadium & Honorium conqueri orthodoxi Epiſcopi cogerentur. Itaque imperatum eſt, ut imperio magiſtratuum Africæ, atque manu etiam militari circumcelliones iſti coercerentur. Ex his apparet verum eſſe, quod Lactantius Firmianus monet, Sectam videlicet unamquamque omnes alias evertere conari, ut ſe ſuasque confirmet, nec ulli alteri concedere, ut ſapiat, ne ſe deſipere fateatur. Huc merito referri debet miraculoſa & divina protectio Jacobi VI. Regis Scotiæ, quæ ſuperiori anno cIↄ. Iↄ. c. 5. Auguſti Perthi accidit, & cujus in proximo præcedenti capite quoque obiter mentionem fecimus. Cum enim Rex incautus & inermis ab Alexandro fratre Comitis Gauriæ, præfecti regij Perthi, eò ex venatione cum pauciſſimis familiaribus miris perſuaſionibus attractus eſſet, inque horum fratrum & conjuratorum inſidias præparatas, in quodam cubiculo ſolus incidiſſet: Et unius atque alterius ſicarij impetum, partim majeſtate ſua & eloquentia, partim contra vincula intentata ſe viribus & nixu, clamando ſe liberum natum, liberum etiam moriturum, defendendo ſuſtinuiſſet, donec quatuor ex ſuis familiaribus unus poſt alium diverſis ex locis in auxilium veniſſent, & octo vel

plures

plures conjuratos bene armatos vel interfeciſſent, vel male mulctatos abegiſſent illæſo Rege. Qui ſublatis interfectiſque capitibus conjuratorum, cæteriſque remotis & fugatis: numeroque aulicorum ſuorum, animadverſo periculo Regis, aucto, atque ab inſidiis & proditione in tutum conſtitutus: ideoque præſens auxilium divinum ſentiens, in medio ſuorum in genua ſupplex procumbens, Deo pro liberatione tam miraculoſa, & victoria tam inſperata gratias prolixè egit, ſibique pollicitus fuit, non fruſtra ſe Deum ab imminente iſto periculo liberaſſe, nec dubitare ſe, quin idem Deus à tanto malo incolumem ſervarit, &c. ſicut tota illa conſpiratio, & eventus, nuper prolixè in Latina lingua edita eſt, digna profectò, ut diligenter legatur & obſervetur.

Experientia ſanè teſtatur, plerunque ſicarios & male feriatos, vel potius aſſaſſinos, ſicut tales ſcelerati homines nunc vocantur, ad necem magnorum virorum conductos, quando ſcelerata ſua facinora perficere conantur, ex mala conſcientia metu perturbatos, puſillanimes, ſtupidos & vecordes fieri. E contra qui in ſua functione manent, & defendendo ſeipſos, & ſuos Reges & Dominos, præter vires, fortitudinem, præſentem animum & robur, confirmante eos bona conſcientia & cauſa accedere: ſicut etiam Andreæ Hunderiorto illi, qui Regem Scotiæ interficere debebat, accidit. Is enim cum fratrem Comitis Alexandrum ſtricto pugione Regi necem minari videret, tremebundus, & timore ita eſt concuſſus, ut condemnato, quàm deputato ad tale facinus patrandum, ſimilior videri poſſet. Quæ res occaſionem præbuit, ut pauci familiares, non tam armis, quam præſenti animo, & bonâ conſcientiâ armati & inſtructi vincerent, & illâ exiguâ interpoſitâ morâ Rex incolumis conſervaretur. Poſſem etiam plura recenſere exempla memorabilia, præſertim de Rege Henrico IV. adhuc in Galliis regnante, & Regina Angliæ, quam miraculosè, in præliis, & alias, non ſemel, in maximis periculis & conſpirationibus, deſtituti auxilio humano, incolumes manſerint: ſed cum ea nota ſint, prolixior modo non ero. De eodem loco communi præclarè omnino ſcribit eruditiſſimus vir Iſ. Caſaubonus lib. 1. Animadverſ. in Sueton. ad illa verba: Nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerunt. Hos, inquit, exitus fecere Cæſariani conſpirati omnes. Hos exitus faciant, quicunque principibus vitam ſcelere & perfidiâ eunt ereptum. Plena eſt omnium temporum hiſtoria hujus generis exemplis. Sed noſtra hæc ætas quanto infamior perfidia ſubditorum in principes: tanto inſignior ultionis divinæ argumentis. Illuſtre inprimis eſt, quod nuper, dum hæc ſcribimus, accidit; quando in Chriſtianiſſimi Regis necem civis Pariſienſis ætate penè puer, malitiâ veteranus, conjurare ſuſtinuit: cujus parricidii deteſtatio expreſſit

à me hæc Epigrammata. Hæc ibi Caſaubonus, qui & pro Coronide illius libri duo Græca Epigrammata adſcribit in illum Regiæ Majeſtatis percuſſorem, poſt illatum vulnus captum & ſupplicio affectum. Et Græca quidem apud illum, qui volet, legat. Nos hic Latinam eorum interpretationem ab amico quodam confectam ſubjungemus. Primum tale eſt:

Proh facinus! proh impietas male ſana! furor proh
Immanis! mente hæc concipiat ne puer?
O puer, ô inviſe Deo & mortalibus! unum
Per jugulum Francis, Francus & ipſe, paras
Omnibus exitium? vero tibi mater hyæna eſt:
Teque lupo genitum pavit acerba tigris.
Non tu Francus eras genuinus: at agmine Franco
Commixtus vixti, forma homo, mente fera.
Iamq; armata adeo dira tua dextera ſica
Perfectum facinus grande datura fuit.
Ni Regem pia dextra Dei eripuiſſet avaris
Dentibus ex Lethi ſanguineaque manu,
Nunc gregis ac Regis Deus eſt tutela ſalusque:
Plaudite cœlicolæ, plaudite terrigenæ.
At tua te Nemeſis condigna, ſceleſte, prehendit,
Mactavitq; modis ex merito miſeris.
Improba ſic n[illegible] facta juvant: Deus aſpicit ultor:
Nec penitus fugitiva exulat orbe Themis.

Alterum eſt hujusmodi.

Gente quidem Gallus, ſed mente infidus Iberus,
Auſus erat Regis (triſte) patrare necem.
Regis qui pugnat velut Hector & alter Achilles:
Nec minus eſt Themidis curaq; amorq; ſacra.
Auſus erat! Sed, tot populos miſerata, auguſtum
Servavit caput hoc à nece cura Dei.
Non tibi ſucceſſit cædes, ſcelerate, nefanda:
Ipſe, nec haud una digna perire, peris.
Exitus, bene, dignus factis Deus, euge, nocentem
Reperit. Hoc ſpecimen cerne, male, atq; cave.

In Matth. Nunc doctrina D. Chryſoſtomi, & monitione hoc caput concludam: *Homil. 52.* Qui bene (inquit ille) ſibi conſcius eſt, fiducialiter & magnanimiter a- *ex cap. 15.* git: quemadmodum ſi quis infuſo oleo addat lumen lucernæ: ſic & ille conſideratione operum ſuorum ſemetipſum confortat, & fidei ſuæ addit audaciam. Qui autem ſibi male conſcius, ſemper puſillanimis & timidus eſt.

Et

Et quemadmodum ſubducto oleo minuitur lumen lucernæ: ſic & ille conſideratione malorum ſuorum operum ſemetipſum confundit, & infidelitatis ſuæ adhuc diffidentiam addit. Poſtremo Bodini monitio eſt talis: Qui *De Republ. lib. 2. c. 5.* Theologorum, inquit, eruditiſſimi habentur, non modo non licere putant ſubditis principes tyrannidis ſpecie occidere, ſed ne verbo quidem violare fas eſſe, niſi ſingulari Dei oraculo jubeantur, ut Jehu, qui Dei juſſu ad regnum Iſraeliticum vocatus eſt, ut Regis Achab liberos ac poſteritatem à ſtirpe deleret, &c.

Caput VIII.

Deum in natura nihil ſupervacuum ordinaſſe, quin etiam defectus in illa aliis remediis compenſaſſe.

IN priore Centuria recenſuimus, quæ frater meus, ego & alii Coburgi vidimus, quo pacto quidam civis in ſalinis vicinis natus, carens brachiis, pedum adminiculo defectum manuum mirificè & ſolerter complebat: Inſeruimus & verſus elegantes D. Poſthii noſtri, qui tamen alio modo non minus eleganter ita mutati ſunt: *Cap. 37.*

Quod digitis alij præſtant, hoc præſtat & ipſum
Schvveikerus, mira dexteritate, pede.
Is pede depingit decoratos ſyrmate verſus,
Ille cibum pedibus carpit, & omne facit.
Hoc opus eſſe Dei mirandum, nemo negabit,
Qui modo pectus habet, quod ratione valet.

Hanc vim naturæ, & compenſationem defectuum naturalium, Plutarchus *De amore prolu.* quoque diligenter obſervavit. Etenim, inquit, natura cum omnibus in rebus accuratam artificioſamque adhibeat diligentiam, nihil mancum aut ſupervacaneum admittat, &, ut ait Eraſiſtratus, nihil habeat ocioſum aut frivolum: nullâ oratione ſatis explicari poteſt, quâ induſtriâ confecerit ea, quæ ad humani generis procreationem attinent. Ac fuerit fortaſſe non ſatis decorum nimis ſubtiliter ea perſequi, quorum vocabula parum honeſtè proferuntur, ſed occultantur: ut intelligi poſſit, quæ ſit, & quam apta conſtitutio eorum membrorum, quæ gignendo, fovendo, in lucem edendo, & enutriendo, homini natura deſtinavit, &c. Eodem modo, ut Adrianus Junius notat, cernimus, nullam regionem undecunque beatam, aut felicitatis numeris omnibus *In Batav. hiſtor.* perfectam dici poſſe, quando ita Deo opifici univerſi mundi, à primis rerum primordiis placuit, pro eâ quam gerit rerum humanarum cura, ne in unum cuncta largitatis ſuæ munera ſemel effunderet, ſingulis nonnulla benignitatis

parte mutilatis, quo ſic admoniti, mortales diſcerent, mutuo auxilio & adjumento ſublevari, in mutuis opibus ſubſidiiſque conquieſcere, per commercia bonorum, conſpiratione amoris conſentire, & ſocietatis vinculo conligari. Idipſum obſervavit quoque Seneca: Non in omnes, inquit, bonum cadit, nec quemlibet poſſeſſorem patitur. Vide:

Ad Lucilii Epiſt. 87.

Quid quæque ferat regio, quid quæque recuſet,
Hu ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina: nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum? ———

Iſta in regiones deſcripta ſunt, ut neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium, ſi invicem alius ab alio aliquid peteret, &c. Hæc autem non ſolum in regionibus, quæ ſibi ipſis adminiculantur, ita, quod in alia deficit, ex alia tranſportetur, locum habet, ſed etiam in hominibus, ſicut in initio dixi; Ita ut induſtria & ars non raro ſuppleat naturales defectus. Sic cum homines natura magis habiles ſint ad loquendum, quam ad ſcribendum, tamen arte & induſtria contrarium doceri poſſe, apertè indicaſſe Petrum Pontium Monachum ordinis Benedicti amicum ſuum, ſcribit Franc. Valleſius, qui natos ſurdos docebat loqui, non aliâ arte, quàm docens primum ſcribere, res ipſas digito indicando, quæ characteribus illis ſignificarentur; deinde admotus linguæ, qui characteribus reſponderent, provocando, itaque ut audientibus, à loquela, ita auribus captis rectè incipitur à ſcriptura. Mira etiam fuit ſolertia complens defectum naturalem cæcitatis in quodam homine, de quo ita ſcribit Anton. Panormita. Audivimus, inquit, à Rege cæcum natura Agrigenti adhuc vivere, quem ſæpenumero ducem venationis habuiſſet, monſtrantem his ipſis, qui oculis cernerent, ferarum ſaltus & latebras; ſed de hujus induſtria mirum adjecit: nempe habuiſſe hunc aureos ferme quingentos, deque his valde ſolicitum, ſtatuiſſe in agro defodere, defodientem à vicino ejus compatre conſpectum, eoque abeunte, pecuniam ablatam. Quum vero paucis diebus theſaurum reviſeret, neque inveniſſet, animo angi, diſcruciari, exedi, neque alium conjecturare, niſi vicinum compatrem ſurripere potuiſſe, acceſſiſſeque ad illum, atque dixiſſe, eſſe quod conſulere eum oporteat, tenere ſe aureos mille, quorum partem dimidiam abſtruſiſſet jam in tuto loco; de reliqua autem dimidia anxium eſſe, utpote cæcum & rerum perquam incommodum cuſtodem, propterea ſi ei quoque viſum fuerit, hoc reliquum in eodem loco illo tuto quidem trudi & abſcondi poſſe: compatrem approbaſſe conſilium, & propere præcurriſſe, quingentoſque aureos, unde nuper effoderat, recondidiſſe; ratum

De ſacra Philoſophia cap. 4.

De dict. & fact. Alfonſi Regis, lib. 3.

ratum totos mille ſibi nequaquam defuturos. Poſt hæc cæcum in agrum recurriſſe, repertâque pecunia compatrem appellando exclamaſſe, CÆCUM OCULATO MELIUS VIDISSE, lætumque rediiſſe. Sane experientia nos docuit, eos qui oculis capti ſunt vel naturâ, vel per accidens, cæteris hominibus, qui viſu prædìti ſunt, ingenioſiores eſſe. Id exemplo Joannis Fernandi & Nicaſii de Werda antea probavimus. *Cap. 37. prior. Cent.* Quibus addo Q. Aſconium Pedianum Grammaticum, atque hiſtoricum; Is enim cum ſeptuageſimo ſuæ ætatis anno oculis captus eſſet, atque ita duodecim annis vixiſſet, eleganter quasdam hiſtorias, diligentiâ, atque induſtriâ, ſuperato ætatis atque oculorum impedimento, perſcripſit, ſicut Fulgoſ. obſervavit. *Lib. 8. de ſtudio & induſtr.* Non abſque ratione igitur Parens meus piæ memoriæ in ſuis Problemat. ita quærit: Quare cum ſenſus oculorum acerrimus, & præſtantiſſimus ſit ſenſuum omnium, ſi qui à prima origine, vel hoc deficiantur & naſcantur cæci, vel ſint ſtatim ab infantia ſurdi & muti? *Decuria 7. Problem. 6.* Ubi inter alias ſolutiones hujus quæſtionis, conſiderandum & hoc cenſet, in cogitando hos eſſe neceſſario totos, quum nullæ extrinſecus objectæ ſpecies, viſa varia in animis ipſorum exprimant: quaſi per feneſtras oculorum ad animum quicquam penetret, quod illius intentionem impediat, aut obſtet induſtriæ. Itaque & noctu commentationes eſſe ſolent acriores, quod veteris quoque verſus clauſula indicat.

——— ——— νυκτὶς δὲ προξύνιῃ φρὴν

Et Εὐφρόνη dicta eſt Nox, ad conſultandum nimirum, & mentis agitationem maxime idonea. Narrat Cicero, Diodorum Stoicum cæcum, Geometriæ etiam munus potuiſſe tueri, verbi præcipientem diſcentibus, unde, quo, quamque lineam ſcriberent. Et nos excellentem Muſicum vidimus, qui in cunis oculorum uſum amiſerat. Democritum impediri aciem animi aſpectu oculorum putaſſe, ut inquit Cicero, & horum ſenſu privaſſe intuitu ſpeculorum candentium, falſo quidem creditum eſſe ait Plutarchus: *In libro de curioſitate.* non dubium tamen eſt, quin cogitationibus maxime intenti, minime ſenſibus utantur, quique animo aliquid elaborare volunt, ii quærunt loca ſola, quæ & Muſis antiquitas conſecravit. Hucusque Parens meus.

Poſtremo experimur in ſenibus ſæpenumero præ cæteris ſenſibus, qui omnes paulatim langueſiunt, viſum debilitari, & interdum aciem oculorum ſubito prorſus corrumpi, de qua re extat apud Senecam faceta hiſtoria, *Ad Lucilium Epiſt. 50.* quam tamen, ſumpta ex illa occaſione, ille ad ſalutarem & moralem doctrinã transfert, digna ut aſcribatur, cum noſtræ ætati & moribus conveniat. Harpaſten uxoris meæ fatuam, inquit, ſcis hæreditarium onus in domo mea remanſiſſe; Ipſe enim averſiſſimus ab iſtis prodigiis ſum, ſi quando delectari fatuo volo, non eſt mihi longe quærendus, me rideo. Hæc fatua ſubito deſiit videre. Incredibilem tibi narro rem, ſed veram: neſcit ſe eſſe cæcam:

ſubin-

ſubinde Pædagogum ſuum rogat, ut migret, ait domum tenebroſam eſſe, Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi. Nemo ſe avarum eſſe, intelligit, nemo cupidum, cæci tamen ducem quærunt, nos ſine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ poteſt vivere: Non ego ſum ſumptuoſus, ſed urbs ipſa magnas expenſas exigit. Non eſt meum vitium, quod iracundus ſum, quod n[illegible]dum conſtitui certum genus vitæ: adoleſcentia hæc facit. Quid nos decipimus? Non eſt extrinſecus malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ipſis ſedet. Et ideo difficulter ad ſanitatem pervenimus: quia nos ægrotare neſcimus, ſi curari cœperimus, quando tot morbos, tantasve ægritudines diſcutiemus, &c. Et ea quæ ſequuntur.

Cæterum de eo quod paulo ante de defectu oculorum in ſenibus di[illegible]mus, documentum habemus in ſacris litteris, Iſaacum non diu a[illegible]tem (vixit enim centum octuaginta annos) ſenſum videndi am[illegible], reliquis ſenſibus integris, ſicut diſtinctim ibi quinq; ſenſus deſcribuntur. Primo Viſus; ita enim incipit caput; Senuit autem Iſaäc & caliga[illegible] oculi ejus & videre non poterat, 2. Auditus; Cum Rebecca filium [illegible]bum ſubornaſſet, ut cibo allato, fratrem Eſaum præveniret, & bene[illegible]ctionem p[illegible]nam ſurriperet, inquit Iſaacus, audio, quis es fili mi, &c. 3. Tactus[illegible]tque Iſaacus, (cum videre filium non poterat, & de voce dubitaret) accede huc ut tangam te fili mi. 4. Guſtus; ibi, affer mihi cibos ut benedicat tibi anima mea, quos cum oblatos comediſſet, obtulit etiam vinum, quo hauſto, [illegible]. 5. Odor: Acceſſit, & oſculatus eſt patrem: ſtatimque, ut ſenſit v[illegible]orum fragrantiam, benedicens illi ait, Ecce odor filii mei, ſicut o[illegible], cui benedixit Dominus, &c.

Gen. cap. 27.

Ut autem hoc caput cum ſenſu viſus concludamus, qui re[illegible] excellit: Ægyptii qui apud Gentiles pro ſapientiſſimis habiti ſunt, Deum in ſuis hieroglyphicis, per figuram oculi commonſtrare volebāt, ſicut Pierius Val[illegible] diligenter obſervavit, & Deum Optimum Max. mundi oculum, patrem [illegible]num à Jacobo nuncupatum, omnia formoſitate tranſcendere, om[illegible] gubernare, atque ut ait Apoſtolus, nihil eum latere, cujus oculis omni[illegible] & aperta ſint, atque ita bonos & malos ſpeculetur: ut quemadmodum [illegible] pro facie ſunt homo videt, ita quæ deliteſcunt in imo corde proſpiciat D[illegible] & perſcrutetur. Afferunt a. inter alias rationes & hanc, cur ex humanis membris oculum pro Dei ſigno deſumpſerint, quia oculus humanus miſtura ſuæ materiæ aliquid lucis poſſideat: quod in nonnullis tam efficaciter exploratum eſt, ut per medias noctis tenebras, oculis repente patefactis clare cernant, id quod præcipue Tiberio Imperatori cōtigiſſe prædicant. Et ætate noſtra (pergit Pierius) M. Antonium Sabellicū, dum apud nos Græcè diſceret, de ſe affirman-

In hieroglyph. lib. 23.

mantem audivi, quotieſcunque noctu excitaretur, aliquandiu & libros & in-
ſtrumentum cubiculi univerſum liquidiſſimè diſcernere ſolitum. Sic & Jo- *Pag. 47.*
ſephus Scaliger in vita patris ſui, de ſe & illo ſcribit, quod oculis cæruleis in-
terdum etiam noctu viderint, ut in crepuſculo ſolemus: Idque ſibi contigiſſe
à pueritia ad viceſimum tertium annum.

Caput IX.

De cultu Draconum, & ſerpentum, nec non mira inſolentia & veſania eorum, qui ſe ex Diis natos gloriati ſunt.

FLAVII Joſephi opinio eſt, Deum Adamo & Eva, contra expreſſum ejus *Antiquit.*
mandatum in Paradiſo lapſis, ſerpenti vocem ademiſſe, ob malitiam *Jud. c. 2. l. 1.*
qua erga Adamum eſſet uſus; venenumque linguæ ejus indidiſſe, & hoſtem
eorum declaraſſe: ſimulque admonuiſſe, caput ejus plagis impetendum
eſſe: tum quod in hoc pernicies hominis ſita ſit: tum quod ipſa beſtia hoc
pacto facilime opprimatur; Adhæc pedibus privatum, trahi ac volvi per
terram feciſſe. Hisque pœnis impoſitis Deum, Adamum & Evam ex horto
in aliam regionem tranſtuliſſe: Fama autem eſt, ſerpentes, tametſi totum
genus hominum peſſimè oderunt, fœminas tamen potius inſectari, quam
mares, & ſæpius morſu necare. Rationem autem hujus rei hanc reddit My-
ſtagogus apud Bodinum, An, inquit, quia ſerpentinum genus verſutiſſimum *In Theatro*
intelligit fœminas maribus eſſe imbecilliores, quæ & facilius violari, & *lib. 5.*
difficilius obſiſtere poſſint. An vero optimi opificis bonitate factum eſt, ut
deteriora quæque prius carperentur, præſtantiora diutius ſervarentur? An
quia capitalis eſt ſerpentem inter & mulierem antipathia, ut ſacris litteris *Genes. 6.*
docetur. Id enim ex eo maxime perſpicitur, quod etiam in turba frequen-
tiſſima virorum, ſerpens, unius mulieris, etiamſi ſola fuerit, calcibus inſi-
diari conſuevit, &c. Quum itaque tam inveteratum, & genuinum odium,
inter hominem & ſerpentem ſit, mirari ſatis non potui, quod tam vene-
natum, & inviſum omnibus animal, in tanto tamen honore, apud veteres
gentiles fuerit, ut non ſolum progenitores ſuos, in id mutatos, recenſere
laudi duxerint, ſed divinitatem aliquam, & peculiarem cultum illi attribue-
rint. Hancque impiam & faſtu turgidam opinionem, mirificè auxit Sathan,
impoſtor ille omnium maximus, ut homines eo gravius deciperentur: Sicut
antea multis exemplis id declaravimus. Igitur Alexander Magnus gloriari
non erubuit, Olympiadem matrem, à Dracone, ſub ſpecie Jovis Ammonis,
compreſſam, ex illo ſe genitum eſſe. Unde ejus inſignia fuere anguis, infantem

vix

Digitized by Google

vix natum, & adhuc madentem ſanguine, ore evomens, ſicut in veteribus numiſmatis, ejus ſigillum reperitur, quo ſe Jove natum, per ambages oſtendebat. Simile inſigne Otto Vicecomes, quum Saracenum in Aſia duello viciſſet, ejus galeæ detraxit, ſuisque inſignib. gentilitiis adjecit, ſicut in Alciati Emblematibus depicta & deſcripta cernuntur. Quare non abſque ratione Olympias, non ſolum graviter tulit, ſe Junoni, quaſi pellicem datam, ſicut ex ipſis litteris apparet; ſed etiam, quum defuncto filio Alexandro, audiviſſet, eum longo tempore ſepulchro carere, graviter ingemiſcens atque acerbiſſimè plorans: O fili, exclamavit, Tu vero quum inter cœlites locari volueris, & id perficere ſummo ſtudio conatus ſis, nunc neque illorum quidem, quorum omnibus mortalibus æquale, & par jus eſt, particeps fieri potes, terræ ſepulturæque? Et ſic ſimul infortunium ſuum luxit, ſimul etiam faſtum, & inanem filii ſuperbiam, taxavit. Laudatur itaque oratio Tiberii Cæſaris apud Tacitum: Ego, inquit, P.C. mortalem eſſe, & hominum officia fungi, ſatisque habere, ſi locum principem impleam, & vos teſtor, & meminiſſe poſteros volo. Ubi Annibal Scotus commentator ita ratiocinatur: Si Alexander ille Magnus hanc Tiberii ſententiam amplexus fuiſſet principes eſſe mortales, & hominum officia fungi, & ſatis illis eſſe debere, quod principem locum impleant, hoc eſt, ut pro univerſa Republ. excubent, & paſtorum more, hoſtes ab illa arceant, in pace ſubjectos regant, & pro illorum ſecuritate ſemper laborent; non autem quod in luxu, & voluptatibus ſummam principatus totius ponant, ut aliqui falſo arbitrantur: Si inquam, Alexander hoc cogitaſſet, numquam profecto ſe Jovis Hammonis filium, & Deum credi, & adorari paſſus eſſet. Quantumvis enim ipſe errorem ſuum agnoverit, [illegible] ab Aſſacana ictu ſagittæ Indicæ, ſaucius & ſanguinem effundens, [illegible] us ſubridens dixerit,

——Hic quidem eſt ſanguis,
Non ichor, qualis ſtillat de ſanguine Divum.

ſicut Plutarchus notavit.

Ælian. l. 13. c. 30. — *Lib. 4. Annal.* — *De fort. Alex. orat. 2.*

Hæc Alexandri inſolentia, & quod ſpreto Philippo patre, cæleſte genus affectaret commovit Senecam, ut acriter in eum ita intonet: Alexandro Macedoni, quum victor Orientis, animos ſupra humana tolleret, Corinthii per legatos gratulati ſunt, & civitate illum ſua donaverunt. Quum riſiſſet Alexander hoc officii genus, unus ex legatis; Nulli, inquit, civitatem unquam dedimus alii, quam tibi, & Herculi. Libens accepit delatum honorem, & legatos invitatione, aliquâ humanitate proſecutus, rogavit, non qui ſibi civitatem darent, ſed cui dediſſent. Et homo gloriæ deditus, cujus nec naturam, nec modum noverat, Herculis, Liberique veſtigia ſequens, ac ne ibi quidem deſiſtens, ubi illi defecerant, ad ſocium honoris ſui reſpexit, à dan-

Lib. 1. de benefi. c. 14.

cedantibus; tanquam cœlum, quod mente vaniſſima complectebatur, teneret, quia Herculi æquabatur. Quid enim ſimile habebat veſanus adoleſcens, cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nihil ſibi vicit, orbem terrarum tranſivit, non concupiſcendo, ſed vindicando. Quid vinceret malorum hoſtis, bonorum vindex, terrarum mariſque pacator? At hic à pueris latro, gentium vaſtator, tam hoſtium pernicies, quam amicorum, qui ſummum bonum duceret, terrori eſſe cunctis mortalibus, oblitus, non ferociſſima tantum, ſed ignaviſſima quoque animalia timeri, ut virus malum, &c. Cæterum talis erat illorum temporum error, ut ſuæ nobilitatis principes, aut in deos, aut in heroes, deorum nothos filios, referrent, ſicut Antonii, ab Antcone, quem Virgilius Antorem, ſive Antonem videtur appellaſſe, Herculis filio, aut ſocio, originem duxiſſe, jactatum illis temporibus eſſe, ſcribit Antonius Auguſtinus. Qui præterea in explicatione familiæ Lutatiorum de Galba ita pergit: Itaque Galba ſtatuarum titulis, ſe pronepotem Q. Catuli Capitolini, ſemper adſcripſit: & cum generis ſui imagines longo ordine, in atrio collocaret, paternam originem ad Jovem; maternam ad Paſiphaen, Minois uxorem retulit. Tanta erat illis temporibus cæcitas, ut [illegible] mum hic ſe eſſe putaret, ſi genus duceret, vel ab illo omnium cub[illegible] adultero, vel ab hac ſuæ pudicitiæ ſupra ſexum, atque fœminæ con[illegible]nem prodiga, &c. Sanè Græci auſi ſunt nugari, totam gentem, ex ejuſ[illegible] adulteriis ortum ſuum habuiſſe, Jovem videlicet in formicam mutatum, Eurymeduſam Archelai, compreſſiſſe, unde Myrmidon genitus Myrmi[illegible] caput. Ridicula iſta eſt cæcitas. Quis præterea abſque riſu Caji Cal[illegible], [illegible]ltis alioquin horrendis ſceleribus contaminatiſſimi monſtri, fatuam, & delirant inſolentiam, non rideat, vel potius deteſtetur? Is enim humano faſtigio altior haberi volebat, ſeque cum Junone coire, & à Victoria coronarum videri; Jovem ſe fingebat, eaque occaſione, cum multis aliis mu[illegible] tum vero cum ſororibus congreſſum eſſe præ ſe ferebat. Sæpe Juno, Diana, Venuſque fiebat, mutato cum nomine etiam habitu. Inde aliquando [illegible]bri ornatu conſpiciebatur, craterem ac thyrſum gerens, modo viriliter [illegible]oſitus, clavam ac leonis pellem geſtabat, alias barbatus conſpiciebatur, alias imberbis: nunc tridentem tenens, nunc fulmen vibrans: jam virgini bellatrici ſe adſimulabat, mox in mulierem transformabatur, denique compoſitione veſtitus, & ornatu impoſito ſibi ac circumjecto, mirificè variabatur, quidvis potius, quam homo videri cupiens, &c. Digna iſta ſunt non ut reprehendantur, ſed requirunt vel Heraclitum potius, vel Democritum, quorum hic amentiam eorum rideat: ille deploret inſcitiam. Sed ut ad cultum draconum, vel ſerpentum, redeamus. De hoc exſtat hiſtoria in ſacris literis, de idolo Babyloniorum, in forma Draconis, quem Daniel Propheta

De familiis Roman.

Dio hiſt. Roman lib. 59.

Digitized by Google

arte quadam ſuffocavit. Notum præterea eſt Ophitas ſectarios, ſerpentem etiam Chriſto, impio dogmate, prætuliſſe. Quia nobis ſcientiam boni & mali dederit: quia erectus à Moſe, ſanaverit ſua potentia Iſraelitas: quia ipſe Chriſtus ejus poteſtatem in Evangelio ſit imitatus, ſicut ex Tertulliano
In Alexan. conſtat. Cultus ſane ſerpentum vel Draconum, olim frequentes fuiſſe ſumpto forte exemplo, à ſerpente Moſaico, conſtat ex multis hiſtoriis, & ob eam idololatriam, ſimilibus venenatis vermibus, & ſerpentibus, divinitus
Ca. 15 & 16. Iſraelitas punitos fuiſſe, ſcribitur in libro ſapientiæ Salomonis. Cujus libri tamen auctorem faciunt, Philonem Judæum hominem doctum, qui cum aliis legatis miſſus fuit ad Cajum Caligulam, ut ejus ſtatua in templo Hieroſolymitano poſita, amoveretur: Inde eorum conjectura eſt contra tyrannidem Romanorum eum ſcriptum eſſe. Lepida quoque eſt narratio apud Lucianum, quomodo impoſtor quidam draconem circumduxerit, vulgoque perſuaſerit eum eſſe Pellæum Æſculapium, certaque reſponſa ad interrogata dare ſolere. Memorabile autem eſt ibi, quod Epicureos, & Chriſtianos, quaſi deridentes ſuam impoſturam, & præſtigias, ferre nequiverit, dicens, impiis & Chriſtianis impleri Pontum, qui non vererentur in ſeſe turpiſſimè maledicere, jubenſque eos lapidibus pellere: Ideoque ſi vellet oracula ſua inſtituere, Athenienſium ritu denunciatio fiebat talis: Si quis impius, aut Chriſtianus, aut Epicureus myſteriorum explorator acceſſit, diſcedat. Sub hæc protinus, expellebantur, illo præeunte, dicenteque, FORAS PELLANTUR CHRISTIANI, &c. Habuit autem certis de cauſis ille impoſtor odium implacabile contra Epicureos, ſed Sathanam per hoc ejus organum Chriſtianos (ſi modo ſpectatores impii myſterii eſſe valuerint) expuliſſe, mirum non eſt, quum ipſis præſentibus, tanquam medicus ejus, qui caput & potentiam Satanæ fregerit: præſtigias ſuas tam liberè exercere, & homines fatuos, & veſanos decipere nequiverit. Similis ſuperſtitio fuit olim apud Romanos Lanuvii, ubi draco religioſè colebatur, ſicut ex hac Propertii elegia inſcripta, de Cynthia, & dracone apparet:

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela draconis,
Hic ubi tam raræ non perit hora moræ:
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu,
Qua penetrat virgo tale iter omne cave.
Ieiuni ſerpentis honos, cum pabula poſcit,
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ,
Quum temere anguino creditur ore manus.

Ille

Ille ſibi admotas à virgine corripit eſcas,
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.

His verſibus illuſtratur L. Roſcii Fabati numiſma, quod depingitur & explicatur ab Antonio Auguſtino in gente Roſcia. Is enim fuit Lanuvius, de quo ita ſcribit Cicero: Quid inquit, amores, ac deliciæ tuæ Roſcius? num aut ipſe, aut pro eo Lanuvium totum mentiebatur? qui quum eſſet in cunabulis, educareturque in Selonio (qui eſt campus agri Lanuvini) noctis lumine appoſito, experrecta nutrix, animadvertit puerum dormientem, circumplicatum ſerpentis amplexu, quo aſpectu exterrita, clamorem ſuſtulit: pater autem Roſcii ad aruſpices retulit, qui reſponderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Sed quoniam ſermo noſter in ſerpentes incidit, qualis obſecro fuit ſerpens ille in arce Ulmerfelden/ quæ Friſingenſis Epiſcopi eſt, in Auſtria ſita, qui ſuperiore ætate viſus eſt, immenſa magnitudine, pondere vero, ut captivum in turris inferiorem partem, ubi ille ſtabulari ſolebat, conjectum, ſuperne incumbens, & in ſpiras convolutus valde premeret, alioqui innoxius. Stolidum vulgus gaudebat illo hoſpite: & fauſta ſibi ab eo omnia pollicebatur. Porro jam ſunt plures anni, ex quo videri deſiit. Fama vero hæc conſtantiſſima eſt, & mihi, (inquit Marcus Welſerus Patricius & Duumvir Auguſtanus doctiſſimus) de eo multa narravit, probatæ fidei, quantum ego quidem judicare potui, ſenex, qui ſibi viſum ajebat, quales etiam plures arbitror ſupereſſe teſtes; Ubi plura quoque de ſerpentibus collegit, adducens ex Servio hanc diſtinctionem, angues eſſe aquarum: ſerpentes terrarum: dracones templorum. Poſtremo legimus Tiberium Cæſarem ſerpentem draconem, in deliciis habuiſſe, eique manu ſua cibum miniſtrare ſolitum, quem cum is corroſum à formicis reperiſſet, monitus eſt, cavendam ſibi eſſe vim multitudinis: Formicas enim populi ſignificatum habere, non fabula tantum Pellei Theſſaliæ Regis, verum & prodigioſa ſomnia declarant. Nam & Nero, paulo antequam extingueretur, viſus eſt ſibi per ſomnium pennatarum formicarum multitudine oppleri. Idem Nero, qui ſerpentis ſpolium à matre, pro amuleto commendatum, brachio aliquandiu alligatũ geſtaverat, inde memoriæ maternæ tædio abjecerat, tunc id perquiſivit incaſſum, quum omnia contra ſe fremere comperiſſet. Cæterum quod ad ſerpentem corroſum à formicis attinet, q pro loco portenti habitum fuit, naturali ratione fieri id potuit, ſicut Rubeta virulentiſſimum animal, non raro formicis eſca fit. Rationem hanc reddit Myſtagogus apud Bodin. Rubetas, inquit, ſenio ac veneno, ꝙ à terris undiq; contraxerunt, graves ac pingues, formicarum exercitus avidiſſimè fugit, nec quicquam reliquum facit, præter oſſa, & Bufonium lapideum: Cujus ea vis eſt, ut omne virus eluat, ac curet, ita fit, ut animal illud quod omnium impuriſſi-

De famil. Rom. lib. 1. de divinat.

In libro de converſione & paſſione SS. Martyrum Afræ & Hilariæ.

In Theatro natur. l. 3.

riſſimum judicamus, non modo vivens, ab ipſis terris, venenum auferat: verum etiam moriens, veneni amuletum nobis relinquat, & jucundiſſimum formicis præbeat alimentum.

Caput X.

De appellationibus Romæ urbis, ejuſque verum nomen ignorari, nec non, & de mira ſuperſtitione Gentilium.

VIx perſuadere amico cuidam meo potui, ſatis abundè ex hiſtoricis probatis demonſtrari poſſe: verum & genuinum nomen urbis Romæ vulgo ignorari, idque licet ubique terrarum alio nomine non nuncupetur, nefas fuiſſe enunciare: ſed in ſuppreſſione ejus, non minus, quam in occultatione Anciliorum vel Palladii, ſalutem Reipub. uti opinabantur, ſitam fuiſſe. Quod etiam ex eo apparet, cum ejus ſynonymon non habeamus. Etſi autem non ignoro Annium in Beroſum cenſuiſſe, nomen urbis fuiſſe Romaneſſus, qui etiam ex Fabio Victore & Varrone colligit, ut ab Ortelio in Synonymia Geographica citatur, quod ex quatuor locis & nominibus hæc urbs conſtet, atque Tetrapolis, Roma videlicet, Velia, Germalo, & Foro notentur: Feſtus præterea eam primo Valentiam, & Cephalon appellatam dicit: tamen conſtat, & receptum eſt, ſingulari ſuperſtitione Romanos genuinum nomen ſuæ urbis arcanum habere voluiſſe, idque patet ex Plutarcho & Plinio, ubi Roma loquens dicit, cujus nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur. Ob eamque cauſam Valerium Soranum neci traditum conſtat, quod arcanum nomen hoc propalare auſus eſſet, ut refert ex Varrone, & Solino Pie-
Lib. 36. rius in Hierogl. ubi etiam putat, Angeronæ (ſicut vulgo legitur, doctioribus autem Angerona ab angere ἄγχειν cohibere, Angina ἀγχόνη quod ora digito angit, id eſt, cohibet) effigiem obligato, obſignatoque ore Romanos habuiſſe, ut ſilentio prætereundum innuerêt, in cujus tutela Numinis urbs Roma eſſet, quodq; proprium illi nomen, ob eam ſuperſtitionem ſcilicet ne tutelares Dii ſacris quibuſdam evocarentur, devoverenturve. Licet Maſſurius Sabinus in fragmentis autor ſit, ſimulacrum Angeronæ Deæ, ore obligato, atque ſignato in ara Volupiæ propterea collocatum eſſe, quod qui ſuos dolores, anxietateſque diſſimulant; perveniant patientiæ beneficio, ad maximam voluptatem. Erythræus in ſuo indice Virgiliano, qui etiam ab Ortelio allegatur, triplex urbi Romæ nomen fuiſſe dicit; Unum, inquit, hoc quo utimur pervulgatum:

vulgatum: alterum, quod arcanum fuit, unde Amaryllida ſuam, quæ amorem propriè ſignificat, in Bucolicon carmen poeta detorſit: Tertium ſacrificiis debitum, de quo vocabulum Floralibus impoſitum quod Anthuſam Græcè Philadelphus interpretatur, à quo hæc diſcimus. Id tu Latine vel Florentem, vel aptius fortaſſe Floram, aut Florentinam vertes. Et pergit Ortelius, ſub Amaryllidis nomine eam Virgilium deſcribere, annotavit Servius. Poſteriorib. autem temporibus Gothiam eam appellari voluit Athaulphus Gothorum Rex, ut Oroſius prodidit. Sacra, item Æterna, in antiquis inſcriptionibus nominatur. Divus Hieronymus vero Romam voluit ſignificari vocabulo Babylonis à D. Petro Epiſt. 1. cap. 5. ubi ſcribit: Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone. Sed & urbis Babylonis Romæ non ſemel meminit liber de limitibus. Cauſam autem, cur veterum nomen urbis ſuæ Romani tam diligenter & accuratè ſuppreſſerint, puto fuiſſe, ſicut ſupra diximus, ne tutelares Dii ſacris quibuſdam, ut ipſis perſuaſum fuit, evocarentur. Erat autem apud antiquos, ut Macrobius latè atteſtatur, hæc religio, vel potius magica ſuperſtitio, ut cum urbem oppugnabant, à vatibus intelligere conarentur, cui Genio, & quibus ſpiritibus urbs illa eſſet commendata: & hoc intellecto, ſpiritus quibuſdam ſacrificiis eliciebantur, quibus elicitis, promittebant illam ſe incolumem reſtituturos, ſi à favore urbis deſiſterent. Ideo Galeot. Mart. ita ratiocinatur: Genius ſemper curam gerit ejus rei, cujus eſt Genius. Hoc autem nequaquam fieri poteſt, niſi ſciatur proprium nomen illius urbis: ſpiritus enim addicti ex aſtris nomini proprio, nunquam eliciuntur, niſi nomen loci proprium audiant, & ne hoc adverſus Romam per hoſtes fieri poſſet, ſemper proprium nomen maxima cura celatum eſt, ita ut nemo propalare impunè potuerit. Nam ſi Genii, qui curam habebant Romanæ civitatis, audiebant Romam, ſive Valentiam, ſive Urbem, quæ appellativa loci, & non propria ſunt, non movebantur, & hoc pacto nulla unquam ſpirituum evocatio fieri potuit. Eodem modo, Hieronymo teſte, Thalmudiſtis quoque Roma non ſolum robur, ſed etiam ſublimitatem cum tonitru, augurio & imperio ſignificat. Hocque nomine publicè vocata fuit. Alterum, & quidem genuinum nomen, ſuppreſſum, & nefas fuit id publicè nominare, utpote, teſte Plinio, arcanis ceremoniis impoſitum, ne cognitus ab hoſtibus Deus Romanus evocaretur. Ut autem Magorum traditio eſt, ſpiritus tantum genuino nomine audito, affici, ita iis quoque peculiaria nomina, quibus evocari poſſunt, indiderunt, certiſque rebus ſingulos præfecerunt, ſicut latè ex Pſeudomonarchia Dæmonum, qui liber à Wiero in calce de præſtigiis editus eſt, apparet. In hac opinione ſuperſtitioſa multis exemplis gentiles confirmati ſunt, quod viderent, Deos tutelares urbem aliquam veluti deſerere, & ad hoſtes tranſire. Viſa enim ſunt, inquit Ælius Lamprid. in vita Commodi, veſtigia

Saturnal. l. 3. c. 9.

De doctrin. promiſcua cap. 1.

Digitized by Google

Deorum in foro exeuntia. Et Tyrii Diis ſuis vincula, ut Plutarch. in problem. ait, injicere ſoliti ſunt, id fortaſſe indicantes, quod lento gradu in ſcelerum caſtigationem ferantur, verum aliam rationem habuerunt, cum ab Alexandro Magno obſiderentur. Multi enim Tyriorum per inſomnium viſi ſunt ſibi audire Apollinem dicentem, ut Plutarchus in vita Alexan. commemorat, ſibi ea, quæ in urbe agerentur, non probari, ideoque ſe ad Alexan-

Lib. 4.

drum abire. Atque hi quidem, perinde ac ſi hominem ad hoſtes transfugere aggreſſum, in ipſo facto deprehendiſſent, coloſſum Dei ejus catenis ligaverunt, claviſque baſi affixerunt, Alexandriſtam appellantes. Hujus

In Laconicis

rei quoque poſt Diodorum Siculum Q. Curt. mentionem facit, & addit, quod aræ Herculis, cujus numini Tyrii urbem dicaverant, vinculum inſeruerint, quaſi illo Deum Apollinem retenturi. Similiter Pauſanias refert, pervetuſtum Spartæ exſtare ſimulachrum Martis, compedibus irretiti, quo vinculo proprium ſibi ac Reip. perpetuum bellatorem illum Deum, nec unquam ſuæ urbis deſertorem futurum, veluti in peculio obligatum habere voluerunt: Huc ſpectat id, quod olim Romæ accidit: Cum enim Victoriæ ſimulachrum de cœlo fuiſſet tactum, ejuſque ſolæ alæ decidiſſent: illud prodigium à Pompejo interpretatum eſt, quod inde Victoria amplius evolare non poſſet, hoc diſticho:

Roma potens alis cur ſtat Victoria lapſis?
Vrbem ne valeat deſeruiſſe ſuam.

XI. Embl.

En quorſum evaſere gentilitatis delira & ſuperſtitioſa ſomnia, exiſtimantis ſuis ineptiis Deum in ordinem velut hominem cogi poſſe? Quare ſtultum eſt, ut Adrianus Junius ait, ne dicam impium ac profanum, putare, divinum numen toti mortalitati juvandæ comparatum, tam puſillum eſſe & otioſum, ut palpationibus tantum non noſtris, ac veluti popyſinis titillationibusque noſtris cedat & expugnetur. Eodem modo apud Lacedæmonios Venus cognomento μορφω pedicis circa pedes obvolutis oſtendebatur: cujus rei alii aliam rationem affingunt. Sic apud eoſdem Dianæ ſimulachrum, quod Iphigenia & Oreſtes ex Taurica regione detulerunt, vimine colligatum colebatur. Imo apud Caphiatas Arcadiæ populos non ſolum Dianæ ſtrangulatæ ſimulachrum, atque ejuſdem templum erat, verum etiam Minervæ lignum obligato crure oſtendebatur, quo ſignificare voluerunt, quod vulnus ipſa à Teuthi Arcadum Duce acceperit, dum illi diſſuadere & obſtare conatur, ne Græcorum ſocietatem deſereret, quam ob ſimultatem in Agamemnonem repudiarat. Teuthis autem apud Arcades colebatur, & certamen id cum Minerva illi laudi adſcribebatur. Saturnus, ut Apollodorus ait, alligari per annum laneo vinculo ſolebat, nec ſolvi ante diem feſtum, menſe Decemb. atq; inde proverbium, Deos habere pedes laneos, ortum. Plato quoque in Menone

non e dicit, Dædali ſigna niſi religata fuerint, abire, & fugam arripere; ubi vero revincta ſunt, conſiſtere. Ut autem miſceamus recentiora priſcis: Nonne ſimilis ſuperſtitio invaluit apud Indos Orientales, qui non ita pridem noſtro orbi ſagacitate Hiſpanorum innotuerunt? Apud illos enim, ſicut in addit. Benzonis legimus, Regulus quidam, Gamaretus nomine, Zemis idolum bombycinum habuiſſe fertur, Corocottum appellatum. Hic Corocottus è ſummo domus culmine, ubi vinctus aſſervabatur, ſæpenumero exire, atque inter fœminas regii pagi, ac totius circa viciniæ, Satyri aut Incubi inſtar, oberrare, & cum iis etiam ludere familiariter, epulari & coire conſueverat. Mox cum ab eo congreſſu fœminę partus gemina corona aut alia illuſtri nota inſignes eniterentur, nemo ex Corocotti ſtirpe ortos eſſe dubitabat. Interdum etiam indignabundum deliteſcere ferebant, quod à Cacico vel Regulo ex cotidiano ejus cultu & ſacris prætermiſſum eſſet. Alteri præterea cuidam Cacico Zemen fuiſſe ligneum memorant, quadrupedem Epilguanitam, qui ſubinde, quoties irritaretur, in ſylvas proriperet. Moxque ut eum abeſſe ſenſerat Cacicus, multos è ſuis mittebat, qui eum ſtudioſè conquiſitum, & placatum venerabundi humeris referrent. Ita nimirum inter miſeras illas gentes delicias facere ſolitus erat Satan; donec Chriſtianis in Inſulam adventantibus, & iſte & cæteri Zemes aufugerent, nec quæſiti reperirentur. Quibus rebus mutationem ſtatus, & peregrinæ gentis dominatum portendi, auguratos fuiſſe Inſulares, ſcribit Pet. Martyr Mediolanenſis. Sed ut meditationem cœptam proſequamur, ſane carmen, quo Dii evocabantur olim, cum oppugnatione civitas cingebatur, hujuſmodi fuit, ſicut in Sammonici Sereni fragmentis, unde etiam à Macrobio deſumptum eſt, legimus: Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Carthaginensis eſt in tutela, teque maxime ille, qui urbis hujus, populique tutelam recepiſti, precor veneror que, veniamque à vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginenſium deſeratis, loca, templa, ſacra, urbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis, eique populo civitatique metum, formidinem, oblivionem, injiciatis, proditique Romam ad me meoſque veniatis, noſtra urbis loca, templa, ſacra, urbsq; acceptior ſit, mihi quoque populoque Romano, militibuſque meis præpoſiti ſitis ut ſciamus, intelligamuſque: ſi ita feceritis, voveo vobis templa ludoſque facturum. Cæterum ut has veterum ſuperſtitioſas ineptias omittamus, non inconſentaneum eſt, eas depravata veritate, ex Bibliis ortum ſuum habuiſſe. Legimus enim in ſacris literis non ſolum ſingulis gentibus veluti præſides Angelos, ſed etiam unicuique pio homini Angelos, qui ſunt ſpiritus deſtinati ad ſalutem fidelium, cuſtodes datos. Sic quoque in libro Judit, Achior Ammonita Holofernem principem militiæ Regis Aſſyriæ monet, Bethuliam urbem neutiquã eum capere poſſe, niſi prius Deus iratus ipſis, ab ea receſſerit. Huc pertinet

Lib. 1. c. 26.

Decad. 1. l. 9

Ex lib. 3. rer. condit.

Lib. 3. c. 8. Saturnal.

Cap. 5.

vox

Digitized by Google

Lib. 7. c. 2. de bello Iudaic.
Lib. 3. dec. 1.

vox audita Hieroſolymis ante obſidionem & excidium extremum à Romanis: MIGREMUS HINC; ſicuti Joſephus notavit. Eodem modo vox illa audita ante adventum Hunnorum, Duce Attila, veluti ſubtrahentis auxilium, præſaga mali ſecuti, fuit: CAVE TIBI ITALIA; ſicut Bonfinius ſcribit. Iſraeliticus præterea populus duce Angelo per mare rubrum, & in Palæſtinam, expulſis incolis, ex Ægyptiaca ſervitute traductus eſt, à quibus Rex Moabitarum Balaacus ſerviens idolis, opera Baalami maledictione ſua emercata, Dei veri auxilium evocare conatus fuit. Quare autem Romani Deum Judæorum, ſicut alii Diis gentium facere conſueverunt, more apud illos, ſicut diximus, recepto, in ſubjuganda Judæa, & acerrima illa obſidione Hieroſolymitana non evocaverint, rationem hanc reddit Divus Auguſtinus: Solebant, inquit, Romani, Deos gentium, quas ſubjugabant, colendos propitiare, & eorum ſacra ſuſcipere. Hoc de Deo gentis Hebrææ, cum eam vel oppugnaverunt, vel vicerunt, facere noluerunt. Credo quod videbant, ſi ejus Dei ſacra reciperent, qui ſe ſolum, deletis aliis ſimulachris, coli juberet: dimittenda eſſe omnia, quæ prius colenda ſuſceperant, quorum religionibus imperium ſuũ creviſſe arbitrabantur. Veriora hæc eſſe videntur, quam Ciceronis opinio cenſentis, majeſtatem Imperii non decuiſſe, ut unus tantum Deus coleretur. Huc reſpexit ibid. c. 18. Auguſtinus, ubi ex præclara ſententia Socratis reprehendit Romanos, qui ideo Deum Hebræorum & Chriſtum colere recuſaſſent, quod ſolus coli vellet. Socratis, inquit, ſententia eſt, unumquemque Deum ſic coli oportere, quomodo ſeipſe colendum eſſe præcipit. Proinde iſtis Romanis ſumma neceſſitas facta eſt, non colendi Deum Hebræorum: quia ſi alio modo eum colere vellent, quam ſe colendum ipſe dixiſſet, non utique illum colerent, ſed quod ipſi finxiſſent.

De conſenſu Evang. l. 1. c. 12.

In orat. pro Flacco.

CAPUT XI.

De mira ſuperſtitione hominum libris, ſtatuis, monumentis, figuris, & locis Fatalibus attributa.

De famil. Rom. ex antiquis numiſmatib.

IN 60. capite prioris centuriæ non vulgaria exempla retulimus, de fatalibus ſtatuis & imaginibus, quæ non tantum apud Ethnicos, ſed etiam Chriſtianos in uſu, & tanquam tutelaria numina miraque quadam ſuperſtitione culta fuere. Inprimis autem ancilia, à Romanis tanquam res religioſæ magna cura cuſtodita fuere. Illis enim perſuaſum erat, in ancilis conſiſtere ſalutem Reipubl. de quibus Sextus Pompejus, (ſicut ab Antonio Auguſtino in explicatione ejus gentis numiſmatibus allegatur,) ſcribit: Numa Pompilio

pilio regnante è cœlo cecidiſſe fertur ancile, id eſt, ſcutum breve, quod ideo ſic eſt appellatum, quia ex utroque latere erat receſſum, ut ſummum & infimum ejus latius medio pateret, unaque edita vox, omnium potentiſſimam fore civitatem, quamdiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejusdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet, probatum opus eſt, maxime Mamurij Veturij, qui præmij loco petiit, ut nomen ſuum inter carmina Salij canerent. Ea ancilia in loco Antonius Auguſtinus, ſicut in numiſmatibus reperta fuere, eleganter depingit, & ibi latius, qualem ſignificationem habuerint, explicat. Non abſque urgenti ratione autem antea diximus, hujuſcemodi & ſimilia ludibria Diabolica Ethnicis, carentibus cognitione veri Dei, ad eos excæcandos merito in pretio fuiſſe: deplorandum vero, etiam nonnullos Chriſtianos, inprimis Græcos, iiſdem ſuperſtitionibus implicatos fuiſſe, dum crederent, fatalibus ſtatuis peculiarem vim ineſſe, adductis multis exemplis & hiſtoriis. Imo hodie adhuc Conſtantinopoli extat recte quidem neglecta, & à paucis obſervata, mira tamen; & antiquiſſimæ figuræ marmori inciſæ, in ædibus angularibus urbis Peræ, prope portum Byzantinum, in publica platea prætereuntibus conſpicuæ, pedum altitudine trium, longitudine quatuor, abſque ulla inſcriptione. Figuræ autem ſunt tales: Stant in poſterioribus pedibus erecti leo & lupus, duello inter ſe acerrimo pugnantes. Hic tenens ſiniſtro pede veluti brachio clypeum, dextro vero pede clavam Turcicam, quam puſdiganam vocant, nixam in humero. Ille vero iuba circa collum ſparſa, ac veluti erectis pilis, ſævientis inſtar, clypeum rictu mordicus prehendens, dextro pede ſuperiorem partem faucium hiantis lupi unguibus compreſſam, at ſiniſtris unguibus manubrium clavæ, quaſi erepturus eam lupo, comprehendens. Pone hos duo pueri nudi invicem ſe ſuccolantes, tanquam luſitabundi conſpiciuntur. Infra hos ſtat elephas ſubmiſſo capite terram intuens, vinculo conſtrictus, veluti domitus. Illas figuras ſequitur Harpya, pileo elevato non abſimili ſtramineo, balneatoribus uſitato, in capite, veluti lætabunda & gaudio geſtiens duellum belluarum intuetur. Eſt autem ea pubetenus nuda, tumeſcentibus mamillis, pulchræ fœminæ inſtar, ſparſa & volitante circa humeros coma prolixa, inſtrumento muſico, quod Violam vocant, ludens. Inferius deſinit in avem, veluti aquila pingi ſolet, alis non extenſis, ſed ad corpus applicatis, unà cum ungulis aduncis, & robuſtis, quales avibus carnivoris & rapacibus natura attribuit. In caudæ verò pennis ſpiris ſuis implicati conſpiciuntur duo ſerpentes erecti, qui linguis biſulcis, hiante ore, tergo fœmineo, & inſtrumento muſico minari videntur. Quid autem hæc fatalis ſtatua ſibi velit, facilis, ut puto, conjectura eſt; Luxum videlicet, effœminatos atque

molles mores, Græcorum Imperatorum, & ſubditorum: præſertim Aſiaticorum, denotans. Dum enim illi deliciis ſuis vacant, ſeriisque omiſſis, ludicris incumbunt, Turci Africæ, quam Elephas, & Aſiæ majorem partem, nec non & Græciam, (quam tanquam imbellem pueri luſitabundi, ſicut etiam tempore Solonis, Græci ob levitatem pro pueris habiti ſunt, & in proverbium abiit: Nullum in Græcia ſenem reperiri, denotare videntur) occuparunt. Relictis tamen heroicis, & fortibus, & bellicis nationibus, qui eorum vim & impetum animosè & fortiter pugnando cohibent, quas leo, ſtrenuè cum lupo dimicans, deſignare videtur. Facilè autem concedo, aliam myſticam ſignificationem in his figuris latere, ideoque meliora & perſpicaciora afferenti, libenter ſubſcribam. Cæterum admodum mirum mihi videtur, hanc fatalem ſtatuam tam integram & inviolatam, everſis & confractis aliis pleriſque, ſicut antea demonſtravimus, manſiſſe, & à nemine, quantum mihi compertum eſt, hactenus, niſi nuper à quodam fide digno viro, qui ex captivitate Turcica evaſit, eamque typis exprimendam curavit, obſervatam fuiſſe. Sed ut alia nunc omittam non diſſimilia iis, quibus olim & adhuc in Admirandæ Conſtantinopoli fuere, de quibus antea ex Annalibus Turcicis & Leonclavio memorabilia recenſuimus, notatu digna ſunt, quæ memoriæ tradidit Grego-
Hiſt. Franc. rius Turonenſis de Lutetia Pariſiorum. Ajebant, inquit, Pariſianam urbem
l.8.c.33. quaſi conſecratam fuiſſe antiquitus, ut non ibi incendium prævaleret, non ſerpens, non glis appareret. Nuper autem cum cuniculi pontis emundarentur, ut cœnum, quo repletus fuerat, auferretur, ſerpentem gliremque æreum repererunt, quibus ablatis, & glires extra numerum ibidem, & ſerpentes apparuerunt.

De reb. Aliæ quoque obſervationes fatales in marmoribus tam ſcriptæ, quam
Scot.l.8. mutæ, myſterium tamen in ſe continentes, compertæ fuere. Scribit enim Buchananus, Eduardum Regem Angliæ, cum Scotiam totam ſubigere vellet, inter alia lapidem marmoreum rudem, in quo fatum regni contineri vulgo perſuaſum erat, Londinum miſiſſe. Memorabile præterea inprimis eſt, quod Gulielmo Hollandiæ Comiti, teſte Cuſpiniano, accidit, quæ etiam in Chronico Auguſtenſi, cum aliis non ita pridem a præſtantiſſimo viro Marquardo Frehero edita, referuntur. Is enim, mortuo Rege Romanorum Henrico Landgravio Thuringiæ & Haſſiæ, cum Rex deſignatus fuiſſet, & debellata Friſia atque ſubacta, juxta quandam civitatem miro opere exornatum repariſſet ſepulchrum, cujusnam id [illegible] quæreret. Cives reſponderunt, neminem hactenus ibi ſepultum, ſed quodam occulto fato id reſervari cuidam Romanorum Regi. Cum ergo Rex

victor

victor Friſiam egrederetur, à quibuſdam fugitivis ſecus viam in harundineto latitantibus, cuſpidibus transfigitur. Equitabat enim Rex Gulielmus cum paucis, diverticulum quærens, ut exercitum reduceret, delatus in glaciem cecidit: Friſones, qui latitabant, erumpunt, & priusquam Regi ſubveniretur, cæſus partim, partim galea ſuffocatus periit. Friſones deinceps convocatis finitimis, Hollandinos expellunt ac trucidant. Sic ab indigenis, juxta vaticinium præfato tumulo, anno regni ſui nono, Rex imponitur ac ſepelitur. Sed filius ejus Florentius V. ejus nominis poſt viginti ſeptem annos oſſa patris ex Friſia deduxit in Seelandiam Mittelburgum, ac Monaſterio monialium Præmonſtratenſis ordinis à filia ejus Richarde fundato & cenſibus aucto inſeruit, anno Chriſti cIↃ. CC. LXXXII. cum occiſus eſſet anno cIↃ. CC. LV. ubi & uxor ejus Eliſabetha ſepulta jacet, quæ fuit filia Othonis I. Ducis Brunſvicenſis & Luneburgenſis, à Friderico II. creati. Hucuſque Cuſpinianus. Hanc vero Hiſtoriam Crantzius aliter recenſet. Huc ſpectant, quæ antea de Toletano Palatio, & arca in eo à Roderico Rege aperta, ex hiſtoria Toletana recenſuimus. Nunquam ſane curioſitas, & cupiditas conjuncta cum avaritia & ſuperſtitione cognoſcendi res futuras, neque Gentilibus, neque iis, qui Chriſtiani perhiberi voluerunt, impunis vel innoxia fuit, ſicut Ælianus quoque obſervavit: Xerxes, inquit, Darii filius, effoſſo vetuſti Beli monumento, vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo cadaver, tamen plena fuit urna, vacuumque è ſummis labris fere palmæ ſpacium habuit. Adjacebat urnæ columna exigua, in qua ſcriptum continebatur: Eum, qui ſepulchrum aperuiſſet, neque repleviſſet urnam, peſſime habiturum. Quo lecto, Xerxes expavit, & oleum celerrime juſſit infundi. Non tamen impletum eſt; qui iterum infundi juſſit, ſed neque ſic impleri potuit, donec fruſtratus omni labore infundendi ceſſaret, clauſoque monumento ſumma cum mœſtitia diſcederet. Neque vero falſum eum habuerunt, quorum prænuncia ſignificatrix extiterit columna. Nam quinquaginta myriadum exercitu adverſus Græcos conſcripto, magnam cladem accepit: reverſusque, turpiſſima morte vitam finivit, noctu in ſtratis à proprio filio peremptus. Sed omiſſis Gentilibus, ad noſtra & recentiora revertamur. Petrus Bizarrus de lapide fatali vel prophetico invento ita ſcribit: Paucis menſibus interjectis, quum in urbe Aurengiæ fundamenta cujuſdam ædificii jacerentur, inventus eſt quidam lapis Propheticus, in quo quatuor verſibus Gallicis conſcriptis ſummatim continebatur omnis ea calamitas, quæ poſt fatum Henrici Galliarum Regis in eo regno exorta eſt, cujus quidem rei novitatem multo minus admirabitur, quiſquis in Genialibus Alexandri ab Alexandro, Juriſperiti Neapolitani, inſpiciet, quidnam ſucceſſerit

Lib. 8. c. 19. Sax.

Hiſtor. var. lib. 13. c. 3.

De bel. Pannonic.

Digitized by Google

ceſſerit Taranti in regno Neapolis, paulo antequam in illud regnum Carolus VIII. Galliarum Rex cum exercitu adventaret. Quanquam, inquit florente fortuna Ferdinandi Primi Regis Aragoniæ, urbs Neapolitana & regnum nullis adhuc belli calamitatibus premeretur, ſatis conſtat, Cataldum ſanctum virum, qui adhuc annis mille Pontifex urbi Tarentinæ præfuit, quē patronum Tarentini cives venerantur & colunt, nocte intempeſta miniſtro ſacrorum cuipiam tunc ſacris initiato, & in caſta religione educato ſemel atque iterum in ſomniis apparuiſſe, ac monuiſſe, uti libellum à ſe conſcriptum, quem in abdito loco vivens abdiderat, in quo divina arcana ſcripta erant, effodi, & protinus ad Regem deferri curaret, qui cum parum fidei ſomnio dediſſet, eadem ſibi per quietem ſæpius obverſata ſpecie, cum primo diluculo ſolus moraretur, in templo ipſum Cataldum, qualis erat olim, dum in vita ageret, pontificia veſte & infula amictum, eidem miniſtro plane vigilanti apparuiſſe, & prædixiſſe, ut poſtera luce, quamprimum poſſet, libellum à ſe conſcriptum in abdito loco, quem in ſomno prædixerat, conditum effodere, & Regi deferre, ne cunctaretur, pœnam, niſi fieret, graviter comminatus. Poſtero die ſolenni pompa miniſtrum cum populi comitatu ad latebram, in qua longiſſimo ævo libellus latuerat, proceſſiſſe, eumque plumbeis tabellis obſignatum, & clavis obſeratum inveniſſe ſatis conſtat. In eo certum eſt, futurum regni excidium, casque miſerias, quæ deinde ſubſequutæ ſunt, Regi prædixiſſe. Non diſſimiles præmonitiones habuit Alphonſus Ferdinandi

De bel. Neapolitan. l. 2. filius, magni illius Alphonſi prudentiſſimi & optimi Regis nepos. Ita enim de eo ſcribit Cominæus: Etſi crudelis erat, tamen ingenio præſtabat, & ex ipſius familiaribus nonnulli mihi confirmabant, quum ſacellum quoddam dirueret, repertum fuiſſe libellum, in quo perſcriptum eſſet, quæ [illegible] poſtea pertulit incommodorum, eumque ubi legiſſet, paucis quibu[illegible] adhibitis

In Annal. Fland. fol. 271. in ignem conjeciſſe. Eodem modo Majerius notavit, tabulam æneam in amne à puero ludibundo repertam eſſe, in qua clades & calamitas urbis Sueſſionum antequam ea contigit, deſcripta fuerit; quæ ſane, ſicut ibi deſcribitur, fuit luctuoſiſſima & miſerrima.

Cæterum experientia teſtatur, eos qui ſtatuis, prædictionibus, tabulis, & aliis ſuperſtitionibus fidem nimis facilem adhibuerunt, licet non nunquam illis aliquantiſper impunè fuerit, non raro etiam proſperè ceſſerit, tamen tandem triſtem eventum, ac perniciosum exitum ſenſiſſe, idque ferè innumeris hiſtoriis demonſtrari abſque difficultate poſſet. Memorabile autem inprimis eſt exemplum, quod Conſtantinopolitanis in obſidione & occupatione luctuoſiſſima poſtrema anno Chriſti clↄ. cccc. LIII. accidit. Non ſolum enim multis inanibus ſuperſtitionibus veteribus & novis, quarum auxilio vim Turcici exercitus propellere ſperarent, eorum animi occupati fuerunt:

runt:

runt: ſed etiam oraculo, vel vaticinio veteri, nimiam fidem attribuerunt; quod tale fuit: Fore aliquando, ut ab hoſte potentiſsimo occuparetur major pars urbis; verum cum is perveniſſet in locum celebrem, qui à tauro æreo nomen habuit, cum tunc à civibus, & incolis coadunatis, repulſam paſſurum, & ex urbe ejectum iri. Freti itaque hoc vaticinio; cum Turcæ poſt frequentem oppugnationem pulſis propugnatoribus mœnia tranſcendiſſent, tunc major pars civium in Taurum confluxit, reliquosque attraxerunt ſperantes hoſtem inde repulſuros, & patriam in fatali loco urbis conſervandæ, ſervaturos.

Verum aliter evenit, nam tanta conſternatio fuit civium, tantaque impreſſio hoſtilis, ut potius per adverſam portam verſus mare, ad naves fuga ſibi ſalutem quærerent, quam fortiter Turcis reſiſterent. Imò hoc oraculo freti cuſtodes portam fugienti agmini occluſerunt, atque ut cogi non poſſent, ad eam denuò reſerandam, claves extra muros projecerunt, ita ut vanitas hujus vaticinij, cum ipſorum excidio, & urbis direptione mox apparuerit. Quocirca nonnulli ſunt in illa opinione hoc vaticinium cauſam præbuiſſe, ut cives & milites in defendendis mœnibus Patriæ, minus fortes & conſtantes fuerint, ac potius ad fatalem illum, & illis ſalutarem locum ut ſibi perſuaſerant, intempeſtivè ſe recipientes deſertis propugnaculis, feſtinarint, hoſtique aditum in mœnia hac ratione maturius patefecerint.

Caput XII.

Deum non raro contemtiſſimis beſtiolis muribus ad punienda ſcelera veluti inſtrumentis, uſum eſſe.

Anno ſalutiferi virginis partus D. CCCXXX. Popelus II. Patri in regno ſuccedens, à majoribus ejus libidinoſis minimè degeneravit, poſtpoſitisque negotiis Reipubl. vanis ocijs choreisque & delicijs domeſticis indulſit. Inſuper non ille, ſed uxor ejus, quam inſano amore proſequebatur, pro ſui perverſo arbitrio imperabat. Quapropter magnates & equites regni, cum ut hominem nihili, Sardanapalumque Poloniæ appellantes, ſpreverunt. Popelus vero re conſideratâ veritus ne Poloni aliquem ex patruis ſuis in locum ſuum ſubſtituerent, uxoris aſtuto conſilio infirmitatem ſimulavit, patruosque omnes, qui viginti numero erant, Principes Pomeraniæ, acceſſivit, & decumbens in lecto obnixè ab eis rogavit,

Digitized by Google

ut unum filium ſuum ex duobus, regno ſe decedente præficerent; quod libenter patrui ſe facturos ſpoponderunt, ſi magnates regni conſenſerint. Regina interea poculum cum veneno mixto adornavit, & unicuique biben[illegible] pro ſanitate regis, obtulit. Egreſſi illi à rege, maxima corroſione ex veneno hauſto excruciati, omnes pariter expiraverunt. Regina autem cum lætitia dixit, Deos in eos quod malum regi domino ſuo machinati fuerint, juſte animadvertiſſe. Ideo cadavera eorum inhumata quaſi perfidorum, in lacum Goplo, reginæ juſſu projecta ſunt. Statimque Deus juſtus ultor & vindex nefandi homicidii murium vim numeroſam, dictuque horrendam ex illis cadaveribus mirâ quâdam metamorphoſi ex citavit, quæ regem in arce laute convivantem, uxoremque & filios ejus, cum terribili ſtrepitu undique invaſerunt, & neque armis, neque igne ſe arceri paſſæ ſunt. Rex metu inauditi, inuſitatique periculi perturbatus, in arcem, quæ eſt hucusque in lacu Goplo, juxta Cruſphiciam opidum, cum uxore, & filiis profugit: mures vero adhuc plures, terram & aquas cooperientes, cum horrendis ſibilis eum proſequebantur: Nautæ præſens præ oculis exitium videntes, timentes, ne medio lacus navem corroderent, ad ripam ocyus appropinquantes, aufugerunt: Popelus quoque in turrim natura loci munitam & aquis opportunè circumfluam, cum ſuis ſe recepit, ubi cum uxore & liberis à muribus corroſus, conſumptusque eſt, ut ne monumentum quidem eorum relictum fuerit.

Geſundt-Trunck/ Mordt-Trunck.

Hæc ex Chronicis Polonicis fide dignioribus, recenſere volui. Inter quos eſt Alexander Gaguinus, ubi additi ſunt ſequentes verſus, ex quibus hoc factum melius illuſtratur:

Dum timet hic regno pelli, vir inutilis, & cum
Conjuge conſultat, quid male tutus agat,
Vim morbi ſimulat: patruos accerſit, & illis
(Viginti fuerant) toxica miſta dedit.
Orta cadaveribus vis murum erupit: & illum,
Vxorem, natos, undiq; dente petit:
Dilaniat, fruſtra medios fugiebat in ignes,
Fruſtra in Gophlæas, perfidus hoſtis, aquas:
Diſcite juſtitiam, qui propter lucra paratas
Fertis, & exertas ad ſcelus omne manus.
Eſt Deus, eſt ſcelerum vindicta, eſt pœna malorum:
Vnde putes minime poſſe venire, venit.

Et hoc modo totum genus Principum Polonorum fere uno momento extinctum eſt: ita ut maximis controverſiis inter proceres Polonos, de electione ortis, tandem, ut ferunt, miraculo quodam principatus ad Piaſtum

Cruſ-

Cruſphicenſem virum ſimplicem, & agreſtem delatus, qui tamen ſumma virtute, fortitudine, & integritate, ita regnavit, ut ex ejus ſanguine Duces, Regesque Polonorum ad Ludovicum Hungarum usque genus duxerint. Id ſequentes verſus declarant:

O priſcos hominum mores, ô neſcia faſtus
Simplicitas, ingens ô probitas & amor!
Non puduit proceres homini dare ſceptra Polonos,
Qui modo cultor agri Cruſphicienſis erat,
Ob ſolas virtutis opes, virtutis honorem,
Qua vir in exigua floruit ille caſa.
Hoc orti de fonte Duces, Regesq; Poloni
Duravere dies ad, Ludovice, tuos;
Compita Cruſpiciæ veterum, noſtro eſtis in orbe,
Eventu gemini nobilitate ducis.
Regnum ruricolæ deferri, à mure vorari
Regem: res æque prodigioſa fuit.

Imitatus autem eſt hic Popelus in alliciendis & tollendis agnatis aſtutiam Leonis morbum ſimulantis, ut alliceret beſtias ſuum Regem officii cauſa, inviſentes quas deinceps devoravit, ſicut fabula Æſopica nos docet. De muribus Hattonis II. crudelitatem erga famelicos homines, vindicantibus, multi hiſtorici ſcripſerunt: inter quos Gulielmus Iſeugrinius in ſua Chronologia, quæ ex aliis collegit, ita recenſet, ANNO D. CCCC. LXVIII. Hatto II. Oſtrofrancorum Dux, cognomento Bonoſus, Abbas Fuldenſis, cum egregii animi ſpeciem dediſſet, Moguntiacenſis Archimyſta conſecratur. Hic cum fame ingruente, pauperes non haberent unde alerentur, multitudinem egentium in horrea quædam, ut quæ alimoniam ibi & frumenta acceptura eſſet, vocatam, admotis ignibus combuſſit: unde divinæ animadverſionis vindicta in eum proceſſit, cumque mirabili prius inaudito genere ſupplicii durè ſatis punivit. Tanta enim turba murium undequaque prorumpens, in eum glomerata irruiſſe dicitur, ut quocunque ſe verteret iſtiusmodi beſtiolarum morſibus premeretur, ſi erat in altiori vel eminentiori quodam loco, mures per parietes aſcendebant: ſi vero incluſus per rimulas intrabant, cumque infinita multitudine obruentes, mordebant, lacerabant, ac devorare penitus geſtiebant. Quarum tanta fuit importunitas, ut quanto repellerentur impetu, tanto majori furore incurſabant: cumque ſe nuſquam in terra tutum conſpiceret pontifex, jam miſerandus, aquarum ſe munimine cinxit, ac juxta oppidum Bingionum turrim in medio Rheni, ad cuſtodiam patriæ, olim conſtructam ſcapha ſubvectus aſcendit; ſperans eo loci, mures per undoſi fluminis raptum, nullatenus eſſe venturos: ſed non

Rer. Spirenſ. lib. 10.

eſt.

eſt locus quo ſuam divina poteſtas prohibeatur exercere vindictam, natantes per aquas infinitâ multitudine denuò mures, turrim per muros aſcendunt, intrant, pontificem inquietant, rodunt, inſeſtant, tandemque nimia eorum multitudine obrutum miſerabiliter necant. Turris quæ adhuc cernitur in Rheni fluminis medio, nomen ab eventu obtinuit prope Bingam, cujus futuræ peſtis præſagium erat, quod nomen ipſius ſpectis quoque parietibus mures, adhuc ipſo incolumi abrodebant. Hucusque Iſengrinius de Attone illo. Ejus inſcriptio eſt talis in ſerie edita Moguntinorum Epiſcoporum, Hatto der Ander/ den die Mäuß fraſſen/ ſaſſe zwey Jahr/ ſtarbe an. &c. 970. Eadem refert Iſengrinius ibidem de Wilderolfo, qui & Wilderadus, Argentoratenſi antiſtite, qui ejectis ex D. Stephani æde veſtalibus, eaque igne cremata, à muribus circumſeptus corroſus fuerit. Similem hiſtoriam refert Georg. Fabric. de milite quodam, quem mures corroſerunt, qui neque in ciſta incluſus, neque ſuſpenſus, ſe ſalvare potuit. Hinc vidèmus licet deſpectiſſimæ ſint mures beſtiolæ, & omnibus inviſæ, ſicut Plutarchus quoque notavit, mures Magos Perſarum interfeciſſe, quod & ipſi eos odio haberent, & Deo inviſos arbitrarentur; ſic quoque ibi addit: Ex æquo & Arabes omnes, & Æthiopes murem abominantur: tamen iis Deum uti veluti inſtrumentis ad punienda ſcelera. De qua re etiam extat exemplum in ſacris litteris, quomodo Deus impios Palæſtinos ob captam arcam fœderis, & contemptum ejus, muribus puniverit. Memorabile quoque tragicum eſt quod anno cIↄ. cc. lxxxiv. Hamel[illegible] cum 130. pueris, ſub prætextu glirium & murium contigit, ſicut illud [illegible] nonnullis vix credatur) idque notorium & omnino verum eſt, [illegible] hiſtoria à Wiero recenſetur, atque in hodiernum diem, p[illegible] illa quæ tendit ad portam illam civitatis, in ipſorum lingua, die Bunnelle [illegible] non die Burgeloſe Gaſſen/ ſicut Wierio placet) Straſſen vocatur. Appellant enim tympanum illud ad bellum & ludicras res deſtinatum, ein Bummel/ quod nos, ein Trommelin nominamus, eo quod interdictum ſit, ut ad perpetuam tam funeſtæ rei memoriam, in illa, nullum inſtrumentum m[illegible]icum aliudve audiatur. Senatus quoque illius oppidi adhuc hac ſubſcriptione literarum utitur, Nach Chriſti Geburt/ ꝛc. vnd nach Außgang vnſerer Kinder/ &c. Hanc funeſtam & tragicam hiſtoriam, elegiacis ve[illegible]s, eleganter conſcripſit Lucas Loſſius, de bonis litteris & juventute optime meritus. Porro in Hiſtoria Gallica parte 4. recitatur, quomodo Aumalius eques anno cIↄ. ccccc. xci. Poſtquam S. Dionyſij oppidum noctu occupare vellet, in illa irruptione hoſtili occiſus fuerit: cum ejus cadaver in ſacello quodam, donec pompa funebris inſtitueretur, collocatum eſſet, feretrum poſtero die plenum gliribus & muribus repertum fuiſſe, qui vix abigi potuerunt,

De orig. Saxon. l. 2.

De invid. & odio.

Lib. 1. Reg. c. 5.

Lib. 1. c. 16.

rint, præſertim unus reliquis grandior qui in vulnus altius ſe demiſerat: ubi quoque aliquot lepida epigrammata inſerta ſunt. Simile divinæ vindictæ exemplum accidit non ita pridem in vicinia noſtra, cum enim inſons vir quidam militaris, cum uno atque altero, ex ſuis comitibus, inſidiosè interfectus eſſet, unus ex illis paulo poſt conſcientia tactus mania correptus, quaſi defendens ſe, à juſtitiæ miniſtris, ſe ipſum pugnis petiit, donec cultro, incertum unde illato, circa cor ictus lethales ſibi ipſe inflixit: Cumque intervenirent ii, qui curam ejus gererent, animadverterunt, murem vel glirem vulneri inhærere, & veluti lambendo ſanguinis fluxum inhibere. Mox repulſo illo ſanguinem tam copioſum ex vulneribus erupiſſe, donec nequicquam adhibitis remediis, ad reſtinguendum aptis, extinctus fuerit. Etſi autem ignotum non eſt mures & glires ſitim diutiſſime perferre poſſe, unde proverbium ortum, ut convivia in quibus tantum eſculenta, & non potus apponitur, murium appellentur, ita ut ſanguinem non ſolum ad ſitim pellendam, ſed nutrimenti cauſa propter dulcorem expetere videantur naturali quodam appetitu: tamen concurſus talium beſtiarum, præſertim in hominum frequentia, quam alioquin fugere ſolent, potius præter naturam, & oſtenti inſtar haberi debet. Poſtremo mira ſagacitas in illa beſtiola deprehenſa eſt, mures enim ædes ruinoſas, trimeſtri etiam ſpatiò, antequam corruunt, deſerere, & in tutiora loca, ſeſe conferre ſolent, ſicut Levinus Lemnius poſt alios obſervavit. *De occult. miracul lib. 2. c. 21.*

Caput XIII.

Nihil tam vile, minutum & deſpectum eſſe, quod non habeat ſuas vires peculiares nocendi.

AD cap. 8. multa eaque memorabilia exempla congeſſimus, ex quibus apparet, etiam minimis & alioquin nullius fere momenti rebus, potentiam & ſuperbiam tyrannorum, ſæpe numero fractam & everſam eſſe. Inprimis autem Deum non leonibus, non urſis, neve aliis feris, ſed vermiculis & inſectis viliſſimis Pharaonis pertinacem impietatem & inſolentiam intolerabilem, compeſcuiſſe. Eodem modo in improviſis & maximis periculis depellendis & inferendis, minimarum beſtiolarum uſum interdum perutilem, interdum pernicioſum, extitiſſe, ita ut in proverbium abierit, etiam formicæ bilem pertimeſcendam eſſe. Idipſum pluribus exemplis & rationibus demõſtrare libet. Adducò a. inprimis Annium teſtem, ſcribentem veterem urbem, ad Volſienſem lacum Contenebram appellatam, olim à formicis deletam, & locum illum vulgo caſtrum formicarum appellari. Etſi autem in repentinis & *In queſtionib. de Tuſcia.*

ſubitis periculis, iisq; rebus, quæ inopinâtibus nobis accidunt, deficere mentem, & perturbari animum plerunque neceſſe eſt, ſicut omnes tum temporis peſſime ſoleamus deliberare, & conſulere, vel ut Thucydides ait, conſilium rapiunt repentina, & inexpectata & longe præter opinionem accidentia. Eodem modo ſolicitudine ipsâ impediente, memoria elabitur: atque interdum nimia ſedulitas, & importuna cura, plus quam ignavia, aut ſolertia nocet: tamen in ejusmodi improviſis caſibus, ubi mora vel exigua præſens periculum aggravat, omiſsâ longiore deliberatione maturè facto opus eſt, ſi ſalvi eſſe velimus. Hæc ſi accidunt, non tam ad violenta & robuſta, ex quibus ſperatur auxilium, quam ad minima, & alioquin ſpreta confugitur, & diſcrimen inter illa nullum obſervatur, ſed invicem ſibi adminiculantur. Hoc modo Themiſcyrenſes contra oppugnationem Luculli ſe defenderunt; Ita enim de illis ſcribit Appianus Alexandrinus: Pars exercitus contra Themiſcyrenſes turribus utebatur & aggeribus, & cuniculos tam amplos fodiebant, ut in eis pugnæ committerentur ſubterraneæ. Hos oppidani ſupernè aperiebant, & per foramina demittebant in operarios, urſas, aliasque beſtias, & apum examina.

De bello Mithridatico.

Cæterum quærunt, & quæruntur non immerito pii viri, cur pediculi, pulices, cimices, & alii vermes, & inſecta, magnis æque, ac parvis moleſta ſint, & veluti bellum inferant? Nullus enim eam defugere poteſt conditionem, & quamvis non omnes ſint in fœtore, & ſordibus jaceant, Deus tamen imperium vermibus, quod in Reges ac Principes usque profertur, attribuit, ita ut unumquemque ei conditioni ſubjici oporteat. Cur vero id efficit Dominus, niſi ut eo magis humiliemur?

Mira autem eſt, ne gravius dicam, hominum perverſorum, opinio, & perſuaſio, quod putent impune fore, ſi aliquantiſper eorum licentia peccandi, & inſolentia protervè agendi, non compeſcatur. Habet enim Deus, ut pii viri in Hiobi afflictionibus monent, multa vel potius innumera inſtrumenta, unde ſe nobis ulciſcatur, propter quod ſtultè auſi fuerimus. Cur? Armabit omnes ſuas creaturas, tot adverſus nos advocatos, & procuratores habebit, quot ſunt volucres in aere, piſces in mari, & quot ſunt animalia in terra, denique non opus erit, ut extra ſe exeat homo, eo ut convincatur. An non enim videmus, in ſingulis ſummis digitis artificium Dei? Eſtne unguis aliquis qui non reddat teſtimonium, Deum eſſe opificem tam eximium, ut nos confuſos eſſe oporteat, quoties eorum, quę nobis exhibet, vel minimum quid conſideramus.

Eodem modo cum Deus promitteret Iſraelitis ſe terrorem miſſurum, & interfecturum omnem populum, ad quem venturi eſſent, addit quoque, mittam crabronem ante te, qui expellat Hivæum, Chananæum, &c. Et

Deu-

Digitized by Google

Deuteron. dicit Moyſes, Mittet Deus veſter veſpas, &c. & Joſuæ, Miſi ante oculos crabrones. Sapientiæ libro, Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent. Germanica verſio habet Hurnenſeln. Unde Ægyptii in ſuis hieroglyphicis pugnacitatem veſpæ pictura notarunt. Exod.c 23. Cap.7. Cap 24. Cap.12.

Quod præterea mulierum chorus apud Ariſtophanem indicat, ubi quieturum ſe dicit, niſi acceſſerit aliquis qui tanquam examen veſparum fodicare ſe, vel irritare aggrediatur. In Lyſiſtrate

Hinc videmus Deum amare ſolere etiam vilia animalcula, iisque addere robur, contra ſuos hoſtes expellendos, neque indigere magnis bellatoribus & validis rebus, ſed ſufficere muſcas, veſpas & inſecta, quando ipſe bella infert, & deprimere vult inſolentiam ſuorum hoſtium, eorumque peccata punire. Sic ictus locuſtarum, muſcarum & aliorum inſectorum in deſerto impiis Iſraelitis venenati, lethales, & incurabiles fuere, ſicut liber ſapientiæ nos docet. Idipſum ingenioſè ita depingit Saluſtius, verſiculis Gallicis: Cap.16.

Moyſe change en poux la pouſſiere menue,
Puis obſcurſit tout l'air d'une brugante nue
De mouſches, de Bourdons, de gueſpes, & de tans,
Qui par les hauts palais nuict & tour voletans,
En foſſent juſqu' aux os, leur colere aiguiſeé,
Dans le chair de payens haut & bas inciſeé.

Guliel. Saluſt. 11 livre. de la Iudes.

Quod vero de plagis Ægyptiorum diximus, ibi inprimis notandum eſt, unde illis ſint illatæ. De aqua nimirum, ranis, pediculis, quos cyniphes vocant, muſcis, peſte, ulceribus, grandine, locuſtis, tenebris & morte. Hæc omnia erant Ægyptiis, ut & nobis conſueta & cognita, neq; quiſquam illorum cogitaverat, ex ipſis tantas poſſe univerſæ Ægypto inferri plagas. At qui omnia condidit & in manu ſua habet, ac pro ſua voluntate moderatur, ex rebus conſuetis, poteſt iratus reddere omnium inſolentiſſimas. Recte itaque & appoſitè, in Germanico proverbio dicitur: Wann Gott in ſeinem Zorn auffbeut / ſo ſtehen alſo bald alle Creaturen im Harniſch vnd Waffen / Quoties Deus iratus claſſicum canit, toties omnes creaturæ in armis præſto ſunt.

Hoc nos docere voluit Salomon Sap. cap. 11. ubi ita Deum compellat. Non enim erat impoſſibilis omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inviſa, immittere illis multitudinem urſorum, aut audaces Leones, aut novi generis ira plenas & ignotas beſtias, aut vaporem igneũ ſpirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrentes ab oculis ſcintillas emittentes, quarum non ſolum læſura poterat illas exterminare, ſed & aſpectus præ timore occidere. Nam & ſine his uno ſpiritu poterant occidi perſecu-

ſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſpergi per ſpiritum virtutis tuæ, ſed omnia in menſura & numero, & pondere diſpoſuiſti. Ut autem id priſcis, & deinde recentioribus exemplis demonſtretur, narrat Heraclides Lemnius apud Athenæum: In Pæonia & Dardania tantam vim ranarum è cœlo delapſam, ut publicas vias privataſque domos implerent. Primis autem diebus incolas paſſim eas occidiſſe, ædibusque occluſis aliquantiſper patienter eam moleſtiam pertuliſſe. Sed cum nihil proficerent, domeſticaque ſuppellectilis tota obtegeretur, ac cum cibariis elixas, aſſataſque ranas offenderent, aquarum erepta commoditate, & quia coacervatis illis non erat, pedem ubi promoverent, mortuarum odore ad extremum vexati, patriam deſeruerunt. Sic ex Plinio allegavimus à cuniculis ſuffoſſum eſſe in Hiſpania oppidum. Etſi autem naturali modo animalia iſta brevi tempore, mirum in modum fœcunditate ſua magnam in multitudinem creſcunt, tamen iis, tanquam inſtrumentis bellicis, quibus veluti cuniculis, ſuffodiuntur oppida & loca munita, Deus utitur, ut puniat eos, qui eum ſuis peccatis irritarunt. Cuniculorum autem tantam eſſe fœcunditatem ſcimus, ut ex conjugio uno (utor verbis Adriani Junii) intra vertentis anni curriculum ſeptuageſima proles ferme exiſtere queat, ideoque ea pleriſque
Lib. 3. damnoſa eſſe ſolet. Quod non ignoravit Strabo, Liberides eos nominans, & γεωρύχους λαγιδεῖς, veluti lepuſculos telluris effoſſores, in Liberidum nomine nonnihil deceptus: quandoquidem vocabulum iſtud in cuniculorum ſobolem recens enatam ab omni prorſus pilo nudam convenit, orta deinde parœmia. Quorum numeroſiſſimas copias tametſi in Gymneſiis *ſeu Balearibus* inſulis fuiſſe prædicet, ita in immenſum auctas, ut miſſis *Legatis* Romam ab Auguſto militare auxilium, contra earum proventum, & injuriam meſſes populantium, poſtularint. Unde eſt quod animal iſtud λιμωνίαν, velut annonæ penuriam faciens, famemque invehens, apud Erotianum dicatur. Quamobrem præſtitis auxiliis, plures ad eas capiendas repertæ ſunt ve-
Lib. 1. Paralip. Hiſpan. nationes: potiſſimum vero catellæ agreſtes, ex Africa adductæ, (vulgari ſermone vel idiomate Furones appellant) funiculis alligatæ, intra foramina immiſſæ, aut unguibus extrahunt, aut foras profugere cogunt, ſicut Johan. Gerardus pluribus obſervavit. Ex recentioribus exemplis habemus, id quod Attoni Moguntino à muribus accidit. Animalia enim illa impura, exoſa & inviſa omnibus, ob crudelitatem erga pauperes famelicos, in horreo combuſtos, ex corroſo, executores juſtitiæ & vindictæ divinæ fuere, licet in Inſulam Rheni & turrim in eo flumine ædificatam, tanquam in locum tutum, confugerit, ſicut paſſim hiſtorici, id tanquam rem tritam, referunt: extatque hæc turris adhuc in loco conſpicuo prope Bingam oppidum, & nomen à muribus (der Mäuſthurm) in hodiernum diem retinet. Eoſdem miniſtros

niſtros ſuæ iræ & vindictæ armavit Deus contra Popelum II. Principem Polonorum, ejusque conjugem & liberos, ob parricidia & libidinem regnandi, quorum ſcelera deſcribuntur ab Alexandro Guagnino, quæ in antecedenti 11. capite recenſuimus. Cæterum ut hoc caput doctrina eleganti concludam, adſcribam eam ex Nazianzeno ſententiam:

Scintilla magnam parva flammam concitat,
Semenq; peſtem vipera ſæpe attulit:
Id quum ſcias & parvulam labem fuge:
Diſcrimen ingens namq; gignit parvula.

Caput XIV.

De Geniis.

DE geniis vetuſtas ſuperſtitioſa, depravata doctrina cœleſti, mira finxit, ſimilis palpantibus in tenebris, quibus exigui radii lucis interdum emicant. Accidit autem iis, ſicut Pythagoricus Lyſis in epiſtola quadam ad Hipparchum ſcribit, ut qui corruptis obſcœnisque moribus ſpeculationes ſermonesque divinos immiſcent, nihil omnino aliud agant, quam ſi cœnoſo puteo liquidiſſimam infundant aquam, quæ & cœnum conturbet, & ſuam ipſius contaminet puritatem. Quidam igitur genium Deum credebant eſſe, qui rebus propoſitus eſſet, ac vim haberet omnium rerum gignendarum. Unde & nomen Genio datum volunt. Genere enim dicebant antiqui, quod poſteriores gignere. Alii Genium Deum ſtatuerunt, in cujus tutela unusquisque, cum primum natus fuerit, collocabatur. Qua de re celeberrimi ſunt verſus Menandri, relati à Clemente Alexandrino in 5. Stromat. Euſebio de præparat. Evangelic. & Ammiano Marcellino lib. 25. quamvis apud hunc nonnihil decurtati. Sunt autem verſus iſti:

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γινομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν.

Hoc eſt:

Vnicuiq; Genius aſſiſtit
Simulatq; natus eſt, qui ei ſit ductor vitæ
Bonus. Malum enim Genium non eſt exiſtimandum
Eſſe, qui vitam lædat bonam.

Unde genialis dies vocatur, quoniam in die natali lætitiæ & hilaritati operam dabant antiqui, & Genio indulgebant, quem & mero placabant, ut

Digitized by Google

vel ex Cod. Theodoſiano conſtat. Et quoniam Genius naturæ Deus fingebatur, genialis lectus maritalis eſt appellatus, in quo opera detur generandis liberis. Eodem modo Servius Genium numen putabat, quod naſcentibus datur. Quem ſecutus eſt Cenſorinus, qui docuit, Genium nobis aſſiduum obſervatorem appoſitum eſſe, ut ne puncto quidem temporis longius abſcedat, ſed ut ex utero matris acceptos ad extremum vitæ diem comitetur. Hæc etiam Socratis, Empedoclis, & Menandri ſententia fuit, qui duplicem Genium unicuique homini attribuerunt. Quod præterea Plutarchus in ſuo libro, qui περὶ εὐθυμίας, id eſt, de tranquillitate animi inſcribitur, approbat. Philo autem, ſicut à Suida allegatur, Genios facultates appellat, easque omnem animam occupare dicit; unam ſalutarem: alteram perniciosam. Iſte, inquit, ne per ſomnium quidem ſalutarem ſenſit, quantus quantus eſt ex materia illa pernicioſa compoſitus. Porro Servius Grammaticus ſuper ea Virgilii verba: Quisque ſuos patimur manes, &c. ita ſcribit: Duos genios ſortimur; unum, qui hortatur ad bona; alterum, qui depravat ad mala: nec incongruè dicuntur genii quia cum unusquisque genitus fuerit, ei ſtatim obſervatores deputantur, quibus aſſiſtentibus, poſt mortem aut aſſerimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem, per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora. Ergo Virgilius Manes, Genios dixit, quos cum vita ſortimur. Hoc confirmatur à Martiano Capella de nuptiis Mercurii & Philologiæ, ubi ita ſcribit: Sed quoniam

Lib. 2. unicuique ſuperiorum Deorum ſinguli quique deſerviunt, & illorum arbitrio, iſtorum comitatu, (id eſt, cœlitum & ſecundorum Deorum) & generalis omnium præſul, & ſpecialis ſingulis mortalibus genius admovetur, quem etiam præſtitem, quod præſit gerendis omnibus, vocaverunt. Nam & populi genio, cum generalis poſcitur, ſupplicant, & unusquisque gubernatori proprio defendit obſequium. Ideoque genius dicitur, quoniam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem copulatur. Hic tutelator, fidiſſimusque germanus, animos omnium menteſque cuſtodit, & quoniam arcana cogitationum ſuperæ annunciat poteſtati, etiam Angelus poterit nuncupari. Hos omnes Græci dæmonas dicunt, ὅτι ἢ δαίμονας εἶναι. Latini Medioximos vocitarunt, qui quidem omnes minus lucidæ ſplendidæque naturæ, quam illi cœleſtes ſunt: nec tamen ita ſunt corpulenti, ut hominum capiantur obtutu. Hæc Martianus. His opinionibus imbuti gentiles peculiaria ſacra geniis inſtituerunt. Fingebantur autem interdum imagine ſerpentis, interdum puerili vel juvenili forma, interdum etiam ſenis, vel ut apud lebetem, coronabantur platani foliis, utpote arboris genialis. Hinc videmus in nonnullis veteribus monetis Trajani & Adriani, aliorumque Principum, Genium pateram dextra, ſuper aram ſertis ornatam porrigere;

larvâ

Digitized by Google

lævâ vero manu propendulum flagellum, vel ſimile quiddam tenere. Extant etiam tales inſcriptiones Adriani & Diocletioni, GEN. P. R. ubi in genii ſiniſtra cornucopiæ, dextra patera conſpicitur. Item in M. Aurelii numiſmate ſimilis genius, cum hac inſcriptione: GENIIS EXERC. ET GENIO AUGUSTI. Eodem modo in numiſmate Fl. Valerii Conſtantii: GENIO POPULI ROMANI P. L. C. ubi in dextra pateram cum ſtella, in ſiniſtra cornucopiæ tenet. Nec non & in Maximini, interdum cum tali inſcriptione: GENIO AUGUSTI SIS. Interdum: GENIO POPULI ROMANI T. P. Interdum: GENIO IMPERATORIS. Has & ſimiles inſcriptiones ex veterum numiſmatibus peculiari libro diligenter collegit eximius Medicus, & eruditæ antiquitatis ſolers indagator D. Adolphus Occo. In Appiani quoque antiquitatibus tales inſcriptiones monumentorum, Tarraconæ Arragoniæ urbe leguntur, ex quibus etiam apparet, ſicut antea quoque diximus, urbibus & populis peculiares Genios deſtinatos fuiſſe.

GENIO CONVENT. ASTVRICENSIS, ET GENIO COL. I. V. TARRAC. L. MINVTIVS APRONIANVS II. VIR Q. Q. TESMENTO. EXAR. LIBERIS XV. PONI IVSSIT. Item Romæ: *DEIS ET GENIO RHODINIS DOMITLÆ AVG. SER. EXACTOR HÆRED. LEGAT. PROCVRAT. V. A. X. M. X. X. IIII.*

RHODONIVS FRATRI OPTIMO PIISSIMO ET GEMINO SIBI FECIT. Item Interamnæ: *GENIO MVNICIPII ANNO POST ITERAMNAM CONDITAM D. CC. IV. AD GN. DOMITIVM ÆNOBARBVM.*

Tanta autem fuit religio genii, ut qui conſulto per genium Principis pejeraret, is ex conſtitutionibus Principum fuſtibus caſtigaretur, ut videre licet in l. 13. in fin. ff. de jurejur. graviusque multo is, qui per Jovem pejeraverat puniebatur, quemadmodum doctiſſimus Rævardus de ambiguit. juris putat, multisque auctoritatibus demonſtrat. *Lib. 1. c. 7.* Cæterum ut ad hiſtorica exempla veniamus, inprimis memorabile eſt, quod Plutarchus de Genio Auguſti & Antonii ſcribit, ex quo apparet, quod etiam Romanis perſuaſum fuerit, alium genium alteri præſtare, quod etiam Lilius Gyraldus attingit. *Hiſt. deor. ſynt. 15.* Cum enim Octavius Auguſtus, & M. Antonius, mutua conſuetudine familiariſſime uterentur, ſæpenumero ſeſe ludo illis oblectantibus, aut pilæ, aut teſſararum, aut altilium etiam certamine coturnicum, aut gallinaceorum, nunquam non victum Antonium abire ſolitum, reprehenſumque cum ingenue ſæpe ab uno amicorum, qui vaticinandi peritia ſeſe apud eum venditabat, iis fere verbis admonitum: *Quid tibi cum hoc juvene? faceſſe ab eo primo quoque tempore. Clarior es rerum gloria, ætate ſenior es, pluribus imperas, operam in bellis navaſti, rei militaris uſu præſtas: verum tuus, inquit, genius, genium hujus veretur, itaque fortuna,*

alio-

Digitized by Google

alioqui per ſe ampla, illius fortunæ aſſentatur. Quod niſi longiſſimè hinc abeas, haud dubiè te deſerto, ad eum jam jamque tranſibit. Memorabile quoque eſt, quod de Genio Bruti Plutarchus refert in ejus vita. Cum enim in bello contra Octavium Auguſtum eſſet, ex Aſia in Europam tranſportaturus copias, concubia jam nocte, cum in tentorio ejus lumen eſſet, haud ſane clarum, & totis caſtris quies, ſilentiumque, animo ſecum quippiam deliberans atque reputans, viſus eſt ſibi quendam audire ad ſe intrantem, reſpiciensque ad oſtium, terribilem conſpexit, & monſtroſam inuſitatæ ſtaturæ corporis atque metuendæ imaginem, tacite ſibi aſtantis, auſus tamen percontari: Quiſnam, ait, hominum, Deorumve, aut cujus rei cauſa ad nos venis? Reſpondit ei imago: Tuus ſum, ô Brute, malus Genius, apud Philippos me videbis. Tum ille nihil territus, videbo, inquit. Cum id ſpectrum evanuiſſet, famulos vocavit, qui neque vidiſſe ſe quicquam, neque ullam vocem audiiſſe reſponderunt. Etſi autem, cum Brutus Cajo Caſſio narraſſet, id quod ſibi acciderat, ab eo, utpote imbuto opinionibus Epicuri, adductis rationibus aliquot confirmatus fuit, quaſi non probabile eſſet, Genios vel eſſe, vel hominum formam habere, vocemve, aut vim quandam ad nos pertinentem: tamen ea nocte, quæ præceſſit prælium in Philippis, Bruto rurſus apparuiſſe dicitur ille Genius vel ſpectrum eadem forma, neque ulla voce edita diſceſſiſſe. Quin imo ipſius Caſſii opinio, quam ex diſciplina Epicurea, ut diximus, hauſerat, haud fuit tam firma & ſolida, ut ſpectra non exhorreſceret, licet Bruto perſuadere voluerit, fortibus viris ea non apparere, ſed tantum imaginationes eſſe. Siquidem tradunt hiſtorici, eundem Caſſium pugna illa Philippica Julium Cæſarem auguſtiore formâ quam hominis, atroci & minaci vultu, concitato equo in ſe impetum facientem vidiſſe, quo aſpectu illum territum, hoſti tergum dediſſe, poſtea ſibi ipſi manus intuliſſe. Simile aliquid accidit Caſſio Severo Parmenſi, Poëtæ non ignobili, de quo ad Albium Tibullum Horatius:

Scribere, quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.

Hunc ſecutum partes Bruti & Caſſii, tradunt Porphyrius & Acron, ſicut à Lilio Gyraldo allegantur, Tribunum militum factum; poſtquam autem devicti fuerunt, ſeſe Athenas contuliſſe, quò cum Quintilius Varus ab Auguſto miſſus eſſet, ut eum interficeret, & illum ſtudentem offendiſſet, nihilominus interemit: Hujus autem epiſtolas Plinius & Suetonius citant. Verum Valerius Maximus ubi de ſomniis agit, ejus mortem ita recenſet: Apud Actium, inquit, M. Antonii fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui partes ejus ſecutus fuerat, Athenas confugit, ubi concubia nocte, cum ſolicitudinibus & curis mente ſopita, in lectulo jaceret, exiſtimavit,

Digitized by Google

ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barbâ, & capillo demiſſo, interrogatum: Quiſnam eſſet? reſpondiſſe: Cacodæmona. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſervos inclamavit, ſcitatuſque eſt, ſi quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent, quibus affirmantibus, neminem illuc acceſſiſſe: iterum quieti & ſomno ſe dederat, atque eadem animo ejus obverſata eſt imago. Ita fugato ſomno, lumen intro ferri juſſit, puerosque à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem, & ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, parvum admodum tempus interceſſit. Simile aliquid evenit Dioni Syracuſano, paulo antequam à conjuratoribus interficeretur, ut idem Plutarchus auctor eſt, in ejus vita. Cum enim inclinato jam die ſolus forte in atrio domus ſederet cogitabundus, ſubito ſtrepitu excitatus, in alteram porticus partem reſpexit, magnamque contuitus eſt mulierem, quæ habitu vultuque nihil à tragica Furia di ans, domum ſcopis verteret. Graviter eo ſpectro territus, atque conſternatus, amicos ad ſe vocavit, iiſque viſum expoſuit, & ut ſecum eam noctem agerent, oravit, omnino metu quaſi attonitus, timens videlicet, ne ſibi ſoli rurſum id oſtentum occurreret. Id quod tamen porro non accidit. Paucis poſt diebus filius ejus ephebus ira, dolore levi, & ludicra ex cauſa orta, concitus, de ſuperiore parte ædium ſe in caput dejecit, atque obiit. De hoc Dione, vitam ejus orſus, ita ſcribit idem Plutarchus, ubi eum cum Bruto confert: Uterque prius eſt interfectus, quam finem actionum ſuarum eum, quem multis & præclaris certaminibus affectaret, conſequeretur: Et quod maximè mirum eſt, utrique etiam divinitus objecto ſpectro ſiniſtro, mors ſua prædicta. Approbare autem ibidem Plutarchus videtur eorum opinionem (quæ quidem ſi in ſano ſenſu accipiatur, à ſacris literis non diſcrepat) qui cenſuerunt, malos & invidos genios æmulari infenſoſque eſſe præclaris viris, ac ideo actiones eorum impedire, terroribusque & metu objectis virtutem concutere ac labefactare, ne in propoſito honeſto perſiſtentes abſque lapſu, poſt mortem meliori ſint; quam ipſi conditione. Ferunt quoque, Cornelium Syllam, cum in agris eſſet, dæmonem quendam per ſomnium conſpexiſſe, ſeque ab illo vocari exiſtimaſſe, quod ſomnium cum amicis mane retuliſſet, ſumma celeritate teſtamentum conſcripſiſſe, inſequentique nocte obſignato eo, cum febris acceſſiſſet, ſexageſimo exacto anno è vita deceſſiſſe. Memorabile porro eſt, quod Herodotus ſcribit de ſpectro, quod Xerxi bis in ſomno apparuerit, eumque compulerit, additis minis, ut Græciæ bellum inferret. Quod cum Artabanus patruus ipſius contemneret, & inſomniis tribueret, omninoque, ut vir prudens, diſſuaderet bellum, eidem illud ſpectrum in ſomnis apparuit, & cum acri increpatione ne impedire fatale bellum, candentibus ferramentis oculos ipſius eruere illi videbatur. *Lib. 7.*

Digitized by Google

Non omittendum quoque eſt ex recentioribus hiſtoriis, cum gentilium tenebræ ſplendore veræ lucis paulatim reſolverentur, quod Juliano Apoſtatæ, cum declaratus ab exercitu Cæſar eſſet, contigiſſe ſcribit Ammianus Marcellinus: Nocte, inquit, quæ declarationis Auguſtæ præceſſerat diem, junctioribus proximis retulerat Imperator, per quietem aliquem viſum, ut formari genius publicus ſolet, hunc objurgando dixiſſe: Olim, Juliane, veſtibulum ædium tuarum obſervo latenter, augere tuam geſtiens dignitatem: & aliquoties tanquam repudiatus abſceſſi. Sed ſine nunc quidem recipior, ſententia concordante multorum, ibo demiſſus & mœſtus. Id tamen retineto imo corde, fore, ut tecum diutius non habitem. Et lib. 25. paulo antequam in prælio contra Perſas Julianus occumberet, ita pergit: Ipſe ad ſolicitam ſuſpenſamque quietem pauliſper protractus, cum ſomno, ut ſolebat, depulſo, ad æmulationem Cæſaris Julii, quædam ſub pellibus ſcribentis, obſcuræ noctis altitudine ſententiis cujuſdam Philoſophi teneretur: vidit ſqualidius, ut confeſſus eſt proximis, ſpeciem illam genii publici, quam, antequam ad auguſtum ſurgeret culmen, conſpexit in Galliis, velata cum cornucopia, per aulæa triſtius diſcedentem. Revocant mihi iſta in memoriam, quæ de ſpectri apparitione ſatis copioſè ſcribit Plinius Epiſtolar. lib. 7. quam narrationem lector ipſe apud eum videre poterit. Ne autem nonnullis hæc planè fabuloſa videri poſſint, audiamus quoque noſtrate & ſatis recens exemplum, quod in ſequens 16. caput conjecimus.

Lib. 20.

Caput XV.

Quomodo & qua forma tam boni quam mali ſpiritus apparere ſoleant.

NOn abſque graviſſimis cauſis, vel potius cum ingenti indignatione, ex Wiero recenſuimus, quo pacto mille artifex ille oculos magorum perſcrutantium theſauros præſtringere, ſeque iis diverſa, ſed ſemper admodum horribili forma conſpiciendum præbere ſolitus ſit. Etſi autem, ut nos docent ſacræ literæ, interdum ſeſe Satanas inſtar angeli lucis transformat, tamen ſingulari certè judicio & ordinatione divina, Diabolus plerunque ſuis mancipiis, tetrâ quâdam & horrendâ ſpecie apparere ſolet, præ ſe ferens plerunq; aliquid ex aſſumpta ſuperbia majeſtatis, & inſolentiæ, ne illa planè à ſe avertat, ſed veluti authoritate quadam obtegens atrociora & horridiora, ſibi ob-

Digitized by Google

ſtrictos, retineat? Alioquin quæ illius inexpiabilis ſuperbia, & impoſtura eſt, nullam ille unquam aliam, quam præſtantiſſimam formam induceret, niſi Dei imperio ageretur. Ideoque Deus exhibet ipſum nonnunquam etiam corporeis oculis, tam turpem & fœdum, ut illum deſpicatui habeant, & ſummopere deteſtentur ſemel viſum, qui alias incognitum veneratione, & cultu proſequebantur. Idipſum obſervavit D. Chryſoſtomus, Quot, inquit, dæmones feruntur per aërem? Quot adverſæ poteſtates? Si illis Deus permitteret terribilem illum ſuum vultum & aſpectum nobis oſtendere, an non mente dimoveremur? an non periremus? an non omnino interiremus? Illuſtrant hoc, exemplum & hiſtoriæ, quas de Euthymo ex Pauſania, & noſtrate quodam mihi noto & alioquin celebri viro adduximus. Affirmant autem ii qui ejuſmodi vaniſſimis ludibriis dediti ſunt, in magicis conjurationibus evenire ſolere, quod occurrentia ſpectra, quo attentius aliquis ea intueatur, eo horribiliora appareant. Inprimis autem, licet inanem formam videant, oculorum intuitu & inceſſu ſeſe prodere, cum non naturali modo pedes alternatim attollendo ſe promoveant, & more animantium progrediantur, ſed veluti levi vento, naviculæ inſtar, propellantur, aut quaſi in terra levigata, aut glacie obducta, lubrico motu elabantur. Idipſum exponit more Ethnico Calaſiris apud Heliodorum: Dii, inquit, & numina venientia ad nos, & à nobis recedentia, in alia animalia rariſſimè, in homines autem ut plurimum ſe transformant, ſimilitudine magis, ut viſum inſomnii eſſe opinemur, nobis imponentes. Ex oculis autem notari poſſunt, cum continuo obtutu intueantur, & palpebras nunquam concludant, & magis etiam ex inceſſu, qui non ex dimotione pedum, neque tranſpoſitione exiſtit, ſed ex quodam impetu aërio & vi expedita findentium magis auras, quam tranſeuntium. Quamobrem ſtatuas quoque Deorum Ægyptii ponunt, conjungentes illis pedes, & quaſi unientes. Quæ etiam Homerus ſciens, occultè & involutè verſibus reddidit, relinquens intelligenda iis, qui poſſent. De Pallade quidem: δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν, ἰνίω. De Neptuno autem: Hom 41 in Pſalm. Cap. 70. cent. 1. In Æthiopicu lib. 3.

ἀῦτος τὸ
ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
ῥεῖ᾽ ἔγνων ἀπιόντος, &c.

————atq; truces oculi fulſere tuenti:
Namq; pedum crurumq; ſimul veſtigia pone
Perfacile agnovi remeante, &c.

tanquam fluente in inceſſu. Hoc enim eſt perfaçile remeante, non (ut quidam decepti) perfacile agnovi putarunt.

 Expe-

Iſagoge de bonis & malis angelis, c. 8. & 9. Cap. 9. & 12.

Experientia ſanè docet, tam bonos, quam malos Angelos & ſpiritus fere duobus modis hominibus apparere in univerſum, vel in humana figura, quæ ἐνλασία vocatur: vel in alia ſpecie, in qua majeſtatis divinæ ſpecies affulgeat: mali vero tetra & horrenda, in qua divini judicii facies & ſtigmata impreſſa videntur & cernuntur, ac proinde nos maximè terrent, ſicut Lambert. Danæus eruditè & piè obſervavit, qui paulo poſt ita concludit: Boni Angeli homines conſolantur, & inſtruunt in Dei metu: mali vexant & fallunt. Adjecit autem idem egregiam conſolationem, qua omnes pii ex ſacris literis ſeſe adverſus inſultus & tentationes Diaboli tueri poſſint, talem videlicet: poteſtatem & robur Satanæ & Angelorum malorum eſſe circumſcriptum, atque etiam quod poſſunt, ſuapte vi non poſſe, ſed quatenus illis Deus habenas laxat, ad amplificandam ſuam gloriam. Nec enim illi ipſi ſunt potentiores & fortiores Deo, cujus viribus Diabolo reſiſtimus, & ipſi nitimur, ac proinde eum vincimus. Nam angeli mali etſi voluntatem habent malitiâ injuſtâ, poteſtatem tamen non niſi juſtè à Deo accipiunt, ſive ad pœnam malorum, ſive ad bonorum laudem.

Caput XVI.

De B. Brunone, & periculoſiſſimis locis navigantium in Danubio, nec non de ſpectro quodam.

Lib. 1. Annalium Boiorum

Aventinus ita ſcribit: Eſt oppidum Auſtriæ, Greinon vocant, juxta, ſupra id præruptæ rupes ſurgunt, ſaxeæ moles cubant, ac prominent, per quas Danubius, vaſto impetu, ingenti fremitu, qui procul auditur, ſpumabundus fertur: crebri fluctus hinc proram, hinc latera pulſant, modo cunarum, nunc huc, nunc illuc navigia ſuccutiunt, vectoreſque humido imbre aſpergunt. Teutones hunc locum infamem, pernicioſumque navigantibus, à ſtrepitu aquarum Strudel nuncupant, tum poenoſtonos à patiendo dicebatur. Nam ſi in illas navis impegerit cautes, illiditur. Ubi hanc perniciem evaſeris, aliud continuo malum periculoſius cohærens illi, te excipit. In rapidiſſimos vortices, quibus intorta navis obliqua, & gubernaculi impatiens agitur, incidis. Vorticoſum barathrum aquam contorquet, hiatu maximo haurit atque abſorbet, niſi remis pro viribus incumbatur, naves attrahit atque ſubvertit, ſed pertinacibus remigibus everberatum, veluti navigia claſſici ſeripientibus cedit. Ergo nautæ ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana eſſe poteſt, fluctus qui in ſe vehuntur, everberant, undas findunt, gurgitibus

Der Strudel.

Der Keſſel

nayem

navem eripiunt. Circumcirca habitant remiges horum locorum ab ineunte ætate periti, hos navigantes conducunt, his gubernatoribus hæc pericula incolumes evadunt. Cæſarem (is fuit Henricus III.) tum illac navigantem Bruno Wirtzburgenſis Epiſcopus cognatus ejus alia nave comitabatur, dumque ſaxo cuidam eminentiori allabitur, atra Æthiopis imago, ſatis nimis apertè ferale, ut exitus probavit, ſignum, ibidem conſiſtit, Brunonem appellat: heus, heus Epiſcope, malus ſum, inquit, genius; meus es, & quovis gentium proficiſcare, meus eris. Nihil quidem inpræſentiarum agere adverſus te habeo, brevi tamen iterum me videbis. Cunctis abominantibus, peſtilens ſpiritus ab Epiſcopo ſigno immortali appetitus, adjuratuſque carminibus ſacris, ſub oculis omnium evanuit. Atque hoc ſaxum adhuc monſtrari ſolet, cui impoſita turris lapidea, abſque lignis, & tecto, cognomen ita ſortita, adhuc retinet. Unde haud procul (decem opinor millia paſſuum) Cæſarem, & Comites ejus in vico Boſenburg, vel Bottenburg, Richilta vidua, cujus maritus Adelberto ab Ebersberg primæ Bojariæ Caſtelli, (nunc templum eſt) Dynaſta non ita pridem deceſſerat, magnifico hoſpitio, & convivio excipit, oratque ut Boſenburg, & prædia, quæ hiſce locis maritus precario poſſederat, Welfoni tertio, nepoti ſuo ex fratre tradat. Cæſar cœnaluin conſcendit, dum coram Brunone Epiſcopo, & Alemano præſide Eberſpergenſi, atque Richilda, extendens dextram poſtulatis annuit, repentè contignatio collabitur, Henricus in alveum ſolii balnearii abſque pauperie cecidit: Bruno, Alemanus, Richilta margine tabelliſque lignei labri graviter alliſi, paucis poſt diebus hoc caſu extinguuntur. Hæc ex Aventino adſcribere volui, ut non ſolum hiſtoriæ priori noſtræ meditationis capiti conveniens exemplum, ſed etiam celebris, & periculoſa navigatio in Danubio cognoſceretur. Hic Bruno ſcripſit commentaria in Pſalterium, & poſtea in numerum ſanctorum relatus eſt. Continet autem chronicon Herbipolenſe manuſcriptum, prolixius eandem hiſtoriam, quam ex Aventino modo recenſuimus, & inter alia narratur, Brunonem hunc filium Conradi Franconiæ & Carinthiæ Ducis, & virum doctrina & prudentia excellentem, magnæque authoritatis apud Conradum & Henricum Impp. fuiſſe. Accidit hoc anno Chriſti cIↃ XI V. ſicut ex ejus Epitaphio Herbipoli in crypta templi Cathedralis apparet. Iſtud eſt tale:

ANNO DNI. cIↃ. XLV. XI. JUNII.
BEATUS BRUNO EPIS. HUIUS ECCL. FUNDATOR.

In dextro Sarcophagi talis eſt inſcriptio:

BEATUS BRUNO FUIT PATRUELIS
CONRADI IMPERATORIS.

Cæterum notandum, & admiratione dignum eſt, malignos ſpiritus cum ſe

formà humana exhibent, plurimum atros eſſe, aut proceriores aliis, aut exiliores, ut nanos, quod Bodinus in ſua præfatione in libros de magorum dæmonomania, ex Georgii Agricolæ de ſpiritibus ſubterraneis libro adductus multis exemplis memoria dignis, citat, cum tamen ut nos ſacra ſcriptura docet, nonnunquam appareant, ut Angeli lucis, &c. De qua re paulo ante in cap. xiv. lector plura inveniet.

Caput XVII.

De Cabala & ſpiritibus bonis & malis, qui Angeli vocantur. Deque diſtinctis eorum officiis.

DIſputatio de geniis, Cabaliſtis recentioribus (vera enim & divina cabala, quæ Græcis eſt ἀκρόαμα, id eſt ſcientia, auditione comparata, nec literis exarata, eo quod Cabalam non licebat docere aliter, quam viva voce, & quidem eos, qui quadrageſimum ætatis annum ſuperaſſent, ut Bodinus vult, una cum S. Patriarchis, intercidit) præbuit occaſionem, ut teſte Julio Camillo tres animas diſtinctis nominibus, & officiis, unicuique homini attribuerent; unam humiliorem, & corporeæ quodammodo ſubſtantiæ, illiſque affectionibus, quæ nobis cum brutis ſunt communia, obnoxiam, Nepheſch appellant: Alteram & mediam rationalem, Ruach: Tertiam Neſſamah, quæ ſecundum ipſorum opinionem à Pythagora lumen: ab Auguſtino portio ſuperior: à Platone mens: ab Ariſtotele, intellectus agens, dicitur. Quemadmodum autem, inquiunt, Nepheſch ſubjecta eſt diabolo, a quo illi per dæmonem vel malum genium, immittuntur tentationes: ita Neſſamah eſt ſub protectione Dei, qui illi cuſtodem adjungit, ſuum Angelum: Media autem miſella, ab utraque parte inſultatur. Quod ſi ea permittente Deo, conſociatur Nepheſch, & Nepheſch copulatur carni, caro autem dæmoni, tunc tranſit, & aſſumit prorſus diabolicam naturam. Verùm ſi auxilio divino, media illa anima ſeſe abrumpit à malis perſuaſionibus Nepheſch, ſeſeq; conjungit cum Neſſamah, hæc, ſicut eſt planè divina, ita aſſumit naturam Angelicam, & tandem divinam. Conantur autem hanc triplicem diſtinctionem animarum (ſicut curioſitas ingenioſa ſemper colores, ſui novi commenti, callidè prætexere ſolet) probare ex Moyſe in Geneſi, ubi enim Deus dicit, Faciamus hominem, intelligunt animam rationalem. Et ubi habet textus, poſuit eum in

In Idea Theatri.

animam

animam viventem, intelligunt Nepheſch. Ubi autem dicitur, Flavit in nares
ejus ſpiraculum vitæ, intelligunt Neſſamah. Sed has & ſimiles curioſas, & no-
vas, vel potius Chriſtiano homine indignas cogitationes, & interpretationes
Cabaliſtarum recentiorum, ipſis relinquentes omittamus. Etenim Deus ea
ſola ſcire nos voluit, quæ interfuit hominem ſcire ad vitam conſequendam:
Quæ vero ad profanã, & curioſam cupiditatem pertinebant, reticuit ut arta- *In Hiſtor.*
na eſſent. Impia ſane, & profana vox celeberrimi viri Nicolai Neapolitani fuit, *Neapolitan.*
ſicut à Pandulfo Collenucio refertur, Dicere n. ſolitus fuit, ſe binas animas in *l. 5.*
uno corpore habere; unam quidem Deo dicatam: alteram vero cuicunq; alii,
qui illam vellet. Sufficiat autem in ſimplicitate ſua hominib. piis, quod ſciant
ex ſacris literis, ſe conſtare corpore, & anima, ſicut rectè D. Auguſtinus, con-
tra Vincentium, ſolummodo has duas partes in homine, & non plures admit-
tit. Unde Divus Chryſoſtomus dicit; omnia nobis duplicia dedit Deus: duos
oculos, duas aures, duas manus, duos pedes, ut ſi alterum horum læſum ſit, al- *De anima*
tero indigentiam relevemus. Animam vero nobis unam dedit, quam ſi perdi- *c. 5.*
derimus, quonam vivemus? Sufficiat quoque ſcire bonos & malos angelos *In oratione*
eſſe: illos defendere, hos autem oppugnare eos, quibus ſalus ſua curæ eſt. Ac- *de anima.*
cidit autem in his planè ſimile quiddam oppugnationibus: Sicut etiam Pſ. 34.
metaphora à militaribus excubiis ſumpta, caſtrenſi verbo utitur, ubi dicit:
Caſtrametatur Angelus Domini, in circuitu timentibus eum, & eripit eos.
Nam παρεμβαλεῖ ſicut Græcus textus habet, non tam immittere; quam caſtra
metari ſignificat. Unde παρεμβολὴ vocabulum apud Polybium ſæpe legitur.
Sic Angeli rectè cœleſtis exercitus nominantur, cum præſertim pii habeant
principem hujus mundi hoſtem potentiſſimum, cum innumeris legionibus,
contra cujus potentiam, vigili cura potentioris auxilio indigent. Siquidem
teſte Suida, Dynaſten, id eſt, principem vel potentem ſacra ſcriptura diabo-
lum appellat. David enim ait, Eripuit pauperem potenti, hoc eſt naturam hu-
manam, ut eo tempore deſtitutam à Deo. Sed audiamus ſimilitudinem ca-
ſtrenſem & militarem, quam D. parentem meum, piæ memoriæ recenſere me-
mini. Quemadmodum in oppugnationibus non ad firmas, & munitas partes
montium, accedunt oppugnatores, ſed ubi arbitrantur, muros eſſe fluxos, aut
foſſas planiores, aut incuſtoditas turres, eo omnibus copiis tendunt, & intro-
greſſi capiunt urbem; Sic etiam diabolus perpetuo inſidians hominib. quic-
quid ſenſerit molle, & cedens, & male affectum in animo, hoc adoritur, & eo
omnes admovet machinas, & ſi nemo defendat, neque reſiſtat fortiter, non
etiam nunquam præſidio, quo dintus eſt, non ſentiente; in neglectione cuſto-
diæ, & incuria, ita animum expugnat. Ubi a. per portas, remittentis naturæ aut
aditus, & pontes aliquos introrupit ſemel, de cætero jam populari, & incẽdio,
ac cædibus vaſtare & diripere infelicem non ceſſat. Machinationes autem
ſunt

Creavit enim Deus angelos bonos, non tantum ad ſuam gloriam: Sed etiam ad noſtram utilitatem. Creavit eos, non quod ſine illis non poſſit agere omnia: Sed ut nos inde ipſius majorem clementiam agnoſceremus. Quo reſpexit D. Hieronymus: Magna dignitas, inquit, animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui angelum deputatum. Et Origenes; Adeſt unicuique noſtrorum etiam minimis, qui ſunt in Eccleſia Dei, Angelus bonus, angelus domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidie videat faciem patris, qui in cœlis eſt, &c. Quare curet unusquiſque ſedulò, ne repellat impietate ſua angelos præſentes, & auxiliantes, atque adeo paratos pro ſe propugnare. Ut enim fœtentia, atque fœda, ac impura cuncta fugiunt apiculæ: ſic angelica caterva abſcedere ſolet à libidinoſa, ac petulante, & turpi hominum vita. Illis autem repulſis, in locum eorum malos angelos ſuccedere, qui callidiſſimi ſagaciſſimique ſunt ad nocendum, & miſeros homines in exitium perducendum, nemo ſanæ mentis inficiari poterit. Quare ſicut iſti recte ἄγγελοι πονηροὶ nuncupantur, (interdum in ſingulari numero Belial πονηρὸς, ut in Dominica oratione, quam Chriſtus ſuos docuit; Vetuſtas enim in puriori Eccleſia pro liberatione à malo, precata eſt, Libera nos à maligno, id eſt, à Beliali, qui eſt, πονηρός, & ſummum quidem malum:) ita illi nonnunquam ἄγγελοι τῶν πονηρῶν, ut Matth. Et ἄγγελοι ἅγιοι, ut apud Matthæum, interdum ſimpliciter ἄγγελοι à Chriſto, & ſacra ſcriptura vocantur. Unde patet, Angelum bonum, eſſe naturam ſpiritualem, Dei miniſtram, cum immutabili voluntate, & conſilio benefaciendi, confirmatam gratia Dei, ad obſequendum voluntati ipſius ſemper. Angeli mali vero, & ipſi naturam habent ſpiritualem, cum exciderint propriâ improbitate ex gratia, & perſeverant adverſando voluntati divinæ, & malefaciendo in omnibus quæ poſſunt. Non ſunt tamen iſtæ ita contrariæ naturæ creatæ, ſed unius corruptela contraria eſt alterius conſervatæ integritati. Idipſum rectius intelligitur ex Macarii Ægyptii Homilia. Cum anima, inquit, deceſſerit è corpore hominis, tunc magnum peragitur myſterium. Nam ſi fuerit illa peccati rea, accedunt chori dæmonum, & angeli ſiniſtri, ac poteſtates tenebrarum, apprehendunt animam illam, & imperio ſuo ſubjugatam, in ſuas partes pertrahunt. Nec debet hoc videri cuipiam inſolens. Si enim dum viveret homo, & in hoc ſeculo ageret, ſubditus fuit, obtemperavit, & inſervivit illis, quanto magis cum egreditur ex hoc mundo, detinetur, ac poſſidetur ab ipſis? Quod autem res ita ſe habeat, ex ea parte potes intelligere, quæ felicioris eſt conditionis. Siquidem ex præſenti tempore ſanctis Dei ſervis angeli, ac ſancti ſpiritus circumdant eos, & cuſtodiunt. Cumque exierint è corpore, chori

Homil. 11.

Cap. 24.

Homil. 22. de duplici ſtatu decedentium.

chori angelorum aſſumant animas in ſuam partem, in ſeculo puro & ſic adducunt eas ad dominum. Hoc diſcrimen & myſterium gentilibus ignotum fuit, ideo abſque diſtinctione bonorum malorumque angelorum, & de Geniorum officio, tam inter fabulas confusè, tamque diversè ſenſerunt, & ſcripſerunt.

Caput XVIII.

De purgationibus Innocentiæ apud Veteres.

Apud veteres olim, & non ita pridem varia genera probationum in rebus dubijs, obſcuris, & quæ clam remotiſque arbitris commiſſæ erant, ad indagandam veritatem inventa fuerunt, quæ nunc tanquam illicita, partim expreſsè abrogata ſunt, partim tacitè in deſuetudinem abiêre. Fiebant autem hæ probationes tribus potiſſimum modis; per duellum: candenti ferro: & aqua oleove ferventi. De poſterioribus duobus nunc, de primo, ſequenti meditatione agemus. Aventinus in ſuis annalibus Bojor. lib. 4. autor eſt, has probationes, vel purgationes ideo inventas fuiſſe quod majores noſtri religioſiſſimi, magis Deo, quam ſibi confidentes, plus divinæ juſtitiæ, ejusque promiſſis, quam ſuo ingenio, aut ſapientiæ innixi, potiusque cœleſtibus decretis, quam ſuis opinionibus confiſi fuerint. Officijs, inquit omnibus, atque actis ſupremum numen intereſſe voluerunt, eaque tunc demum rata habere, cum divinum auſpicium addixiſſet; Cuncta quaſi in theatro ſuperum deſpectantium, in conſpectuque Dei Opt. Max. geri ſtatuerunt. Proinde in cauſis ambiguis, maxime criminibus, quæ nullo humano teſtimonio comprobari poterant, ad cœleſtia beneficia, ad ſummam majeſtatem, quæ falli non poteſt, tanquam ad arbitrum honorarium, & judicem omnium confugiebant. Ponit autem ibidem Aventinus conſecrationem aquæ calidæ, & ferri, quam in antiquis ſacrificiorum libris ſe reperiſſe ait, tales videlicet.

Consecratio Aquæ calidæ.

Deus judex juſtus, fortis, & patiens, qui es auctor & amator Juſtitiæ, qui judicas æquitatem, judica Domine, quod juſtum eſt, quia recta judicia tua ſunt, qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per adventum filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti mundum ſalvaſti, & per ejus paſſionem genus humanum redemiſti. Tu hanc aquam per ignem ferventem ſanctifica, qui tres pueros, id eſt, Sidrach, Miſach, Abednego, juſſione

ſione Regis Babylonis miſſos in caminum ignis ſervaſti. Tu clementiſſimè præſta, ut ſi quis innocens in hanc aquam ferventem, manum mittat, ſicut tres pueros ſupra dictos de camino ignis eripuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti, ita Domine manum illius ſalvam & illæſam perducas. At ſi quis culpabilis, vel incraſſante diabolo cor induratum præſumpſerit manum mittere, tua juſtiſſima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore, tua virtute manifeſtetur, & anima illius per pœnitentiam ſalvetur.

CONSECRATIO FERRI.

Deus judex juſtus, qui autor pacis es, & judicas æquitatem, te ſuppliciter rogamus, ut hoc ferrum ordinatum ad juſtam examinationem, cujuslibet dubietatis faciendam benedicere, & ſanctificare digneris: ita ſi innocens hoc ignitum in manus acceperit, illæſus appareat. Et ſi culpabilis atque reus, juſtiſſima ſit ad hoc virtus tua in eo cum virtute declarandum, quatenus juſtitiæ non dominetur iniquitas; ſubdatur falſitas æquitati: per Dominum noſtrum, &c.

Etſi autem ibidem Aventinus dicit, tantum abfuiſſe, ut impia hæc judicarentur, ut apud ſanctiſſimos pontifices, principes Chriſtianiſſimos, viros atque fœminas ſacratas, uſurpatas iſtas purgandi cæremonias inveniat. Et appellet iſtud ſapere, fidem Deo habere, omnem ſpem in ipſo collocare: tamen quemadmodum licet, & conceſſum eſt, pietasque hoc requirit, ut in prima cujusque rei uſurpatione gratias Deo agamus, ejusque bonitatem celebremus, idque congruis, & decentibus laudibus, & collocati boni religioſum, ac ſanctum uſum poſcamus: Ideoque ea, quæ juſta ſunt & fundamenta ex divinis literis habent, recte adhibentur ad eruendam veritatem: ita quæ ſuperſtitioſa cenſeri poſſunt, & curioſitate quadam nimia ſponte excogitantur, merito rejicienda ſunt. Non enim ea eſt hominum conditio, & poteſtas atque auctoritas, ut ſuo arbitratu ſacramentalia conſtituant. Nam cum Deus ſit ſapientiſſimus, non opus habet, ut noſtro cogitatu, ſeu induſtria illi paremus inſtrumenta ſalutaria, absque ipſius mandato: Siquidem hoc nullus artifex in ſua arte ferret, ſed ipſemet vellet ſua inſtrumenta ſibi deligere. Non eſt igitur ferenda eorum hominum audacia, qui Deo veluti organa, præſcribere cupiunt, quibus ad noſtram ſalutem operetur. Neq; exempla tantæ authoritatis, & ponderis ſunt, ut veritati præjudicium facere valeant, ſicut paulo poſt oſtendetur. Ob hanc rem ejusmodi res tanquam prænaturales Salomon in proverb. ſuis, eleganti ſimilitudine introducit: Ut enim, inquit, fieri non poteſt, quin geſtans in ſinu ignem adurat veſtem, aut imprimens veſtigia carbonibus pedes lædat, ita accedens, &c. Non ignoro ſane olim purgationem candentis ferri, frequentem, Cap. 6.

 & uſi-

& uſitatum fuiſſe, de qua etiam eſt illuſtris narratio de Chunegunda uxore Cæſaris Henrici Bavari, quæ cum marito Pabebergæ ſepulta eſt in templo cathedrali, talis videlicet, ſicut à parente meo piæ memoriæ in Chronologia Nicephori recenſetur: Chunegundam illam, inquit, Franconicæ ſtirpis Palatinam, licet in matrimonio Cæſaris eſſet, maritum non attigiſſe, ut virginitas ejus violata fuerit, pro certo habetur. Erat tum in moribus, ut inſimulati occulti delicti, cujus neque palam convinci, neque quod defendere ipſi plane poſſent, ſi inſontes ſe perhiberi vellent, candens ferrum geſtarent manibus, aut pedibus calcarent: aut in aquam ferventem, oleumve manum demitterent. Certis autem ad Deum & ſolennibus precationibus effici, impetrarique credebatur, ne innocentes læderentur. Quod imitatione prava in cœtus Chriſtianorum fuit nimirum introductum, ab illa potione juſſu divino ſuſpectæ pudicitiæ olim mulieribus data ſecundum Moſis conſtitutionem. Chunegunda cum eſſet adoleſcens, & formoſa, neque agreſtis, aut inhumana, à malevolis fictum impudicitiæ crimen vitare non potuit, rumoresque diſſipabantur, cum nobili quodam in aula juvene eam conſueſcere. Quo loco additur, diabolicam illius juvenis ſpeciem è cubiculo Auguſtæ egredientem ſæpe eſſe conſpectam. Neque ego omnia, quæ mirabilia ſunt, commenta eſſe dicere audeam, & multis tamen ſignificationes quaſdam aliarum rerum implicari non dubito. Quis autem neſcit diabolicas eſſe architecturas, calumniarum, & obtrectationum ignominias, quibus non modo ſingulis interdum exitium infertur, ſed bellis commotis multa millia hominum intereunt? Imperator fama ipſa ſparſa ab uxore fieri primum alienior, mox apertè crimen iſtud exprobrare. Magis autem ſolent, qui non cubant cum uxoribus, eâ æmulatione, quam Græci Zelotypiam vocant, affici, & perturbari vehementius. Chunegunda ad id confugit, ut calcando ignitos vomeres ſe eſſe declaraturam innocentiam ſuam diceret. Per hos XI. cum illæſa ambulaſſet, fertur inſtitiſſe in duodecimo, & clara voce teſtatam eſſe, pudicitiam ſuam virum neminem virorum omnium delibaſſe unquam. Hoc Imperator, quod ignominiam quandam ſibi afferre poſſet, quaſi incommodo marito, dictum oppreſſurus manum admovit ori conjugis, atque in feſtinatione impetus major ſanguinem extudit. Poſtea confeſſus injuriam, reconciliataque gratia, cum conjuge amantiſſimè & jucundiſſimè reliquum vitæ ſuæ tempus peregit. Monſtratur Pabebergæ nunc etiam parvum fanum, cum columnis in orbem collocatis, propter templum magnum, quo in loco ea res geſta eſſe memoratur. Hactenus ille. Similem Hiſtoriam recenſet Regino, nec non & Aventinus atque Sigonius eandem referunt, quæ inter Carolum III. & conjugem ipſius Richardem contigit, circiter Annum 887. Carolus, inquit, Imperator Luitvvardum virum ſibi

Lib. 2.

prius

prius percharum, & in adminiſtrandis publicis utilitatibus unicum conſilia-rium, objecto adulterii crimine, eo quod Reginæ ſecretis familiarius, quam oportebat, immiſceretur, à ſuo latere cum dedecore repulit. Deinde paucis interpoſitis diebus conjugem Richardem in concionem vocat, & publicè proteſtatur, nunquam ſe carnali coitu miſcuiſſe, cum tamen plus quam decennio ei conjugio fuiſſet ſociata. Illa è contra non ſolum ab ejus, ſed etiam ab omni virili contactu ſe immunem profeſſa, glorians que de virginitatis integritate, idque ſe approbaturam divino judicio, vel duelli, vel ignitorum vomerum, cum fiducia affirmans, facto diſſidio, in monaſterium Andelavv, quod ipſa dedicaverat, velum ſumptura diſceſſit. Similes hiſtoriæ paſſim reperiuntur, quod candente ære ferrove res ambiguæ deciſæ ſint, imo tandem hîc moſita inolevit, ut in publicis judiciis hoc modo lites per ſententiam diremptæ ſint. Hoc apparet ex pacto pro tenore pacis Childeberti & Lotharii Regum in legibus Salicis. lib. 4. ſi homo ingenuus in furto inculpatus ad æneum provocatus, manum incenderit, quantum inculpatus furtum componat. Præterea ex controverſia quadam, quæ anno clↄ. c. xxxi. accidit, ubi Conradus à Witichauſen eo modo contra Herbipolenſes probavit, diœceſim quandam ad Saltzenſes pertinere, ſicut in Annalibus Herbipolenſibus recenſetur. Verum nihil novi hac in re accidit: nam etiam olim priſcis gentilibus ejusmodi probationes non incognitæ fuerunt. Id videre licet apud Sophoclem. Cum enim Creon publico decreto, mortisque pœna indicta corpus Polynicis ſepeliri prohibuiſſet; cuſtodes regi graviter, acriterque incuſari à ſeipſis, quod culpa unius foret, non omnium, cuſtodia per noctis partes cuilibet diſtributa, cumque diligenter de ea inquiſitionem feciſſent, nuncium Creonti regi miſerunt, qui præter alia & hæc in eorum excuſationem dixit:

Nemo deprehenſus eſt, nosq; latuit.
Sumus vero parati, & candens ferrum manibus tollere,
Et per ignem ſerpere, Deosq; jurare,
Nec feciſſe, nec fuiſſe conſcios
Ejus, qui de hac re conſilium habuerit, nec ejus, qui eam fecerit.

Imò memoriæ traditum eſt, (ſicut à Lilio Gyraldo in hiſtor. deor. ſyntag. xi. recenſetur,) quod in Caſtabalis Perſicæ Dianæ fano illi dicatæ, virgines ſuper prunas nudis pedibus ambularent, nullo nocumento, id quod tamen, inquit, dæmonum illuſione ad montem Soractis Hirpinæ quædam familiæ ad Feroniæ templum contigiſſe ſolitum, tradunt autores Plinius, Solinus, Servius; Pauſanias miraculum hoc à ſe viſum tradit.

Idipſum quoque à Strabone lib. 5. confirmatur: Sub monte, inquit, Soracte urbs eſt Feronia, quo nomine & Dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipſius templi eſt mirificum ſacri genus: nam qui ejus numine afflantur, nudis pedibus prunas & copioſum inambulant ſub hoc dæmone nulla læſione cinerem, &c. Hujus Feroniæ meminit etiam Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. 3. Fanum eſt, inquit, quod Sabinis æque ac Latinis ſummâ religione colitur, ſacrum Deæ Feroniæ, quam Græci in ſuam linguam modo ἀνθηφόρον vertunt, modo φιλοστέφανον, modo Proſerpinam. Eo ſtatis diebus conveniebant è circumvicinis urbibus, alii votiva Deæ reddituri ſacrificia, alii negociaturi propter celebritatem mercatores, opificesque, & agricolæ, quod forum ibi ſit totius Italiæ nobiliſſimum. Hujus Feroniæ ſimulacra in numiſmatibus inventa, tranſtulit Antonius Auguſtinus in ſuum elegantiſſimum librum de familiis Romanis ſub gente Petronia. Eodem modo legimus, virginem Veſtalem Tuciam ſuſpectæ pudicitiæ adhibitis adjurationibus, aquam cribro ex Tyberi apportaſſe: & Claudiam cingulo navem, quæ immota conſtiterat, attraxiſſe; accuſatorem quoque tametſi attentè requiſitus, nuſquam amplius comparuiſſe. Eſt autem Thomas Aquinas in ea opinione, id quod hæ duæ virgines Veſtales egerint, etiam miniſterio bonorum angelorum, Deo ſic volente, ut caſtitatis virtutem & præſtantiam commendarent, & probarent hominibus, fieri potuiſſe. In alia tamen fuit ſententia Tertullianus, qui harum duarum Veſtalium miracula non ullâ divinâ virtute facta, ſed Diabolica illuſione & poteſtate cenſet. Præterea Æmiliam Veſtalem faſciã ſua aræ injecta flammam excitaſſe, & ſic innocentiam ſuam purgaſſe, cum prius vota hiſce verbis feciſſet: Veſta urbis Romæ cuſtos, ſiquidem piè & juſte ſacra ibi annis paulo minus triginta perfeci, oſtende mihi, nolique famam ac vitam meam negligere, ut Dionyſius Halycarnaſſæus refert. Hinc videre licet, ejusmodi purgationes vel oſtentationes caſtitatis & innocentiæ, etiam gentilibus non ignotas fuiſſe, eosque in idololatria mirificè confirmaſſe. Id quoque in aliis miraculis Ethnicorum accidit, quæ confirmarunt errores & idola pugnantia cum verbo Dei, ſicut Aſpaſiæ, ob pulchritudinem & prudentiam, apud Reges Perſarum Cyrum, & eo interfecto, Artaxerxem celeberrimæ evenit, cum puella ignota, & paupercula adhuc, ſanata eſſet ab incurabili ſcabie, eo quod lavaſſet faciem, juſſu Veneris, ex roſis contritis, quibus ejus ſtatua in fano coronata fuerit. Conſtat igitur, omnino periculoſum eſſe, actiones exemplis moderari, niſi eædem rationes non in univerſum, ſed ſingulatim omnes concurrant. Quare an rectè fecerint, qui abſque mandato ſancti & veri Dei nomen ſuis conjurationibus adhibue-

In q. de pot. 6. art. 5.

In Apolog. 22. in fin.

hibuerint, & id oleo, aquæ, ferrove, veluti efficax, curioſitate humana alligare voluerint, idque exemplis ſecutis defendere conentur, quærat is, qui dubitat. Neque obſtat lex vel ſacrificium zelotypiæ in lege divina, ubi ſacerdos, adhibitis certis ceremoniis, & diris execrationibus, ex hauſtu aquæ, quæ adulteræ amara, caſtæ autem fœminæ ſuavis & innocua erat, deprehendebat vel delictum vel innocentiam delatæ uxoris. Ea enim tantum fuit ceremonialis, & Judæis tradita, ut & aliæ, propter ipſorum cordis duritiem, non ut eſſent perpetuæ, ſicut morales leges. Ob eam cauſam ejusmodi probationes vel purgationes, quæ fiunt aquâ calidâ frigidâve, aut candente ferro, carbonibusve, vel duello, in jure canonico vulgares appellantur, utpote quas vulgus invenit & ſequitur, atque expreſsè interdictæ & ſublatæ ſunt in c. Mennam. 2. q. 4. Nec non & c. dilecti, & per tot. tit. de purgat. vulgari. item c. conſuluiſti. 2. q. 5. quod Thomas de Aquino 2. ſect. q. 95. artic. 8. approbat. Et additur ibi cauſa, videlicet, quod nulla canonica ſanctione ſancitæ ſint, & iis Deus tentari videatur. Eodem modo in Concilio Tridentino proximo duella prohibita ſunt. Nec dubitat Hotomannus in fine diſputationis de feudis furioſas appellare hujusmodi probationes. Fuit autem adhuc Junonis Carnotenſis Epiſcopi tempore admiſſa hæc probandæ innocentiæ ratio in cauſis ſecularium, ut apparet ex ejus epiſt. 251. at non in Eccleſiaſticis, de quibus iſta ſunt ejusdem verba in epiſt. 91. Monomachiam & ferri calidi examinationem, nec conſuetudo Eccleſiaſtica in diſcutiendis cauſis Eccleſiaſticis recipit, nec Canonica auctoritas inſtituit. Hæc ſi Scardionio in mentem veniſſent, vix ſua hiſtoria de quodam Jeſuita, concedenda videatur. Expertus enim ſum Patavij & Ferrariæ, illos Jeſuitas vel Jeſuatas, qui vulgo Zocolanti & fratres ignorantiæ vocantur, verè ſimplices, & humanæ ſocietati utiles, & erga omnes candidè eſſe officioſos. Vel ut Scardionius de iis ſcribit, ſunt ij homines ſine ullo ſacro ordine, & absque literarum diſciplina idiotæ, qui in ſanctæ vitæ conſtituto cum magna humilitate oſtiatim victum quæritant, funebres lampades in exequijs defunctorum deferre ſolliti, & aquas deſtillatas ex cunctis herbis medicinalibus ægrotantium uſui habere venales. Inſtitutus eſt hic ordo cœnobitarum à Columbino Senenſi, ſicut inſcriptio arcus in nuptijs Florentinis Ducis Franciſci Medicis, & Johannæ Auſtriacæ demonſtravit. Eæ ſunt, earumque apparatus diligenter conſcriptæ & editæ ſunt in Italica lingua, à Dominico Mellij. Fuit autem ſub imagine paupertatis & patientiæ talis inſcriptio: ORIGO COLLEGII PAUPERUM, QVI AB JESU COGNOMEN ACCEPERUNT: CUIUS ORDINIS PRINCEPS FUIT JOHANNES COLUMBINUS SENENSIS. ANNO CIↃ. CCC. LI.

Num. 5 (margin)

De Relig. Patav. in templ. concedend. l. 11. claſſ. 5.

Non

Non ſecus ac Eſſæi, qui ab operando dicuntur, quaſi dicas operarii, olim fecerunt, quibus diſplicebant contentiones & pugnæ de potentia, & dignitate Phariſæorum & Saducæorum : Quare conferebant res ſuas in commune, ſtudebant cæteros vincere jejuniis & eleemoſynis, ſerebant, plantabant, benefaciebant multis, ibant in oppida vicina, exercebant medicationes, habebant ſuos conventus, & tempora certa precationum. Hoc ita Chytræus deſcribit:

In faſtis ſuis menſe Iulio.

Se ſolos vita innocuos, ſanctosq́ ferebant,
Se ſoliti à reliquo ut monachi ſubducere cœtu,
Hinc & adoptiva tantummodo prole beati,
Et ſine ſervitiis ſylvas hortoſque colebant,
Fœmineum exoſi ſexum: cognomine fratrum
Se compellabant: Menſa illis ſobria, cura
Communis, propriumq́ nihil, commune ſepulchrum.
Sic ſeſe cœlum ſibi pandere poſſe putabant.

In horum collegium admittebatur nemo, niſi quem caſtitatis fides, & innocentiæ meritum proſequebatur, ut Solinus ſcribit. Pauperum liberos alebant, & ſuis imbuebant legibus atque moribus. Divino cultui fuiſſe eos intentiſſimos, ſcribit Porphyrius, adeo ut ſe occidi paſſi ſint, antequam deflecterēt à propoſito: tantæ æſtimationis apud univerſos, ut nullus unquam hoſtis fuerit tam ferus, qui auſus ſit eis nocere: nullus ſophiſta tam malus, qui aliquod crimen objiceret. Philo & Euſebius illis attribuit amorem Dei ardentem, virtutis cultum puriſſimum, charitatem erga homines effuſam. Tanta autem eorum multitudo fuit, ut pro ſingulari gente, non verētamen, à multis ſcriptoribus habiti. Durarunt uſque ad Epiphanii tempora: Eo ſuperſtitionis venerunt, ut nullum librum obſervarent, niſi Petri Epiſtolas, ut eſt apud Theodoretum. Ex horum numero fuit Judas Eſſæus, prophetico ſpiritu præditus, qui mortem Antigoni Hircani I. filii prædixit. Præterea Manaimus, ſeveriſſimus vir, inſtituti, & futurorum ſciens, qui Herodem conditionis obſcuræ puerum ad literarium ludum euntem, Regem Judæorum ſalutavit, ſimulque prædixit, quamdiu regnaturus eſſet, ſed omnis pietatis, juſtitiæ, veritatis inimicum, atque Judaici populi hoſtem iniquiſſimum, & principem planè abominandum: ſicut hæc Georgius Fabricius diligenter collegit.

De Regibus Aſmonæorū & Idumæorum l.10.

Sed ut ad Jeſuitas revertar, audiamus de his alios quoque autores. Platina ſcribit, eos circiter annum 1366. Senis ortos eſſe. Et Sabellicus: Colligebantur initio ſimplici habitu amicti, multa innocentia & pietate viri, victum ſuo labore & opera quæritantes, Apoſtolici ab initio clerici nun-

Digitized by Google

nuncupati. Hi neque ſacris initiantur, neque celebrant Miſſas, tantum orationi vacant. Jeſuati ab eo dicti, quod Jeſu Regis ſummi frequens ſit nomen in illorum ore. Quare dignum obſervatione eſt, quod Volaterranus notavit: Jeſuatas iſtos, cum Apoſtolici nuncuparentur, & Jeſu nomen frequens eſſet in ipſorum ore, Pontifici Urbano ſuſpectos fuiſſe, quaſi cum fratricellis ſive Waldenſibus ſentirent.

Narratio autem Scardionii in deſcriptione Patavinæ urbis. De ſancti. ac beat. & prælat. inſig. Patavinis de Beato Marco Jeſuita, eſt talis: Accidit aliquando forte fortuna, ut præpoſitus quidam Prædicatorum Divi Auguſtini, illic apud hos ad prandium invitatus accumberet, qui amotis epulis, ſemotiſque arbitris, dataque loquendi veniâ, cœpit de Dominicæ profeſſionis merito copioſè admodum, atque arroganter diſſerere, tacitè exprobrans eis, quod profeſſionem trium votorum, cum inter cœnobitas connumerarentur publicè, palamque cum cæteris monachis ſolita non profiterentur forma. Ad id Jeſuitarum præpoſitus, homo idiota ſane, ſed prudens & dilectus Deo, argutè reſpondit: Vis, inquit, Pater, quoniam in hos ſermones incidimus, utrum unus ex noſtris fratribus, ita ſimplici quodam modo Deo oblatus, an comes iſte tuus publicè tria vota profeſſus, ſuperiori ſuo obedientiam exhibeat promptiorem? Annuit rei ignarus ille quidem lubens. Tum Jeſuita ad Marcum quamprimum converſus, qui ibi forte accumbentibus miniſtrabat, ait, Marce frater, hi ſodales noſtri frigent in virtute ſanctæ obedientiæ, afferas huc eis citò è coquina nudis manibus ardentes prunas, ut confeſtim caleſiant: At ille haud cunctabundus (ut erat ad obedientiam promptus) nihil fore credens, quod fieri non poſſet, ſi ſub obedientiæ præcepto mandaretur, feſtinans, nihilque hæſitans, à coquina ad menſam ardentes prunas quamplurimas, ambabus manibus junctis, abſque ullo ſui detrimento aut læſione portavit: utrique eos porrigens ad frigus tollendum, quas iterum, jubente præpoſito, cunctis admirantibus, ad locum, unde detulerat, reportavit. Hinc præpoſitus ille Dominicanus ultra modum ſtupefactus, comitem ſuum intuebatur, quaſi idem ei eſſet illico præcepturus. At ille cognitâ re, nihil cunctandum ratus, quamprimum in hæc verba prorupit: Pater reverende, apage te, ne me jubeas tentare Deum; afferam, ſi voles, ignem, prout ſoleo, teſtula, non manibus. At illi admirabundi ob tantum miraculum, hinc taciti intra ſe ſtupebant: hinc repentino comitis reſponſo delectati, ſe mutuo inſpicientes ſubriſerunt, &c. Hucusque Scardionius. Lib. II. claſſ. 6.

Non inficior autem, ignem miraculosè nonnullos lædere non potuiſſe, cum præſertim lis fuit de certitudine articulorum fidei, vel veræ reli-

gionis, ſicut ſocii Danielis incolumes ab ignis violentia ab Angelo Dei, ad tutelam ipſorum conſpicuo, præſente Rege Nebucadnezare ſervati ſunt. Lib.15.c.23. Et narratur hiſtoria à Cedreno & Nicephoro, tempore Anaſtaſii duos Epiſcopos, unum orthodoxum, alterum Arrianum principio verbis diſputaſſe de fidei dogmate controverſo; deinde orthodoxum conditionem concertatori propoſuiſſe, ut vanis diſceptationibus prætermiſſis, rogum ignis ſecum ingrederetur, & fidei ſuæ veritatem uterque hoc indicio Deo comprobaret teſte; Arrianum vero detrectaſſe hoc certamen; orthodoxum nihil moratum ingreſſum, ex ipſo rogo multis diſſeruiſſe, & nec minimum uſtulatum egreſſum fuiſſe. Savanarola autem alias habuit rationes, ne provocatus à Franciſcano ignis judicium ſubiret, ſicut ex Cominæo videre licet.

Cæterum negari non poteſt, arte, veluti antidoto quodam candenti ferro aliisque metallis vim lædendi membra nuda, licet nonnunquam præſtigia adhibeantur, cohiberi, ſicut impoſtores & circulatores facere ſolent. De his facetam hiſtoriam de Turcico monacho & peregrinatore recenſet Epiſt. 4. inſignis ille Legatus Cæſareus ad Turcos Augerius Busbequius. Deſcendit is, inquit, in aream domus, pauloque poſt reverſit ſublato vaſti ponderis ſaxo, quo ſibi in nudatum pectus aliquot ictus inflixit, quibus hoc pene percelli potuiſſet. Hinc manum injecit ferro, quod in foculo ad eum uſum accenſo candens factum erat. Id ori inſertum, omnem in partem aliquandiu verſat non ſine ſalivæ ſtridore. Erat ferrum illud oblongum, ſed altero capite craſſius, & quadrangulum, quod ore recepit, vi ignis ſic fervefactum, ut à candente carbone nihil differret. Quo facto ferramentum in ignem recondit, meque ſalutato, & accepto munere, diſcedit. Admirabantur qui circumſtabant mei domeſtici, præter unum, qui ſe plus reliquis intelligere arbitrabatur. Et quid vos, inquit, fatui, iſta miramini? An fieri revera creditis? præſtigiæ ſunt iſtæ, & mera oculorum ludibria, ac ſimul ferrum, qua parte è foculo extabat, arripit, probaturus, ſine noxa contrectari. Sed non citius manu comprehenderat, quam rejecit: vola & digitis ſic aduſtis, ut pluribus diebus perſanari ægre potuerit: quem caſum magnus ſociorum riſus conſecutus eſt, rogantium, jamne illud calere, an nondum etiam crederet; invitantiumque ut denuo contingeret. Idem Turca, pergit Busbequius, commemorabat ſuum cœnobiarcham vitæ ſanctimonia & miraculis clarum, conſueviſſe in lacum, qui eſſet cœnobio propinquus, extendere pallium, in eoque ſedentem, qua viſum eſſet ſuaviter circumvectari. Eundem excoriato exenteratoque verveci nudum alligari ſolitum, ut priores pedes brachiis, poſteriores cruribus ejus aptarentur, ita conjectum in ferventem furnum, manere, donec illa ſus ipſe ſe promi juberet.

Digitized by Google

beret. Non credo, inquies, nec ego; audita modo refero: ſed de ferramento candente, quod vidi, teſtor. Nec tamen ea res tantam habet admirationem. Haud dubie dum in area ſaxum quærere ſimulabat, aliquo medicamento ſibi os adverſus ignis violentiam præmunierat, qualia reperiri non ignoras. Nam memini, me in foro Veneto videre circulatorem plumbum igne liquefactum contrectare, eoque ſine offenſa tanquam manus lavare, &c. Rationem naturalem addit Lemnius talem: Si ſucco malvæ aut mercurialis manus oblinas, inoffenſe citraque læſionem plumbum liquefactum tractare poteris, modo celeri motu id perficias. Cæterum forte iſta narratio & celebratio miraculorum cœnobiarchæ Turcici orta eſt ex eo, quod Cuſpinianus ita refert: Turcorum religioſos quondam de proditione ſuſpectos, Amiratem omnes comburi juſſiſſe. Cum autem ſenior ex illis pro excuſatione multa dixiſſet fruſtra, primus ardentem introivit furnum intrepidus, illæſusque manens incendium reſtinxit, ac miraculo illo Regis iram mitigavit, ut ſe ſuosque à mortis redimeret periculo. Omnes illius poſteri hunc tanquam ſanctum venerantur, ejusque ſoleas, quæ in furno cum ipſo intactæ manſerunt, pro teſtimonio veritatis hodie oſtendunt.

De mirac. nat. lib. 2. c. 34.

CAPUT XIX.

De ſingulari certamine vel duello.

DE duello, quod à Græcis μονομαχία dicitur, multi tam veteres, quam recentiores Jureconſulti prolixè ſcripſerunt. Fuit autem id olim tam inter Ethnicos, quam inter Chriſtianos, & adeo inter omnes gentes, ſicut eſt hodie adhuc Chriſtianis cum Turcis in finibus Hungariæ & Dalmatiæ, ad oſtentationem fortitudinis uſitatiſſimum. In quo exercitio non ita pridem felix, & quidem novies, pugnans gladio Dalmatico, (quem duabus manibus, ore mordicus tenens frenum equi, regebat,) victor, contra provocãtes Turcos fuit, Georgius Thurius Pannonius, præfectus militum Cæſareanorum in Hungaria ſuperiori, atque terror Turcorum, ob eximiam fortitudinem, & immanes vires, appellatus fuit, donec in velitatione quadam, Anno 1571. pulſis aliquot hoſtium turmis, in inſidias illorum, ſibi doloſè comparatas, incideret, quorum multitudine oppreſſus, multis vulneribus acceptis & datis, fortiſſimè pugnando occumberet. Dignus perpetuâ laude & memoria heros magnanimus & præſtans.

Habitum autem olim fuit duellum loco probationis rei occultæ, & ex illo genere probationum, ſicut proxima meditatione de ferro candenti, aquave calida diximus, ut liquere poſſit, aliquem habere jus, aut eſſe inſontem. Uſque adeo autem hoc probationis genus violentum paſſim inolevit, ut teſte Saxone hiſtorico, Fronto Rex Daniæ legem tulerit, ut omnes controverſiæ, qualeſcunque eæ eſſent, duello definirentur. Hoc adhuc in Moſcovia uſitatum eſſe, refert Bodinus, ubi quoque multa memorabilia de duello recenſet. *De Rep. l. 4. cap. ult.* Cæterum cum prudentiores animadverterent, hæc ſingularia certamina eſſe ad eruendam veritatem fallacia & incerta, & non raro juſtiorem partem ſuccubuiſſe, vulgaris hæc probatio, tanquam vulgarium hominum inventum, & quæ non habeat vim, & à jure ac legibus interdicta fuit, tam per recentiores, quam priſcos canones, ut in decretalibus de purgat: vulgari, & ibidem de cleric. duello certantibus, & 2. quæſt. 5. cap. conſuluiſtis, & capit. monomachia. Ideoque in cap. ſignificantibus de purgat. vulgari deſcribitur talis caſus: Duos, quorum unus alterum accuſabat furti, inter ſe probationis cauſa pugnaſſe duello, & juſtiorem cecidiſſe. Nam furtum inventum fuiſſe apud alium. Non ſolum autem olim duellum in ſeriis uſitatum, ſed etiam ludicris frequentatum fuit: unde Gladiatorum nomen celebre apud Romanos erat, inter quos etiam Commodus Imperator potius verſari, quam in curia maluit. Sed pleriſque Chriſtianis Imperatoribus ejuſmodi cruenta ſpectacula non placuerunt. Sicut videmus in titul. Cod. de Gladiatoribus, ubi inſerta eſt Conſtantini lex, quæ ita dicit: In ocio civili, & pace domeſtica cruenta ſpectacula non placent. Ob hanc cauſam Juſtinianus in §. 1. authent. ut omnes pareant judicibus, dicit, fortitudinem citra juſtitiam non eſſe laudabilem. Appellat autem fortitudinem, quæ cum virtute conjuncta eſt. Sic Theodoſius Imperator populo in theatro petenti ab eo gladiatores, reſpondit, pium principem oportere non tantum regnare, ſed etiam ſpectare clementer. Unde Abb. Panormitanus in cap. felicis. de torneamentis dicit: omnes ludos, in quibus periclitatur hominis ſalus, aut animarum, omnino tollendos eſſe, quod pugnent cum verbo Dei. Etſi autem Fridericus Imperator in titulo de pace petenda, in uſibus feudorum, duellum inter legitimos modos probationum approbare videtur: Imò in lege antiqua Bajuvariorum peculiaris titulus eſt de campionibus & cauſis, quæ ad eos pertinent: tamen cum ea reſcripta, & leges ſecundum verbum Dei corrigi oporteat, eo paulatim in deſuetudinem abire cœperunt, earumque loco juſtiores probationes receptæ ſunt. Sed ut hiſtoricas noſtras meditationes proſequamur: Plutarchus in vita Alexandri recenſet ex ludicro duello, & certamine rixarum, Alexandrum Magnum, felix omen

omen victoriæ, contra Darium cum mille hominum millibus deſcendentem, ſumpſiſſe. Miniſtros, inquit, in duas partes ſe diviſiſſe, utrique ducem fuiſſe, quorum ii alterum Alexandrum, alterum Darium nominarint: incœpiſſe primum glebas contra ſeſe jaculari invicem, mox ad pugnos, inde accenſa contentione ad lapides quoque & fuſtes, à multis pertinaciter perventum. Hæc ut audivit Alexander, juſſit ipſos duces ſingulari prælio decernere, Alexandrumque ipſe, Darium Philotas armavit: duellum exercitus ſpectavit, in omen futuri eam rem trahens. Dimicatum eſt acriter, Alexanderque ille victor, duodecim pagos, & amictum Perſicum præmii loco accepit. Similes conjecturæ factæ ſunt à Narſete, ut Procopius refert. Et Cornelius Tacitus in libro de moribus Germanorum ſcribit, eos habere ejuſmodi obſervationem auſpiciorum, quæ gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, inquit, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum patriis quemque armis committunt, victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. Imo non raro Reges, vel duces ipſi ſingulari certamine, vel ante, vel in prælio conflixerunt, ut habemus multa exempla apud Homerum, de quo & Virgilius duellum Æneæ & Turni ſumpſiſſe creditur. Et innumera fere exempla reperiuntur apud hiſtoricos, præſertim apud Q. Curtium, inter quæ præ cæteris memorabile eſt duellum Erigii, ducis Alexandri, & Satibarzanis transfugæ, qui detractis galeis concurrerunt. Pyrrhum quoque aliquoties ſingulari certamine fortem & magnum animum ſuum demonſtraſſe legimus, inprimis vero vulneratus in prælio cum Mamertinis, hoſtem, magna corporis ſtatura, à quo fuerat provocatus, proſtravit. Generoſus enim Rex hanc provocationem tam ægre tulit, ut cruore adhuc reſperſus, dolore ſimul, & ira percitus, truci & terribili aſpectu, in aciem redierit, gigantemque repente adortus, adeo vehementi ictu ejus caput percuſſerit, ut usque ad infimas partes, ferro adacto fruſtra fiſſi corporis hinc inde ad terram deciderint. Simili felicitate Georgius Caſtriotus, à Turcis dictus Schanderbeg, ſingulari certamine, cum antea quoque in hoc genere pugnæ cum Perſis, Scythis, & aliis ſæpius victor extitiſſet, devicit Feribaſſam, à quo provocatus ferociter fuerat, ut Barlet. de ejus geſtis recenſet. Memorabile autem inprimis eſt ſingulare certamen, quod Pariſiis regnante Carolo VI. inter duos proceres ex familia Petri Alenconii Ducis, Jaquetum Griſum, & Johannem Carongium, accidit. Dimicandi cauſa, (ut à Roberto Gaguino Hiſtor. Franc. refertur) hæc fuit. Erat Johannes eques multa cognoſcendi avidus. Ob id incidit illi animus, aliquorſum peregrinandi. Relicta igitur Argentolii, uxore, ut conſtituerat, abiit. Jaquetus autem Griſus, vel quod mulierem, quæ formoſa erat, amabat, vel

Lib. 7.

Lib. 5.

Lib. 9.

Digitized by Google

quod Johanni nocuiſſe aliquando gauderet, diluculo ſurgens, Argentolium mirâ feſtinatione contendit, ubi liberaliter exceptus, dicit ſe, videndæ arcis cauſa adveniſſe, quam ſpecioſam eſſe acceperat. Johannis uxor, amicum viro ſuo hominem, reſerato oſtio, in arcem ſola intromittit. At Griſus, ſolitudine loci audacior factus, renitentem fœminam ſtupravit: ſtatimque libidine expleta abeunti Griſo, tu, inquit uxor, fœdiſſime adulter ſtupri pœnas aliquando lues. Flagitium autem in adventum mariti cælavit. Cui tandem reverſo, Jaqueti violentiam mœrens detexit. Qua re turbatus Johannes, aſſumptis ſecum aliquot ex ſuis & uxoris amicis, ad Ducem Alenconium, rem omnem defert, petitque aut adulterum corripi, aut in certamen deſcendere pugnæ ſortem experturus. Id ubi Dux non admittit, ad Regium Parlamentum querelam retulit. Diem certamini Senatus edicit. Carolus Rex ex edito ſolio, duellum ſpectavit. Venerat quoque Johannis uxor, curru vecta, ad quam vir accedens; Tu, inquit, mulier, unica teſtis ades, illati in te ſtupri, cujus gratia duellum hoc ipſe aſſumo. Dic palam: Si juſte adulterum aggredior. Mi vir, ait uxor, meæ in te fidei ſecurus accede: nihil tibi mentita ſum. Ad hæc verba, oſculo uxori dato, Carongius in duellum procedit. Qui equeſtri congreſſu mox in fœmore vulneratus, nec propterea ſegnior factus, in pedes deſiliens, adulterum humo proſternit, atque occidit. Carongium autem mille Francis, & annuo ducentorum Francorum ſtipendio Carolus donat. Hac ſorte interiit fœdus adulter. Hactenus Gaguinus. Hanc eandem hiſtoriam cum Froſſard. recenſuiſſet, *ſubjicit. Non hic cæca fortuna (quæ ſolet alioqui in ejusmodi rebus dominari) ſed æquitas potius & virtus exeruit ſuas vires: Nam qui conjugis ſuæ pudicitiam, vita ſua cariorem habuit, & in ea propugnanda capitis periculum non reformidavit, necato adverſario palam faciebat omnibus, eſſe vindicem Deum, qui ſcelerum impunitatem non ferat. Quod ſi alterum vincere contigiſſet, jam ex decreto Senatus illa quidem, propterea quod falſo credita fuiſſet accuſaſſe, flammis objecta: maritus autem eo, quo adverſarius ignominiæ genere, poſt mortem etiam affectus fuiſſet.* Dignum quoque relatu eſt duellum Galli, & Itali, quod à Ferrono de Geſt. Gallor. in vita Carol. VIII. Regis Galliarum refertur. Id tale habuit principium. Gallus cum eſſet parvulo corpore, Landæ nomine, quaſi nanus ab Italo Chriſtophoro Zerbulo Genuenſi vaſto corpore homine vocatus; At hic ait, nanus Herculi tuo clavam eſt extorſurus. Inſpectante Rege pompaq; inſigni parata, & præparatis longo ordine his rebus, quæ ad ſingulare certamen, neſcio vanius, an profuſius parari ſolent, tandem congreſſi, diu gladiis acriter rem gerere. Vix unquam alias tanto animo, & Galli, & Itali in certamen ſingulare ullos veniſſe fatebantur. Dum ſucceſſu aditur utrinque certamen, dum neutri cer-

Lib. 3. (margin, beside "Hactenus Gaguinus")

Lib. 1. (margin, beside "duellum Galli")

Digitized by Google

certum eſt cedere, dum Italorum præſentia Zerbulo, Gallorum Landæ creſcere vires videntur: tandem impacto per viſcera gladio jacuit Zerbulus: Jacentem ſe condonare Italorum nobilitati Landa profeſſus eſt: iſque in vicinum tentorium delatus curatus eſt. Zerbulo Rex victo trecentos nummos aureos, Landæ victori quingentos donavit. His adjungere viſum fuit ſingulare certamen, quod in diurna obſidione Florentina accidit, idque à Jovio ita deſcribitur. Nec multos poſt dies, inquit, ab inſigni, generòſoque certamine Florentinorum quatuor juvenum inexpectatæ celebritatis ſpectaculum eſt editum, cum Ludovicus Martellius inter cives nobilitate inſignis, ac corporis & animi vigore florentiſſimus, Johannem Bandinum, pari virium, ac ingenii robore præſtantem, quod in caſtris apud hoſtes eſſet, ex provocatorio libello hoſtem communis patriæ compellaſſet, proptereaque eum ad ſingulare certamen devocaſſet in arenam, ut ibi Marte judice uter ipſorum honeſtiorem cauſam tueretur, oſtenderet. Conditionem non abnuit Bandinus, dixitque ei, ſi Martellius ſibi aſſciſceret in eam dimicationem ſocium, ei ſe parem iiſdem inſtructum armis in ſtadium producturum, atque ita Martellius Dantem Caſtellionem præferocem ex tota juventute virum delegit, cui à Bandino oppoſitus eſt Albertinus Aldobrandus, vix dum pubeſcens immoderati ſpiritus juvenis. Aurantius juxta caſtra locum eis ſub publica fide funibus circumſeptum, triumque gentium præſidio vallatum, certantibus præbuit, cum pari numero à Germanis, Hiſpaniſq; & Italis delectæ cohortes, pugnantes ſimul & ſpectantes ab omni injuria defenderent. Arma fuere ſingulis, ſinguli militares gladii, neque aliud tegumentum, præter unam in dextris ex lorica ferrea Chirothecam. Dantes cui ſorte ducta par Aldobrandus obvenerat, quanquam circa brachii dextri nervos, primo congreſſu grave vulnus accepiſſet, hoſtem in ſe inſano procurſu ruentem, ea impavidi animi firmitate ſuſtinuit, ut ambabus manibus gladium prætendens in os incumbentis inſereret, cumque evomentem cum ſanguine animam extemplo conficeret. Contrario eventu pugnabat Bandinus. Nam alternante fortuna, Martellio ſupra oculum vulnus inflixerat, admirabilique judicio, & gladiatoriæ artis peritiâ, hoſtem eludens, adacto ſupra coſtas gladii mucrone, victum, & deditum fateri coegerat. Sed Martellium relatum intra urbem, uſque adeo gravis ex adverſa ſorte certaminis occupavit dolor, ut angore potius animi, quam vulnerum dolore, mortem acceſſiſſe crederetur. Id certamen ſicuti eximiam virilis conſtantiæ laudem Bandino peperit, ita Danti par ferè decus attuliſſe videbatur, quamquam ille detractis ſpoliis, planeq; integer, & omnis expers vulneris glorioſus, victoriæ ſuæ trophæum præferret, & ſpectatores præclarum totius belli omen acciperent, quod victis pariter atque victoribus non omnino lætum finem Hiſt. l. 18.

futu-

futurum arbitrarentur. Hæc Jovius. Experientia autem & exitus ſingularium certaminum declaravit, plerunque accidiſſe, ut provocans ſuccubuerit, & pœnas ſuæ audaciæ dederit, idque fere infinitis exemplis demonſtrari poſſet: inter quæ ex veteribus eſt ſingulare apud Q. Curtium de reb. geſt. Alexandr. Magn. ubi Dioxippus Athenienſis pugil nobilis, nudus, & oleo nitens, coronatusque, læva tantum puniceum amiculum, dextra validum nodoſumque ſtipitem præferens, provocatorem, Horratam Macedonem, juſtis armis inſtructum, æreo videlicet clypeo, haſtam, quam ſariſſam vocant, læva, dextra lanceam tenentem, gladioque cinctum, cum in congreſſu exiguâ declinatione corporis lanceæ jactum vitaſſet, haſtamque antequam in dextram transferret, ſtipite mediam fregiſſet, mox gladiatoriâ agilitate occupatum complexu, pedibusque repente ſubductis, in terrâm arietaſſet, ereptoque gladio ſtipite interfeciſſet, ni prohibitus fuiſſet à Rege. Sed ne hoc caput, ob prolixitatem, in tædioſam molem, nimis accreſcat, memorabiles & non vulgares hiſtorias de duellis in ſequenti recenſebo, &c.

Lib. 9.

CAPUT XX.

De duello vel ſingulari certamine memorabili duorum generoſorum virorum, Germani, & Itali.

IN hiſtoria Veneta Bembi, Juſtiniani, & aliis recenſetur, egregium & generoſum certamen, vel monomachia, inter Comitem Johannem Sonnebergium, ex proſapia Druchſeſſiorum Waldburgenſium nobiliſſima, ortum, & Antonium Mariam Italum, in bello illo quod Sigiſmundus Archidux Auſtriæ cum Venetis, regnante Auguſtino Barbarigo Duce Veneto geſſit. Quæ ſane diverſè à diverſis recenſetur, prout quisque erga alterutram partem favore, vel odio affectus fuit. Res autem inter duos illos duello certantes, ſicut in Genealogia vernaculâ linguâ generoſæ proſapiæ Druchſeſſianæ Waldburgicæ ſtirpis, relata eſt, recenſebo. Anno poſt natum Chriſtum CIↃ. CCCC. LXVIII. cum Sigiſmundus Auſtriacus, numeroſo exercitu, & auxiliariis copiis Electorum, & Principum Imperii, Venetis bellum inferret, & Roveretum ad Atheſim obſideret: E contrario Venetorum exercitus in ſubſidium oppidi veniret, accidit, dum uterque exercitus non procul inter ſe caſtra haberent, ut Antonius Maria Ruperti Mariæ Sanſeverinatis copiarum Venetorum Ducis filius Italus,

voce

voce militari provocaret Germanos, ſi unus ex illis, duello ſecum fortitudinis ergo, utra gens bello præſtantior eſſet, dimicare vellet? Accepit hanc conditionem Johannes Comes Sonnebergius ſicut paulo ante indicavimus ex Gente Dapiferorum Walburgenſium; Conventum itaque eſt, ut victor mille florenos, & equum, atque arma victi, trophæi loco lucraretur. Locus autem certaminis in Ripa Atheſis, intra duo caſtra medius deſtinatus eſt, additis campi cuſtodibus, quos Griſwerthel vocant, unicuique parti quatuor, viris militaribus, additâ pœnâ ſuſpendii, ſi quis alius præter octo illos, vel verbo, nutu, aliove ſigno, indicium daret. Huc acceſſit pactum uter ex pugnantibus, nomen S. Catharinæ exclamaret, ut is pro victo haberetur, & tunc demum cuſtodes illi deſtinati poteſtatem haberent, ſuccumbenti ſubveniendi, atque pecuniam, equum, atque arma Victori tradere tenerentur. Equites igitur armati ambo introgreſſi carceres & ſepta ad pugnam parata, mox haſtis infeſtis concurrerunt. Aberravit Sonnebergius; Anton. Maria vero in pectore ejus cuſpidem haſtæ, abſque alia læſione fregit, cujus equus infrenis, concitato curſu carceribus impegit, & cum eo hoc impetu extra eos corruit; qui tamen hoc caſu imperterritus, mox aſſurgens; licet ex equite pedes intro rurſus ſe recepit, cui Sonnebergius ſtricto gladio in equo occurrit, & econtra Mariam obvium cum ſuo gladio habuit. Dum igitur impari pugna eques cum pedite, paribus tamen armis fortiter pugnant, & Sonnebergii equus ſeſe attolleret, & retrocedens congreſſum veluti ſubterfugeret, ſingulari agilitate ex arte gladiatoria, Maria Sonnebergio gladium eripuit. Is erat ex ejus genere, quibus expunctim utimur, Triecker / vel vulgo Bratſpieß vocantur; præter opinionem Sonnebergio hoc accidit, qui ſe tamen ideo non deſeruit, ſed converſo equo, de illo deſiliit. Interea Maria, tam ſuum, quam hoſtis gladium in terram defigit, experiri volens utrius lamina firmior, & aptior ad inferendos ictus eſſet; mox abjecto ſuo, hoſtis ſui retinuit, eoque fretus fortior in illum irruit. Cui non ceſſit Sonnebergius, ſed clavâ, & pugione ſe defendit. Cum vero illam abjiceret, Germanicus exercitus, metu hoc fieri timens, admodum exhorruit. At Sonnebergius aliquot ictibus hoſtilis gladii pugione excuſſis, utque à gladio minus periculi eſſet, propius ad illum accedens, luctari cum ſuo adverſario cœpit, qui abjecto gladio, cum amplexum magna vi proſternere conatur. Sed viriliter à comite reſiſtitur, donec ambi laſſi luctando ſimul corruunt, ita ut Maria collum ejus dextro ſuo brachio teneret, ille vero jacentem ſiniſtro fœmore ſub ſe premeret. Reſumptis deinde ex lucta pauliſper viribus, Sonnebergius ſiniſtra manu diſſimulanter explorans, an luctator ſuus circa nates aliquo modo extantes lorica armatus eſſet, quam detegere poſſet: Id ſentiens,

Fugione à tergo ex dextra in ſiniſtram translato,ſublatâ loricâ hoſtis ſui, eum inguinibus vulnerare cœpit,qui ab illa parte corporis nudus,ſentiens ictus ingeminari,abſque mora Catharinæ nomen proclamavit,quod ut diximus, erat ſignum deditionis. Audito hoc,ejus cuſtodes quatuor accurrunt,& Mariam proſtratum,&vulneratum erigunt,atq;ſubtrahunt ex pugna,ne occideretur. Hic fuit monomachiæ finis, ex qua Germanicæ nationis laus & honor admodum aucta,& hoſtibus formidabilior facta fuit. Hucuſque Genealogia manu ſcripta Walburgica. Cæterum exitus hujus duelli confirmat id, quod in præcedenti capite diximus, plerunque in duello provocantem victum eſſe. Arma autem hujus victi Itali,hactenus cuſtodita fuiſſe in armario Walburgenſi, tanquam peculiare trophæum, donec ante pauculos annos Duci Bavariæ petenti data ſunt, mihi retulit Generoſus comes Joachimus Ortenburgicus nuper defunctus.

Caput XXI.

De duello duorum Hiſpanorum.

ETsi præter morem, &rationes meas diutius, quam forte par fuit in una materia duo capita conſumpſi,ideoquehæc prolixa continuatio [illegible] lis ſaturis,inter legendum afforre tædium poſſet: tamen non potui cupiditatem meam cohibere, quin ſequentem admodum memorabilem monomachiam,duorum Hiſpanorum nobilium,ex levi cauſa, nempe aleæ luſu primo ortam,&poſt privatum conflictum,reconciliatione veluti ſublatam,ſed deinceps irreconciliabilibus odiis,ex rumore quodam ſparſo,denuo reſuſcitatam atque tandem poſt acrem congreſſum, auctoritate Cæſaris interruptam recenſerem. Duellum autem hoc à nobili Belga, oculato teſte, ita deſcriptum eſt,ut ſingulare & jucundum artificium in ejus enarratione appareat, & tale quoddam, ſicut Livio attribuitur,qui prælia, & pugnas inter Romanos, & Carthaginenſes,præſertim pugnam ad lacum Thraſymenum, in ſua hiſtoria tam artificioſè,atque cum omnibus circumſtantiis deſcribit, ut pictor celebris ibi nihil aliud deſiderare poſſet, quam imagines & loca deſignare, atque coloribus illuſtrare. Quod ipſemet cum ſodalibus, diſcedens Peruſia, hac iter faciens,in convalle,prope pagum Oſſaium,qui ab oſſibus occiſorum militum in hac pugna ibi inventis, nomen ſortitum eſt, magna cum voluptate, ob deſcriptionem Livianam,tam exactam, & artificioſam, obſervavi. Nam quidni etiam de Oratoria ac Hiſtoria verum ſit, quod Horatius canit de arte Poe-

Poetica: Ut pictura Poeſis erit? Et ob hanc rem heroes ille noſtri ſeculi Lazarus Schuendius tam exquiſitè enarrare ſolitus fuit res geſtas, quibus interfuerat, præſertim Turcicas, ut veluti ex picta tabula eæ elucerent. Quod ipſe aliquoties, eo referente, præſertim in Comitis Spirenſibus Anno cIↄ. cccc c. LXX. inter prandendum, & diſtribuendum convivis eſculenta, velut aliud quippiam, nihil ſerium ageret, diligenter obſervavi, cum aſſidentes & reliqui Duces militum egregii, Comes Guntherus Schwarceburgicus, Hatſtadius, Staupizius, Schertelius, & alii ab ore narrantis, ut dicitur, veluti penderent. Ingenioſus autem Livianarum enarrationum Schuendius erat imitator in Latina, & vernacula lingua, ſicut hiſtoriam latinam ſui temporis ſcripſiſſe dicitur, quæ utinam aliquando lucem videret. Cum igitur Belga ille nobilis ſimili modo egregiam operam præſtiterit in recenſendo illo certamine duorum Hiſpanorum, mihi planè perſuadeo lectoribus ſuavem fore lectionem ejus, & quidem potiſſimum ob ceremonias, & requiſita varia, quæ eo tempore ſolennia, & uſitata fuere.

Deſcribitur autem tali modo, à Ponto Heutero Delfio, An. cIↄ. cccc c. XXII. ſecund. Calend. Januarii, duo viri Nobiles Valledoleti, præſente Cæſare, adminiſtranteque Caſtellæ Coneſtabili, in foro, armati, ſingulari pugna, parva de cauſa orta controverſia, certavere: cujus rei hiſtoriam ac ceremonias hoc ad verbum inſerere lubuit, ut eam vir nobilis Belga, eo tempore cum Cæſare in Hiſpaniam profectus, ac certamini præſens, linguâ Francicâ exactiſſimè deſcripſit, ut ejus rei conſuetudinem, quæ tum apud Caſtellanos vigebat, lector diſcat, ac non injucundâ digreſſione animum novæ rei gratâ narratione recreet. Nobiles adoleſcentes duo, vigeſimum quintum ætatis annum ſinguli nondum egreſſi, orti natique Cæſar auguſtæ (nunc Sarragoſſa) clariſque Hiſpaniæ familiis, majorum nuptiis inſerti, diu inter ſe animorum ſtudiorumque conjunctione amici, tandem controverſiâ ex aleæ luſu natâ, eo devenere, ut de vita, ſingulari certamine pugnaturi, horam locumque extra urbem, nemini conſcio, conſtituerent. Uni nomen erat Petrus Torellius, alteri Hieronymus Anca. Prodeunt ad conſtitutum locum, gladio tantum ac cappâ, (togæ Hiſpanicæ brevioris ſpecies eſt) ut erat conventum, inſtructi. Congrediuntur, ac poſt aliquot hincinde acceptos illatoſque punctim cæſimque ſine vulnere ictus, Torellio manu gladius excutitur. Quid faceret inermis, armatum adverſarium contra ſe inſurgentem, mortemque intentam, cernens? Concedit Ancæ hac lege victoriam, victum ſe faſſus, ne ulli mortalium, quæ geſta erant, aperiret, ſed res perpetuo ſilentio ſepulta maneret: malle enim ſe mori, quam cum ignominia vivere. Promittit perſanctè ſilentium Anca; repoſitiſque in vaginas gladiis, ſeque mutuò am-

In vita Caroli V. Cæſaris lib. 8.

 ple-

plexi, amici ad urbem domumque revertuntur. Poſt aliquot dies actæ rei hiſtoria in omnium verſatur ore, nil aliud in urbe garruli garrulæque narrabant. Accuſat Torellius Ancam violatæ fidei. Negat ſe authore in publicum emanaſſe, ſed proximi Pagi ſacrorum Miniſtrum (Paſtores ac Curatores vocant Chriſtiani) in propinquo deambulantem, paſcentia pecora ſua inſpicientem, pugnam ejuſque eventum conſpexiſſe, ac hominibus narraſſe. Examinatur ſacerdos ruralis. Non ſatis ſibi conſtat, ac plus quam decebat Ancæ ſe deditum addictumque demonſtrat. Rejicit hac de cauſa ejus teſtimonium Torellius, perſiſtitque in accuſando Anca, eique datæ fidei tranſgreſſionem viro nobili indignam exprobrat. Ille aliter rem ſe habere aſſerens, in eo obſtinatè perſtat; Quumque aliter veritatem probare non poſſent, ſingulari certaminis judicio rem committunt; oblatoque Cæſari ſupplici libello, petunt, pro Regni Arragonici ac Caſtellani more, utriuſque petitioni ſubſcribere, locum diemque certamini ſtatuere, dignetur. Cæſar eos ad Caſtellæ Coneſtabilem rejicit, quod ad eum hujusmodi rerum ſpectet judicium. Coneſtabilis omni ratione eos à pugna deterrere conatus, cum nil proficeret, neque ſecundum leges eis locum denegare poſſet, petitioni conſentit, diemque ſe ſiſtendi in foro Valledo letano vigeſimum nonum Decembris hujus anni ſtatuit. Præparatur in foro Valledo letano locus quinquaginta in longitudine, ac triginta ſex in latitudine paſſuum; perticis acuminatis duplici ordine in terram defixis, ac trabalibus tranſverſis munitionibus inter ſe conjunctis. Primæ interioris ordinis perticæ quinque pedibus terrâ extabant, exterioris ordinis ſex, eratque inter hos ordines intervallum octodecim pedum, in cujus medio (longitudinem areæ æſtimando) invicem ex oppoſito duæ erant è ligno erectæ ſcenæ. Si latitudinem areæ ſpectes, una ab ejus dextra, altera à ſiniſtra ejus parte poſita conſpiciebatur. In medio utriuſque ſcenæ ſublimis ſtabat ſedes, aureo inſtrata panno, ac umbellâ aureâ protecta; ſcenæ ſericis tapetibus ſuperbè erant tectæ. Una enim Cæſari, altera Coneſtabili erat parata. Ab altera areæ parte, minores ſcenæ modeſtius inſtructæ, paratæque propinquis ac affinibus eorum, qui erant congreſſuri, ſtabant. Ad latera minorum ſcenarum duo erant erecta tentoria, in quibus pugiles ſe erant armaturi. Areæ ſilices arenâ ac ſabulo contra lapſum erant tecti. Horâ diei undecima erat conſtituta. Primus omnium Cæſar adveniens ſuam aſcendit ſcenam, dataque eſt ei virgula deaurata; quâ in terram projectâ, pugna dirimebatur. Præcedebant advenientem Cæſarem viri Nobiles tum legati ejus Caſtrenſes. Latera cingebant corporis cuſtodes; pone ſequebantur tubicines ac tympaniſtæ. Paulo poſt venit & Coneſtabilis, vir ſexagenario major, ſed corpore animoque vegetus, oris vultuſque gra-

vitate

vitate dignitatem, quam ſuſtinebat, referens. Indutus erat togâ talari aurea, inſidebatque equo Hiſpanico, qui ſumptuoſiſſimè ex auro ſericoque erat inſtratus: ſimilique ratione exornati erant quadraginta viri nobiles, ejus equum pedibus præcedentes. Sequebantur amanuenſes ſex in equis, veſtiti holoſerico lutei coloris, equis ſerico panno (quod ſarinum vocant) cœrulei coloris inſtratis. Præferebatur ei, ut Regis legato, gladius vaginâ conditus ob Regis præſentiam. Sequebatur enſiferum armiger, veſte gentilitiâ ejus arma habente. Quum in aream Coneſtabilis veniſſet, ad Cæſaris ſcenam accedens, eum inclinato corpore honorans ſalutat, tum ſcenam ſuam conſcendit, ac in ſede conſidet. Pedeſtres equeſtreſque Cæſaris corporis cuſtodes aream circumdantes intra perticarum ordines ſtabant, neminique præterea hic aditus patebat. Tum prodit Torellius pugnæ provocator, comitatus Legato caſtrenſi, inſtructore (Parinum vocant) Ammirale Caſtellæ, Duce Vejare, Alburquerquii, ac multis aliis viris illuſtribus. Indutus erat veſte breviori, texta ex auro & ſerico, martiumque pellibus ſuffulta. Præferebatur illi bipennis ex eo genere, quas Franci Hachas vocant, gladius Hiſpanicus lateralis, quo punctim utuntur; tabula referens gentilitia ſigna ac veſtis militaris. Cum hac tabula ac aliquot aliis quæ certaminis leges breviter continebant, ad Cæſarem veniens, ſummo exhibito honore eum veneratur, idemque ad Coneſtabilem converſus faciens, tentorium ſuum ingreditur. Tum prodit in aream Anca, ad certamen à Torellio provocatus, ſimili modo veſtitus niſi quod veſtis fultura exarminiorum eſſet pellibus conſuta, comitatus, ut provocator, legato caſtrenſi, inſtructore, Marchione Brandenburgenſi, Comite Genevenſi Duce Najarano, Albano, Comite Bonaventano, Marchione Daguillare, multiſque aliis; præferebanturque ea illi omnia, quæ Torellio. Venerato Cæſare ac Coneſtabile, ad tentorium deinde ſuum properat. Appenſæ fuere utriuſque tabulæ, cum gentilitiis inſignibus, ac veſte militari, ante Coneſtabilis ſcenam. Dehinc Coneſtabilis utrumque ad ſe vocat, ac manum præſentis tenentes ſacerdotis, imponunt libro Evangeliorum, ac ligneo cruci affixi Chriſti ſimulachro, jurant ſe in pugnam deſcendere opinione defendendæ juſtæ cauſæ, neque ſe ullo uſuros fraudis, doli mali, præſtigiarum, nec veneficii genere, herbarum, nec lapidum poteſtate, ſed corporis ingeniique tantum viribus pro victoria, Dei, Divi Georgii, Divæ virginis Mariæ, ac inſtructorum ſuorum auxilio annixuros: Deinde inſtructores utriuſque pugilis arma in lignea arca ad Coneſtabilem deferunt. Inſpicit ille tam ea, quibus erant certaturi, quam quæ corpora erant tectura. Deinde in ſtateram collocata pondus exquirit. Non enim minus nonaginta pondo ſimul pendere debebant, ſuperare poterant. Quo facto,

Digitized by Google

arma in utriuſque tentoria reportantur. Tum ab utraque parte vir nobilis ad tentorium adverſæ partis mittitur, ut arma induentibus ſint præſentes dolumque prohibeant. Quod cum fit, Coneſtabilis è ſcena ſua in aream deſcendit, ac magna cum gravitate, quæ neceſſaria videbantur, ordinat ac præcipit. Deinde duodecim ſtipatus viris nobilibus, in uno è quatuor areæ angulis conſidet, totidemque viros nobiles in angulum ſibi oppoſitum mittit. Reliqui duo anguli à tribus viris nobilibus ſinguli cuſtodiebantur. Tum facto tubis ſilentio, Cæſaris legatus Caſtrenſis in ſingulis areæ angulis alta voce edicit, ne quis pugnæ tempore, ſub pœna vitæ, tumultum excitet, aut certantes verbo, voce, ſternutatione, ſibilo, nutu, manu, aut alio corporis motu ſignoque juvet aut terreat; animum addat, aut minuat; attonitum reddat, aut inflammet; arma ſumere aut ponere faciat, niſi ii, qui ad hoc ſint deſtinati. Exinde provocator Torellius ferro ex omni parte tectus, comitatus ſuo inſtructore in aream prodit, manu bipennem antiquam tenens, ſiniſtro lateri appendebat gladius. Rogat Coneſtabilis, quis eſſet, ac qua de cauſa armatus intraſſet; prodit nomen, cauſamque adventus. Coneſtabilis faciem ejus nudat, agnitumque admittit, reponit caſſidem, ac ire jubet in alterum areæ angulum, ubi à tribus viris nobilibus medius recipitur. Tum Coneſtabilis ad oppoſitum it angulum, ac inter duodecim nobiles conſidet; recipitque hic eâdem ratione iiſdemque ceremoniis provocatum Ancam, ac in altero angulo inter tres nobiles ſtare jubet, tum ſcenam iterum ſuam aſcendit, ac conſidet. Quum paulo poſt tuba iterum ſonuiſſet, pugiles cum inſtructoribus in genua procidunt; preceque ad Deum factâ, poſteaquam inſtructores eos eſſent amplexi, ac ad fortiter agendum animaſſent, vale dicto, ad tentoria redeunt. Tum tertio tuba dat ſignum, progrediturque Torellius provocator animosè, ac ut è greſſu apparebat, magno animi cum ardore. Contra prodit temperato gradu provocatus Anca. Cum invicem appropinquaſſent, tam ingenti ictu Torellius Ancæ caput ferit, ut eum paululum retro cedere cogeret. Sed ſtatim Anca, recepto animo, par refert. Quumque aliquandiu crebris ac ingentibus ictibus ſe invicem egregiè contuliſſent, ac jactatis brachiis verbera ingeminaſſent, bipennibuſque ruptis ad luctam ferè convolaſſent, Cæſar fortium juvenum corpora bello inutilia reddi ejuſmodi nugis, unique conceſſa victoria, alterum per omnem vitam inglorium cum ignominia vivere nolens, quum utrumque ſatis pro honore feciſſe judicaret, conjectâ in aream deauratâ virgulâ, pugnam dirimit; convolanteſque ſtatim triginta nobiles, areæ cuſtodes, invitos renitenteſque pugiles in eos, unde in pugnam deſcenderant, areæ angulos reducunt. Quumque de victoria ac honore inter eos orta eſſet controverſia, Cæſar eam ſuâ authoritate diremit, utrumque honori ſatisfeciſſe, neutro victore pronunciato, affirmans. Exinde Coneſtabilis in aream deſcen-

deſcendit, ac deauratam virgulam ſumma cum reverentia è terra collectam, capitis ſui tegumento impoſitam, procidens ante Cæſarem in genua, dextramque ejus exoſculans, virgulam quoque deoſculatam ei reddit. Jubet Cæſar, pugiles invicem conciliet, inque veterem amicitiam reducat, idemque eis ſuo nomine præcipiat. Ea enim de cauſa ſe pugnam diremiſſe, quod uterque fortiſſimè ac generoſiſſimè rem geſſiſſet. Habere ſe utrumque pro forti, honorato, ac nobili viro. Proinde cupere ſe, ac jubere, dimiſſa omni inimicitiâ, animique acerbitate, poſthac inter ſe amicè vivant, ac ab omni in cæterum pugna abſtineant. Poſſe enim eos, qui vires experiri, pugniſque honorem quærere volunt, id contra Mahumetiſtas, Chriſtiani nominis perpetuos hoſtes majori cum honore, ac certa animæ cum ſalute facere. Conatus eſt Coneſtabilis omni ratione Cæſaris mandatum exequi: ſed quum eos nullam admitttere rationem, nec Cæſari hac in re obedire velle videret, utrumque eodem momento arcâ exigi jubet, idque per eam, quâ intrarant portam, magnâ conſtitutâ pœnâ, ſi poſthac armis inter ſe congreſſi fuiſſent. Tentatum eſt poſtea non ſemel à viris magnis, in gratiam redirent, ſed fruſtrà. Quam ob pertinaciam iratus Cæſar, utrumque in vincula conjici jubet: manſereque, donec datis dextris invicem amplexi, inimicitiam ſe deponere teſtati eſſent. Sed ex animo id non proceſſiſſe, ſimultas ad alterius uſque mortem geſta probè docuit.

Caput XXII.

Diſciplinam militarem non ſolum ad vincendum hoſtem neceſſariam eſſe, ſed etiam ad ſecuritatem agrorum & agricolarum ſpectare.

Allegavimus antea legem ex C. Juſtiniani de ſecuritate agricolarum contra vim militum, & aliorum injuriam hominum, cui alteram quoque ejuſdem Imperatoris adjungere placuit; ita enim ſanciendo mandat: Nunquam lationibus vel colligendis frugibus inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria oneratrahantur, quum providentiæ ſit, opportuno tempore his neceſſitatibus ſatisfacere, &c. Quo circa ex his verbis Jobi: Si terra mea adverſum me clamet, & pariter ſulci ejus fleant; colligunt interpretes: ſi pauperes agricolas oppreſſerimus, qui terram colunt, ut illa nobis fructus, quibus veſcamur, proferat, violentiâque & rapinis erga ipſos uſi fuerimus, & ſubſtantiam illorum

C. ſ. prior. cent.

C. de agri. & conſit. lib. 11.

Cap. 31.

rum eripuerimus, non ſolum teſtes ipſi erunt, adverſus nos, ſed terra ab ipſis cultateſtimonium adverſus nos proferet: quia illic ſuum ſudorem, qui eſt tanquam ſanguis ipſorum, poſuerunt; ad diſciplinam autem militarem & ſecuritatem agricolarum, atq; annonam conſervandam, hanc cautionem ſancivit Henricus I. Imperator, Auceps dictus. Is enim, teſte Corbejenſe & Gemblacenſe hiſtoricis, in bello contra Slavos, ex militibus, qui in *villis* eſſent, nonum quemque in oppidis collocavit, cum reliqui agrum colendo victum quærerent; nonus vero tertiam omnium frugum partem conditam aſſervaret, ſuiſque ſociis intra muros horrea & domicilia exſtrueret, ſed vice cæterorum ipſe, quoties opus eſſet, militaret, & pro patria periculum ſuſciperet, aliis domi ſervantibus. Hujus inſtituti commoda hæc erant: primum, ut propter incurſiones perpetuas, agris ſpoliatis, non eſſet timenda penuria: deinde, ut in urbibus miles ne deficeret, quæ bellis jam pluribus exhauſtæ habitatoribus erant. Huc quoque ſpectat Lateranenſe Concilium, ubi ita ſtatuit Innocentius, ut presbyteri, monachi, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes & redeuntes, atque in agricultura exiſtentes, animalia, quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congruâ ſecuritate lætentur, &c. Hanc ob rem Coneſtagius ita Albanum Ducem Lyſibone mortuum, poſtquam ſuas virtutes & dotes recenſuiſſet, laudat: *Severarum legum militarium* (à quarum rigore ſalus exercituum & regnorum conſervatio dependet,) aſper erat, & inexorabilis executor. Hæc autem ſecuritas ſarta tecta, ut dicitur, præſtari non poteſt, niſi adſit conſtans & benè ordinata diſciplina militaris: ad quam reſpexit Alexander Severus, in ſua oratione ad milites, ubi apud Lampridium ita dicit: *Diſciplina majorum Rempublicam tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum, & Imperium amittemus, &c.* Quare Evagrius Græcus auctor rectiſſimè & veriſſimè ſcripſit, prudentia Ducum, & obedientia diſciplinaque militum, bona ingentia effici ſolent. Quod ſi unum ab altero deſtituatur, claudicare utrunque, & iſto præſtantiſſimo jugo diſſoluto, omnia everti atque conturbari. Qualis autem, & quam arcta & prudenter conſtituta militaris Romana vetus diſciplina fuerit, Flavius Joſephus, poſtquam arma tam peditum, quam equitum eorum exactè deſcripſiſſet, ita eam recenſet: Armorum quidem exercitatione comparant, ut non modo corpora, ſed animi quoque militum fortiores ſint. Major autem illis eſt ex timore diligentia. Nam leges apud eos non deſertionis ſolum, verum etiam minimæ negligentiæ ſunt capitales, duceſque magis, quam ipſe leges terribiles. Namque bonos honorando redimunt, ne in coercendis noxis videantur crudeles. Tanto autem obſequio parent Rectoribus, ut & in pace ornamento ſint, & in acie corpus unum totius conſpiciatur exercitus. Sic

C. 1. de treuga & pace.

Lib. 9.

De bello Iud. lib. 3. cap. 5.

Digitized by Google

Sic eorum copulati ſunt ordines; ita circumduci ſunt mobiles, & acutis auribus ad præcepta, oculisque ad ſigna, & ad opera manibus; Unde facere quidem ſemper ſtrenui ſunt; pati vero tardiſſimi. Nec eſt ubi præliantes, aut multitudinem hoſtium, aut conſilia ſenſere ducum, aut difficultatem regionum: Sed ne fortunæ quidem ſuccubuere. Nam & ea certiorem putant eſſe victoriam. Quorum igitur (pergit Joſephus) actus à conſiliis incipiunt, conſultaque adeo ſtrenuus exequitur exercitus, quid mirum ſi Euphrates ab Oriente, & Oceanus ab Occidente, itemque à meridiano tractu Africæ fertiliſſima regio, & à Septentrione Rhenus atque Danubius ſunt Imperij limites, quum minorem eſſe poſſidentibus poſſeſſionem rectè quis dixerit? &c. Doctiores ſanè in ſacris literis ſunt in ea opinione, hanc exactam & accuratam diſciplinam militarem Romanorum prædictam eſſe in Iſaiæ Prophetæ concione, hiſce verbis: Ecce feſtinus velociter veniet, (videlicet exercitus Romanus) non eſt deficiens, neque laborans, non dormitabit, neque dormiet, neque ſolvetur cingulum renum ejus, &c. Ob hanc cauſam rectè miles Romanus ita à Vegetio definitur, quo etiam leges Cæſareæ reſpiciunt; nempe eum eſſe, qui ſub Imperij Romani ſigna jurans in caſtris habitet; ad arma contra hoſtes expedienda ſemper paratum; duritiam pro Imperio perferre, & malum hoſtile manu militari à Rep. Roman. arcere adſuetum. Præterea ab Imperatoribus omne id, quod ad conſervandam militarem diſciplinam, ad ſecuritatem ſubditorum ſpectat, diligenter in multis legibus ſancitum eſt, ſicut reliquiæ extant in tit. C.36. cum multis alijs ſequentibus. Inprimis vero lex Impp. Honorij & Theodoſij AA. memorabilis eſt, ubi ita Johanni PP. reſcribunt: Solam ſane hoſpitalitatem ſub hac obſervatione concedimus, at nihil ab hoſpite quod vel hominum vel animalium paſcuis neceſſarium creditur, poſtuletur: omniumque ſit acceleratum iter, atque continuum, nec ulli liceat reſidere, ne diuturnitas commanentium, ulla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur, quisquis adminiſtrator, erogator, apparitorve ullus, militans ſcilicet, vel iter agens, ullo in loco aliquid ab hoſte poſtulaverit. In tantum enim inhiberi ſceleratum morem jubemus, ut ipſis quoque præbentibus impunitum eſſe non patiamur, ſi quid contra præceptum noſtrum prolati fuerint obtuliſſe. Hæc ſtricta diſciplina diligenter à D Ambroſio obſervata, & ad ſalutarem doctrinam translata eſt: Miles, inquit, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi, nec pro ſuo arbitrio viam carpit, nec voluptuaria captat compendia, ne recedat à ſignis: ſed itinerarium ab Imperatore accipit, & cuſtodit illud, præſcripto incedit ordine, cum armis ſuis ambulat, rectaque via conficit iter, ut inveniat commeatuum ſibi parata.

In fin. c. 5.

L. 1. paragr. miles de milit. teſtam.

L. 5. C de metatis & epidemeticis, l. 12.

Serm. 5. in Pſal. 118.

rata ſubſidia. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, manſionem paratam non invenit, quia Imperator his jubet hæc præparari omnia, qui ſequuntur, nec dextra, nec ſiniſtra à præſcripto itinere declinant: Meritoque non deficit, qui Imperatorem ſequitur ſuum. Moderate enim ambulat, quia Imperator non quod ſibi utile, ſed quod omnibus poſſibile, conſiderat. Ideo & ſtativas ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto die requieſcit: Eliguntur civitates, in quibus triduum, quatriduum, & plures interponuntur dies; ſi aquis abundant, ſi commerciis frequentantur. Et ita ſine labore conficitur iter, donec ad eam urbem perveniatur, quæ quaſi Regalis eligitur, in qua feſſis exercitibus requies miniſtretur. Hanc legem (pergit D. Ambroſius) eſſe præſcriptam Chriſto ducente, ſanctis commeantibus recognoſcas velim. Profecti ſunt enim & patros noſtri de terra Ægypti, per longa ſpacia terrarum, quorum ſtativæ omnes manſioneſque deſcriptæ ſunt, donec Cades, id eſt, ad ſanctorum terram perveniretur, &c. Non ſolum autem Romani, ſed etiam alij Reges & principes viri obſervarunt, quam neceſſaria res ſit diſciplina & obedientia militum: è contra quanta damna & oppreſſiones ſubditorum, atque pernicies rerum, ubi ea negligitur & corrupta eſt, ſequantur. Ideoque multæ leges & ordinationes, tam veteres, quam recentes, paſſim extant. Inprimis autem libellus Græcus & Latinus, de moribus & pœnis militaribus Juſtiniani Imp. juſſu editus eſt. Et extat ſanctio Imperii, in comitiis Spirenſibus facta, & anno CIↃ. CCCCC. LXX. publicata, de diſciplina militari equitum & peditum in Germania inſtituenda & conſervanda. Utinam ea, quæ tam prudenter & utiliter conſtituta ſunt, ſervarentur! Sed & hic licet exclamare cum Horatio:

Quid leges ſine moribus
Vana proficiunt?

Corrupta autem diſciplina inter milites, præſertim errones & tyrones, quam immenſa damna ſequantur, optimè intellexit, & perpendit Ferdinandus Hiſpaniæ & Arragoniæ Rex prudentiſſimus. Is enim longa experientia bellorum edoctus, dicere ſolitus fuit, ut Gomezius ſcribit: Delectus, qui ex ignotis & vagis hominibus haberentur, perniciem potius, quam utilitatem in Rempublicam inducere. Nam obſcuri illi, & immodeſti, atque impuri homines, peſſimisque exemplis famoſi, quocunque accederent, ex rapto vivere, vicos, & agros miſere vaſtare, infimam plebem & ruſticos homines affligere, milleque alia ſcelera patrare. Unde idem Rex Ferdinandus ſæpenumero expeditiones aliquas non alia de cauſa, parandas eſſe ajebat, quam ut furibus, ſicarijs, ganeonibus, & perditis hominibus juventus Hiſpana expurgaretur, quæ malorum conſortio inutilis & vitioſa paula-

De reb. geſtis Ximenii, l. 6 in 3. parte hiſt. Hiſp.

tim

tim reddebatur. Hoc conſilio jam olim in Athenienſium Republica Periclem clariſſimum Imperatorem uſum eſſe, ex hiſtorijs novimus, qui ſingulis annis claſſem ornare ſolitus erat, ut ignava, turbulenta, & ſeditioſa plebe civitatem ſuam levaret, ac velut ſentinam improborum exhauriret ex navi Reipublicæ. Non enim ignorarunt prudentiſſimi viri, bellum in ſe cum alia plurima, tum illud inprimis habere, quod & male animatis hominibus afferat peccandi facultatem, & plerumque principibus connivendi neceſſitatem. Idipſum elegantiſſimis verſibus expreſſit Hoſpitalius Cancellarius Galliæ. Ita enim incommoda belli depingit: *M. Anton. Muret. orat. 14. Lib. 1. Epiſt.*

Nemo unquam bello melior fit, ſive ſecunda,
Sive mala, infelix, commiſerit alite pugnam:
Bella docent homines peccare, metumque Deorum
Excutiunt: pœnas infernaq; tartara rident.
Hi quorum ſolis fiducia nititur armis:
Propoſita eſſe bonis in cœlo præmia rident, &c.

Illi ſane & profani homines, qui tantum in ferocia & armis ſpem & fiduciam ſuam ponunt, ignorant, unde victoria & proſperi progreſſus in bello veniant. Ideoque audiendus merito eſſet Hanani Propheta. Ita enim Aſam Regem Judæ, qui à Benhadad Rege Syriæ, contra Baaſam Regem Iſrael ædificantem Romam accitus erat, increpando alloquitur: Nonne Æthiopes, Libyes, multo plures erant quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos cum Domino crediſſes, tradidit in manu tua? OCULI ENIM DOMINI CONTEMPLANTUR UNIVERSAM TERRAM, ET PRÆBENT FORTITUDINEM HIS, QUI IN CORDE PERFECTO CREDUNT IN EUM, &c. *2. Paralip. cap. 16.*

CAPUT XXIII.

De Chriſtianorum & Turcarum diſciplina militari.

DE re militari & diſciplina, multi ſcripſerunt, & monuerunt, viri in bellis periti & prudentes, quum animadverterent, hoc unicum deeſſe Chriſtianis auxilium contra hoſtes, præſertim Turcas, quibus, politicorum more loquendo, tam præclaras victorias, tam longe lateque, in Europa imperium, non ipſorum multitudini & fere innumerabilibus copijs adſcribunt, ſed multo magis obedientiæ, conſtantiæ in cœptis, perſeverantiæ in prælijs, & obſidionibus, frugalitati, concordiæ denique. Quæ omnia ex diſciplina arcta, cui à teneris annis aſſveſiunt, proficiſcuntur. De hac re audivi

audivi ſæpius in comitiis Imperii Spirenſibus, Anno cIↃ.ccccc. lxx.egregium illum heroem Lazarum Svendium conquerentem,& diſſerentem,quo pacto huic malo remedium afferri poſſet. In hoc conventu,ipſo potiſſimum auctore, conſtitutio illa ſalutaris, cujus ſupra mentionem fecimus,de diſciplina militari inſtituenda conſervandaque, ordinata & publicata eſt. Extant & alia ipſius conſilia hac de re edita, præſertim quomodo, adjuvante Deo, contra ingruentem hoſtem potentiſſimum, Turcicum videlicet tyrannum, feliciter bellum geri, & ejus irruptionibus reſiſti poſſet. Memini autem non ſemel ipſum audire, magnâ eloquentiâ & gravitate, præſentibus militaribus viris,diſſerentem & edocētem,quibus viribus & artibus reliquiæ Hungariæ, & Croatici Regni, aliaque confinia, erga hunc hoſtem vigilantiſſimum defendi,illeque cohiberi poſſet, ne ulterius verſus Germaniam procederet.Ipſius autem opinio erat, fieri hoc poſſe potius defendendo,quam bellum inferendo, & recuperandi ſpe, amiſſas munitiones: hac videlicet ratione, ut munitiones in confiniis, militibus, armis, annona,& reliquis rebus,ad reſiſtendum & repellendum vim hoſtilem, neceſſariis non ſolum inſtructæ eſſent,ſed etiam ſpem in ſubſidiis,quibus,durante longiori obſidione, liberari poſſent, haberent, Ajebat enim, nullam arcem, urbem aliumve locum tam munitum eſſe, qui potentioribus hoſtibus diu reſiſtere poſſet, ſi præſidiarii omni ſpe ſubſidii deſtituerentur. Etenim fieri non poſſe, quin animo deficerent, & timidiores ad reſiſtendum efficerentur. Sed hæc & alia copioſius docent hujus herois militares libelli editi, qui nunc *paſſim in* manibus hominum verſantur. Et alij quoque de hac re prolixè *ſcripſerunt*, inter quos primas,meo judicio, tenet Augerius Busbequius. Cæterum bella illa diuturna cum Turcis, quæ poſt mortem Svendii ſecuta, & hactenus continuata ſunt, docuerunt Germanos, ſi conjunctis animis & viribus conſtantes ſunt, huic tam potenti hoſti in præliis, & oppugnandis expugnandisque munitionibus, nec non in ſtratagematibus atque omni re militari, non modo pares,ſed etiam ſuperiores eſſe poſſe. Quare eis non tam defenſivum, quam offenſivum bellum contra Turcos feliciter gerere licere, ſicut poſt alios,multis rationibus docet Achilles Tarduecius,in peculiari capite,bellum offenſivum gerendum eſſe.

De re milit. contra Turc. inſtituenda.

In lib. Turc. vincibilis

Sed ut cœptam materiam proſequamur, inter alios viros militares neglectum diſciplinæ militaris deploravit Georgius Fronsbergius, patrum noſtrorum memoria, dux militum veteranus; & fortiſſimus atque feliciſſimus, qui Maximiliano I. & Carolo V. Cæſaribus, ſæpenumero utilem operam contra eorum hoſtes præſtitit; is dicere ſolitus fuit: Tria militem abſterrere à militia; Vaſtationem & depopulationem hominum innocentiſſimorum, à quibus nunquam aliquis fuit læſus: Deinde vitam diſſolu-

tam

tam, & impiam militum: poſtremo ingratitudinem, quod benemeriti plerunque negligantur. Compoſuit autem ipſe cantilenam Germanicam elegantem, in qua queritur, quid ſibi ipſi, ob diuturna merita, & ſervitia contigerit. Idipſum quoque neglectus videlicet diſciplinæ militaris, movit Franciſcum Guicciardinum, ut queratur factum eſſe magna ſui ævi militiæ jactura, ut milites nullum inter amicos & hoſtes diſcrimen ponant; & ſic non minus populos provinciasque vaſtent, ij, qui ut eas defendant, quam qui ut offendant, ſtipendia accipiunt. Hoc vitium & defectum noſtratium, non ignorant infenſiſſimi & ſagaciſſimi hoſtes Turcæ, ideoque ſcommata eorum non obſcura ſunt, ſicut ante ex Aventino, quid Rhodii hac de re ad Fridericum III. Cæſarem ſcripſerint, & ex Folieta, de Aſſano Baſſa Turcico retulimus. Huc accedit diſcordia quoque Chriſtianorum principum, quæ Turcis adeo grata eſt, ut eam omnibus artibus & conatibus foveant, & neque pecuniæ, neque laboribus parcant, ne illorum conſilia & arma conjungantur. Omnium enim prudentiorum conſtans ſententia eſt, ſi ſolummodo Germania (ut de reliquis Chriſtianis Regibus & Principibus taceam) concors, & unita eſſet, favente Deo, ei ſufficere milites, opes, inſtrumenta bellica, annonam, & alias res neceſſarias ad Turcicam potentiam reprimendam, & eos ex Europa deturbandos. Sed hoc potius optandum, quam ſperandum eſt, multis obſtaculis, tam ſalutiferum opus, impedientibus. Turcis hanc diſſenſionem notiſſimam & jucundiſſimam eſſe ex oratione Beſſarionis Niceni abunde patet. Referam, inquit, (quamvis nota ſit vulgo) fabellam, qua nuper uſus dicitur Mahometes, quum ex ſuis quidam diſſuadere ei bellum, adverſus Chriſtianos, conaretur. Nam quum illi formidandum eſſe diceret, ne Chriſtiani bello irritati, tandem in unum convenirent, bellumque adverſus eum communi conſilio, & ope gererent; At ridens, meminiſſe, Tyrannus reſpondit illius fabulæ convenit; Quum lupi aliquando magnam canum multitudinem adventare adverſus ſe forte intellexiſſent, ingensque propterea terror eos occupaſſet, unus ex ijs, qui inter eos ſenior erat, in propinquum montem profectus, cacumen ejus, ut canum ſpecularetur adventum, conſcendit. Verum quum eos multos quidem, ſed diverſorum colorum eſſe, cōſpexiſſet, lætus geſtiensque ad ſuos reverſus: Bono, inquit, eſtote animo. Tanta enim eſt in hoſtibus noſtris colorum, morum, ſtudiorumque diverſitas, ut conſentire una, ac conſpirare in aliquem ſimul omnes non poſſint: ſingulos vero, ſi venerint, abſorbere ſine difficultate poterimus. Eaſdem cogitationes habuit Imbraimus, interpres Turcici Imper. qui cum Busbequio Francofurti in electione Maximiliani II. Cæſaris, legatus adfuit. Quum enim illi tres Principes præcipui, Saxo, Bavarus, & Juliacenſis, anteceden-

C. 1. prior. Cent.

De periculis à Turca Mahomete imminentibus.

Digitized by Google

tes in equis Ferdinandum & Maximilianum Cæſares, demonſtrarentur, & admoneretur, unumquemque ex illis propriis opibus, & viribus, eſſe tam potẽtem, ut juſtum exercitum contra Turcas colligere, & ducere poſſet, aliosque plures eſſe ſimiles illis in Germania, quid exiſtimaret fore, ſi conjunctis viribus Imperatorem Turcicum aggrederentur? Subriſiſſe illum ferunt, & dixiſſe, ſe facile ex numero eorum, quos præſentes videret, colligere poſſe, & abſentium potentiam, adeoq; vires Germaniæ eſſe immenſas: ſed ſibi videri Germanorum animos, conſilia & actiones, ſimiles eſſe belluæ multorum capitum, & plurium caudarum, quæ agitata ſepem tranſire conaretur; Unde cũ capita diverſa, diverſa foramina tranſeundi quærerent, neceſſarium fore, ut ſimul & corpus, & caudæ immotæ manerent, & ne progrederentur ulterius, impedirentur: Imperatorem vero ſuum, ſe comparare belluæ unicipiti, quæ plures caudas haberet, ita ut ſi capite aditu patefacto, per unicum tranſitum penetraret, neceſſario & corpus & cauda una, abſq; omni impedimento cogerentur ſequi. Per hanc ſimilitudinem ſane non inſulſam nihil aliud innuere voluit, quam diſſenſionem animorum, & diſtractionem virium Chriſtianorum; è contra concordiam & potentiam unitam Turcarum. Idipſum Romanis victoriam contra Britannos parit; Ita enim Tacitus de Britannis ſcribit:

In vita Iulii Agricolæ. Olim Regibus parebant; nunc per principes factionis ſtudijs trahuntur; NEC ALIUD ADVERSUS VALIDISSIMAS GENTES PRO NOBIS UTILIUS, QUAM QUOD IN COMMUNE NON CONSULUNT. RARUS DUABUS TRIBUSQUE CIVITATIBUS AD PROPULSANDUM COMMUNE PERICULUM CONVENTUS: ITA DUM SINGULI PUGNANT, UNIVERSI VINCUNTUR. Cum quibus extremis verbis epiphonematicis plane congruit, quod de Græcis

Lib. 8. pronunciat Juſtinus hiſtoricus: Græciæ civitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Obſervavit eadem de Germanis

De reb. Turc. lib. 2. ante centum & plures annos, Laconicus Chalcondilas, Germanos inquit, ſi concordiæ ſtudioſi eſſent, & ſub uno degerent principe plane eſſe invictos, mortaliumque fortiſſimos. Sumptum eſt hoc, ut puto, ex Herodoto, qui de Thracibus eadem ſcribit, & addit; Sed quia id arduum illis eſt, & nulla ratio-

Lib. 5. ne contingere poteſt, imbecilles ſunt. Turcæ ſane ſemetipſos nominare conſueverunt Iſlamos, hoc eſt unanimes, & inter ſe pacificos, Deumque precari non ceſſant, ut inter ſe diſcordes perpetuo Gauros (ita enim Chriſtianos veluti gentiles aut paganos nominare ſolent) eſſe velit. Notat autem Leonclavius noſter, Oſmanos milites & aulicos moleſte ferre, cum eos quis

In Onomaſtico. Turcos (quod nomen eſt à paſcuis deductum, & ſignificat id quod Græcum νομάδες· ἀπὸ τῶν νομῶν) ceu ruſticos appellat. Ideoque in ipſorum Comœdijs ſemper introduci Turcum aut Turcman, veluti ruſticum, perinde ac in Italia Comœdiæ Zano ſuo non carent. Idem Leonclavius de Tur-

cis

cis ita dicit : Quam animoſe ſuas in ſpeciem inſtituunt, & ordiuntur expeditiones : tam levi momento territi, rebus ex animi voto non ſuccedentibus, honoris omni reſpectu poſtpoſito, ceu timidæ diffugiunt damæ; Quare nihil eos magis terret, quam concordia & conſtantia. Cæterum Turcas in ſervanda diſciplina militari (licet ea laxior eſſe cœperit, quam ſuperioribus annis fuit) reliquis nationibus excellere, non obſcurum imo notiſſimum, cum noſtro magno damno & malo eſt. Ita enim ex Renato Luſignano refert Hippolytus de Collibus vir præſtantiſſ. in ſuo Principe: Turcæ, inquit, hoc tempore in ſervando ordine diſciplinaq; militari, cunctas nationes antecellere dicuntur. Tanta enim ſeveritate & juſtitia eam exercent, ut veteres quoque Græcos Romanosque ſuperare putentur. Nulla unquam pugna inter eos exauditur. Nam vel minimum delictum capite vindicatur. Prompte obediunt imperantibus, ita ut nullum, quamvis manifeſtum vitæ diſcrimen ſubterfugiant : ſine tumultu & clamore in caſtris verſantur; & quamvis ſemper ibi maxima ſit frequentia, ſilentium perpetuum, & ſtupendum obſervant. Manus minima ſignificatione & nutibus reguntur, profunda tranant flumina; abruptos ſuperant montes, vigiliæ inediæque tolerantiſſimi, nec unam quidem mulierem in caſtris habent : in expeditione nemini infenſi : ideo agricolæ ad eorum aſpectum nequaquam pavent, tantum abeſt, ut operas, aut domos deſerant, quum nullum damnum, nullam vim reformident. Recenſuimus præterea antea ex Bartholomæo Georgevicio exemplum quam ſeverè quidam, contra diſciplinam militarem delinquens, punitus ſit; qui etiam illud paulo poſt addit : Si quis, inquit, furatur aut violenter rapit, ſuſpenditur: ut contingit Jenizaro cuidam, qui mulierculæ cujusdam, portantis in forum lac venale, ebiberat, non ſolvendo precium, quum accuſatus coram judice negaret factum, pedibus ſurſum ſuſpenſus, chordaq; per medium ligatus, lac ſtatim evomuit atque illico judicio ſtrangulatus. Hoc me præſente (pergit ille) in Damaſco contigit, cum ex Armenia Hieroſolymam proficiſcerer. Plura ſtudioſus lector reperiet de hac re apud Busbequium, ubi formam caſtrorum Turcicorum ; & diſciplinam militarem eorum eleganter deſcribit. Quemadmodum a. experientia, maximo cum damno Chriſticolarum teſtatur, hanc ſeveram diſciplinam apud Turcas, multis veluti fulcris & columnis hactenus ſtabilitam & corroboratam fuiſſe, quarum viginti duæ à Leonclavio noſtro recenſentur; ita ibi non minus viginti ſeptem cauſæ, & vitia enarrantur, quæ in florente quidem & hactenus vegeto, ſed paulatim ad ſuam progrediente metam, periodumque Turcici regni corpore, cum morbi invaleſcunt, ſi non interitum, ſaltem mutationem aliquam inſignem, ei portendentia, inter quæ etiam ſunt factiones, inter Veziros, & contemptus, odium, & execrationes Sultani Muratis, trepidi, ignavi,

In Pandect. Tur. c. 2 41.

Lib. 1. c. 5. cap. 16.

C. 2. prior. Cent.

De Turcar. morib.

Epiſt. 3.

In proœm. hiſtoriæ Muſulmanæ.

ignavi, expertis judicij, ſtupidi, & epileptici. De quo in ſequenti capite, ne prolixitas tædium afferat, plura, &c.

Caput XXIV.

De Genizaris, qui ſunt Turcis prætoriani milites.

ETSI diverſa ſunt apud Turcos genera militum, utpote Thimarci, Genizari, Aſſapij, & Accangi, tamen hoc capite potiſſimum de Genizaris, tanquam præcipuis, agendum puto. De reliquis Sabellicus plura tradit. De Genizarorum vero nomine, & ordine, primo inſtituto, hiſtorici variant. Quidam enim à Janua, quam Turci aulam dicunt, etymon ſumunt, & à Murate II. inſtitutam hanc militiam, & veluti cohortem prætoriam eſſe. Verum annales Turcici, opera Leonclavii noſtri editi, originem ipſorum rectius indicant, nempe à Murate I. profectam eſſe, cum Adrianopolim occupaſſet, quo tempore quinta pars prædæ etiam Turcicis Imperatoribus initium ſuum cœpit habere. Ita tunc mos, veluti ex mandato divino, inolevit, ut ex omni mancipiorum numero, liberalioris formæ pueri, pro Sultano delecti, retinerentur; quæ quidem in hunc modum exacta teneriotis ætatis mancipia, deinde ad Imperatoris portam deducta Murati offerebantur. Is vero pueros in Anatoliam tranſportatos, inter Turcos diſtribui jubebat, ut apud eos diſciplinæ pariter ac laboribus adſueſcerent, & Turcicè diſcerent. Exacti autem duobus apud illos, vel tribus annis, jam ad labores adſuefacti, linguæque Turcicæ periti, ad portam reducebantur, Genizarorum ordinibus aſſcribendi. Genizari verò, Sultani Turcorum ſclopetarij ſunt, & inde ab illis uſque temporibus nomen hoc Genizarorum adepti retinent. Hæc ſententia de origine eorum Leonclavio noſtro ita placuit, ut affirmet, nuſquam ſe repeririſſe Genizarorum originem verius deſcriptam, ideoque exiſtimat Janizerorum, vel Genizarorum, non à Porta, quæ Turcis Capi eſt, unde Capiſilarum nomen dici, ſed Genizaros dici Turcis veluti novos homines, ſeu milites novos, vel Latinâ voce tyrones. Huic opinioni adſtipulatur Sabellicus: Turcorum principum inquit mos eſt, ex omni captivorum numero, quintam ſibi partem vendicare: pueros fere à decimo anno, ad ſextumdecimum legũt: ſi captivi deſunt è provincijs Chriſtiano nomini ademptis, vel parentibus invitis per inquiſitores capiuntur. Eos à pio cultu averſos, Mahometanâ ſuperſtitione imbuunt, imbutos præſcriptoribus militari diſciplina inſtruendos tradunt; ubi vero adulti

Lib. 9. Æn. ad cap. 10.

In Pand. hiſtor. Turc. c. 35.

Decad. 3. l. 9

adulti ſunt, cum principe militant, eosque Janizaros vocant. Qui ingenio & indole præſtant; ad dignitatem promoventur: Ex his Subaſſas, Flambularios, provinciarum, urbium, & arcium præfectos, legunt; cætera turba partim ad oppidorum præſidia, partim ante januam principis excubant: illius latus, ſi quando domo egreditur, ferro ſtipant. Ex his lectiſſima illa & quaſi prætorianâ cohorte in bello utuntur Reges, &c. Hi milites prætoriani, ita deſcribuntur ab Augerio Busbequio: Budæ primum mihi viſi ſunt Gianizari (ſic Turcæ prætorianum peditem vocant) Eorum quum pleniſſimus eſt numerus, Rex Turcarum habet XII. millia: per omnes ferè ejus Imperii fines, vel præſidio, munitionibus, adverſus hoſtem, vel tutelæ Chriſtianis, Judæisque, adverſus injurias multitudinis, futuri, ſparguntur. Neque ullus eſt paulò frequentior pagus, municipium, oppidumve, in quo non ſint aliquot Gianizari, qui Chriſtianos & Judæos, reliquosque opis indigos, ab improborum petulantia, defendant. Budæ in arce perpetuum Gianizerorum præſidium eſt: Veſtitu utuntur, ad talos demiſſo, capitis tegumen habent ex penulæ manica (nam inde, ut ipſi memorant, duxit originem) cujus parti caput inſertum ſit, pars retrò propendens, cervicem verberet: à fronte ſurgit oblongus argenteus conus deauratus, gemmisque elaboratus, ſed vulgaribus. Perpulchrè ſane & exactè deſcribitur habitus à Busbequio Genizarorum, ex quibus vidi aliquot, ita ornatos, in legatione illa Turcica ad Ferdinandum & Maximilianum Cæſares, quum Francofurtum proficiſcerentur, de qua legatione paulò ante dixi. Seminaria autem Ganizarorum idem Busbequius ita eleganter & exactius quam alii deſcribit: Mittit quotannis Turcarum princeps, certos homines, in diverſas provincias, qui de pueris è Chriſtianis hominibus natis, tertium aut quartum quemque poſcant. Horum gregibus Conſtantinopolim perductis, qui liberaliore ſunt aſpectu, aut ingenii majorem indolem præ ſe ferunt, ipſius principis, aut Baſſarum, aut aliorum Satraparum domeſticis uſibus applicantur. Reliqui perducuntur in locum, in quem magna omnis generis hominum multitudo, præſertim ruſticanorum, confluxit. Hi de illis pueris, ab eo, qui illi negocio præeſt, quos viſum eſt depoſcunt. Ille accepto nummo aureo, puerum petenti tradit, item annis, ſignisque, quibus per omnem ætatem dignoſci poſſit, in publicas tabulas relatis. Sic illi liberum eſt, ruſticus ſit, ſive urbanus, puerum trans mare in Aſiam, ſeu quocunque terrarum velit, ubi domicilium habeat, abducere: ubi aſſiduè, labore atque opere, eum ut mancipium exercet. Puero cibaria præbentur, panis & aqua, & interdum loco obſonii, pultis aliquid, aut fructuum, aut herbarum; Veſtitus ſuppeditatur, quo ſe adverſus cœli injuriam tueri utcunque poſſit. Ad hæc diſciplina & religione Mahumetana inſtituitur.

In itinere Conſtantinop.

De re milit. contra Turc. inſtit.

Cent. II. N tur.

Digitized by Google

tur. Ita deliciarum neſcius, procul à propinquorum blanditiis, in virum robuſtum, & cuivis labori ferendo parem, adoleſcit. Hic cum eſt opus ab illo fiduciario hero, repoſcitur, & ad rem militarem deducitur: atque ex eo veluti ſeminario, diminutis Gianizerorum legionibus, ſupplementum ſubrogatur. Ad Gianizerorum numerum reſcriptus, primo meret menſtruo ſtipendio paulo plus minus, unius ducati, cum dimidio. Id enim multi novitio, & rudi ſatis eſſe cenſent. Sed tamen ne quid victus neceſſitati deſit, cum ea decuria, in cujus contubernium aſſumptus eſt, gratis cibum capit; ea conditione, ut in culina, reliquoque miniſterio, toti ei decuriæ ſerviat. Sed eum rurſus, qui eſt ejus decuriæ armorum peritiſſimus, præceptis militaribus erudit, quotidianâque exercitatione, arma ſcienter tractare docet. Et ea quæ ibi ſequuntur, ad quæ tanquam lectu digna lectorem remitto, ne videar in deſcribendis rebus ex aliis, prolixior præter decorum fuiſſe. Excuſatus autem ero, ſi nonnulla huc pertinentia, quæ paulò poſt idem Busbequius ſcribit, adſcripſero. Sæpenumero, inquit, ſum admiratus vim diſciplinæ, atque inſtitutionis Turcicæ, quum viderem homines, apud nos contemtos, & abjectos, paucis annis tantum profeciſſe apud iſtos, non modo ut gregarii militis nomen egregiè ſuſtinerent; verumetiam omnium Turcorum judicio, digni haberentur, quorum diſciplina alii militiæ rudimentis imbuerentur. Nam qui inter eos armorum opinione tantopere excellerent, neſcio quos Parthos, Bactrianos, aut Maſſagetas cogitatione mihi fingebam. Sed audiebam hunc eſſe Hungarum, illum Croatam, tertium Germanum. Mirabar equidem veruntamen hanc tantam præſtantiam, ex uſu armorum quæ apud nos tractaſſent, quod nobili loco nati, quod liberaliter inſtituti, quod militaſſent, proficiſci ſuſpicabar. Pergebam quærere, num ſcirent, quem illi apud nos locum tenuiſſent, quodque genus vitæ ſecuti fuiſſent. Illi cum aliquantiſper cogitaſſent, in memoriam venire ſibi ajebant, hunc ſolitum dicere, ſe neſcio cujus coqui fuiſſe puerum; alterum ſe vitæ monaſticæ initiatum: illum verò, cauponi promendo vino locaſſe operas, eosque belli, vel induciarum tempore interceptos, atque in reliqua præda, Conſtantinopolim perductos, in iſtius vel illius Baſſæ familiam perveniſſe, qui domi habuiſſent viros inſignes, magiſtros armorum, magno judicio ſcientiaque rei bellicæ præditos. Sed quibus brevi tempore tantum profeciſſent, &c. Quum igitur tantum illi, qui animo, & corpore præſtant, promoveantur, mirum non eſt, quod hujusmodi juventutem, imperii ſui fundamentum Genizaros non immeritò Turcarum princeps filios ſuos vocet. Verum enimverò, licet illi prætoriani milites, ab initio in acri diſciplina, & metu, veluti mancipia educentur, & contineantur, tamen non ita pridem, nonnulla enormia argumenta contumaciæ, & rebellionis ediderunt,

ita ut proprium Imperatorem, aliquoties ad inhoneſtas conditiones redegerint. Idipſum confirmat idem Busbequius, quum ex numero Gianizerorum, ſuos læſiſſent, & nonnullis aureis vexatio redempta eſſet, Ruſtanem Baſſam illi curaſſe nunciari, ut cauſam omnem contentionis, cum illis peſſimis hominibus præcideret, an ignoraret bellum eſſe, quo ipſi regnarent, ſic ut ne Sulimannus quidem, eorum potens eſſet, & ſibi ab eis male metueret? &c. Facile itaque fieri poterit, ſicut olim apud Romanos quoque accidit, ut facta rebellione, imperium Turcicum turbent, & ad alios, quos ipſi per factionem elegerint, transferant. Et hâc ratione id, quod ad cuſtodiam Regni inventum eſt, ad ruinam ejus tendat. Id ſane poſt alios, ante multos annos Claudius Seiſellius prædixit. Turcico nimirum Imperio, ruinam ex eo inſtituto imminere, quod Turcici Imperatores, tanquam firmiſſimum fulcrum imperii excogitarunt, & hactenus feliciter experti ſunt. Crudele eſt, inquit, inſtitutum militum, quos vulgo Janizaros appellant, & immane; atque futurum aliquando pernicioſum, atque exitiale Turcico Imperio. Janizari enim milites pertæſi tandem dominatum illum tyrannicum, & inhumanum, excitata rebellione, ſummam inter ſe Imperii partientur. Idque eo magis, quod nullas habent poſſeſſiones, & ſtipendiis tantum vitam tolerant. Idipſum quoque Leonclavius noſter obſervavit, ubi recenſet, quomodo Genizari, Ramandana Tripolitanum Baſſam, cæco perciti furore, nulla nec ipſius viri dignitatis, nec Sultani ſui ratione habitâ, qui huic cum provinciæ præfeciſſet, obtruncarint. Neque, inquit, Murates hactenus, hanc Baſſæ ſui cædem, pro auctoritate Imperii caſtigare potuit. Quod nemini mirum, videri debet: Quippe non amplius illa nunc apud Turcos obedientia, non diſciplina militaris eſt, quæ fuit olim apud ſeculum prius. Et addit aliud contumaciæ inſignis exemplum, quo pacto ante pluſculos annos, iidem Genizari Achmetem Baſſam, Beglerbegum Cypri, Famaguſtæ, cum ſuis trucidarint. Quod quum Sultanus Murates ægrè ferret, & alium Beglerbegum in occiſi locum, cum decem triremibus miſiſſet, ut ſub dolo rebelles Genizaros in ordinem redigeret, & puniret; Is quoque aſtu ab eis circumventus, & univerſi ejus milites, ipſis etiam triremibus in poteſtatem redactis, trucidati ſunt. Quare ita ibi ſuam narrationem concludit: Murates licet ægerrimè ferret, alterum hoc Genizarorum in Cypro facinus, quo graviſſime lædi ſuam, & prorſus imminui majeſtatem, videbat; tamen quod infeliciter hactenus geſti belli Perſici cauſa, condonandum his aliquid cenſeret, ne novas & inteſtinas præterea turbas excitaret: iris animi diſſimulatis, nihil amplius in eos tentavit. Cæterum de Janizaris, eorum nomine, moribus, ſtipendiis, & aliis rebus plura inveniet lector ſtudioſus hæc cognoſcendi, in libro Lazari Soranzi cap. 20. qui nu-

Epiſt. 3.

De republ. Gallica lib. 2.

In ſupplem. Annal. Turcicor.

Digitized by Google

per Italicè & Latinè in lucem prodiit, cui auctor titulum fecit, Ottomannus, &c.

Caput XXV.

De miſeria extrema dedititiorum Chriſtianorum, in captivitate Turcica, & Chienſium calamitoſiſſimo ſtatu.

De miſeriâ captivorum & mancipiorum, quæ in bello, vel excurſionibus, in Turcos hoſtes crudeliſſimos incidunt, nunc ſermonem inſtituere non conſtitui. Extant enim paſſim libelli, & picturæ, quæ abunde eam demonſtrant. Inprimis verò Georgevicius, tanquam teſtis αὐτόπτης, quid in ſua diuturna captivitate, ſuſtinuerit & viderit, patheticè depinxit, & deſcripſit. Sed de dedititiis, ut potiſſimum diſſererem, materiam mihi præbuêre, nonnullorum ſermones, qui cenſent, multò mitius agi, cum illis, qui ſpontè Turcorum fidei ſe permittunt, quàm cum iis, qui in bello capiuntur. Etſi autem non inficior, ſæpenumerò Turcos captata occaſione, pretio & pollicitis, nonnullis perſuaſiſſe, ut ex munitioribus locis ſecedant, & ſub Imperio ipſorum recenſitis bonis & libertate pacificè vivant: tamen quàm fluxa eorum fides ſit, exempla crudelitatis eorum, multa extant, quæ oſtendunt: quum præſertim ex legibus Mahometanis, ipſis impune ſit, datam fidem frangere, quando commodum vel emolumentum, aliave occaſio propagandi ſuam religionem & imperium appareat. Sibiipſis igitur blandiantur, quamdiu velint, illi, qui fidei Turcicæ fidunt, & ſervitutem libertati præponunt. Ego certè, abſque diſtinctione, cum Busbequio ſentio, ſi Turcarum arma prævaluerint, nobis vel dedititiis, ſive debellatis, & victis nihil reliquum futurum: certe non pudor, non honeſtas, non dignitas, non libertas, non religio. Nullam unquam gentem, non vilius periclitatam eſſe. Extremum, inquit, mihi crede, malorum vinci à Turca: nihil erit, quod illo victore (quod utinam ne tam ſit in propinquo) rapi, agi, ferri, diſſipari, incêdi, conculcari, & profanari non videamus. Ut autem hæc res manifeſtius appareat, ſumamus calamitoſiſſimum exemplum recens, quod inſtar multorum erit, à Chienſibus. Hæc enim Inſula diu pacem cum Turcis, ſoluto annuo tributo, metu, ne tam potens, & vicinus hoſtis offenderetur, conſtanter coluit: verùm quum ob fertilitatem Inſulæ, & pulcherrimas fœminas, ob quas ſemper ea celebris fuit, Turcis aliud placeret, non attentis pactis, & fide data, falſis prætextis cauſis, eam ſubjugarunt.

Audia-

Audiamus autem hac in re Leonclavium noſtrum, totam Tragœdiam diligenter enarrantem. Eodem anno (is fuit cIↄ.ccccc.LXV.) inquit, vere ineunte, Pialis Baſſa prius, quam Conſtantinopolim, rebus ad Melitem infeliciter geſtis, cum claſſe rediret: ne nihil hac egiſſe videretur, Chium Ægæi maris inſulam à Chriſtianis partim Italis, partim Græcis inhabitatam, ſub jugum mittere ſtatuit. Ea Genuenſium in poteſtate jam ultra duo ſecula fuerat, inde uſque à Græcorum Imperatorum temporibus libera. Sed creſcente tandem potentiâ Turcicâ, ne prorſus in ſervitutem redigerentur, ſponte ſuâ tributum obtulerant. Ejus tributi nomine quotannis 10000. numnûm aureorum, quos ducatos vocant, ſolvebantur, ac præterea diſtribuebantur in Baſſas Vezires, ad duo millia. Cauſæ propter quas eam Pialis, abolita libertate priſtina, ſubjugandam ducebat, hæ prætexebantur: Prima, quod exploratis Turcorũ cõſiliis, anno ſuperiore, Melitẽſib. nũciaſſent, quæ in eos Turci molirentur. Deinde, quod biennii tributum Sultano Solimani deberent. Id avaritia legati, Conſtantinopoli res ipſorum apud Portam gerentis, acciderat: qui etiam donanda Mechemeti Baſſa Veziri, & aliis munera, ſuos in uſus verterat. Præterea conferebatur in eos culpa receptorum Chriſtianorum mancipiorum, quæ quotidie Conſtantinopoli ad ipſos profugerent, eque Chio domum ad ſuos remitterentur. Et paulò ante ferebatur, Mehemetis Baſſæ Veziris nobile quoddam mancipium eo ſe contuliſſe, cujus ipſe vel reſtitutionem vel pretium ab eis poſcebat. Has igitur ob cauſas Pialis eos caſtigaturus, ad inſulam univerſa cum claſſe, feriis Paſchalibus, quas Chriſtianorum more Chienſes tum celebrabant, adpellit; confeſtimque jubet ad ſe prætoriam in triremem venire præfectum inſulæ, cum duodecim viris Rempublicam adminiſtrantibus. Interea dum hi ab ipſo in prætoria detinentur, Palatium civitatis, in quo Senatus haberi ſolebat, in poteſtatem à Turcis cum arce redigitur, magiſtratus eis Turcicus datur, templa Chriſtiana ſolo æquantur. Unicum Sancti Dominici relictum ritibus Turcorum initiatur, ut Meſſitæ loco Turcis eſſet. Ipſius præfecti, ac duodecim virum familiæ, cum aliis primariis Conſtantinopolim mittuntur, & hinc inde in varias regiones deportantur, &c. Qualis autem facies hujus miſeræ inſulæ paulò poſt, & quomodo incolæ à Turcis tractati fuerint, Jacobus Paleologus, olim primas in illa, qui ipſe viderit, & ſibi contigerit, in ſua epiſtola, anno cIↄ.ccccc.XCIV. edita, prolixè deſcribit, ex quibus nõnulla adſcribenda duxi eſſe operæ pretium. Chium, inquit, veni, commoda eſt univerſa civitas, quæ non civitas amplius eſt, aut Chius, ubi ego maximus olim fueram: ſed latibulum furum, & duobus ruſticis à Pialio Baſſa commendata, & ſi defuiſſet mandatum regium, quod ego habui Conſtantinopoli à Mahemeto primario Baſſa, in optima forma, periclitatus fuiſſem. Nam quotquot Domini civitatis & inſulæ,

In ſupplem. Annal. Turcicor.

De reb. Cõſtantinop. & Chii cum eo actis.

ſulæ, quum olim floreret, qui eo venerunt, ſuas quisque ob cauſas, poſt captam & deſolatam civitatem ab illis ruſticis, præfectis loco, periclitati ſunt, & injuria affecti, qui majore, qui minore: fœminæ etiam nobiliſſimæ privatæ bonis, & mulctę libertate, aliis vetitus diſceſſus, ex inculta & diſſipata urbe. Arcem Turci tenent; palatia ampla olim habitacula principum & dominorum diruta & inhabitata, quod nullus ſit, qui inhabitet. Vidi circuitum mœnium, habitant Turci vigiles; portam unam arcis, Aga Janizerorum: alteram, Aga Aſaporum ſervant. Tecta palatiorum nudata, palatia ipſa facta præda militum. Ita cum nullus ſit qui habitet, aut emere velit, & perpluunt, & ruunt, & deformant arcem. Pialius Baſſa, qui cepit urbem & arcem, triginta duo viridaria, & duodecim magna palatia adſcripſit ſibi, & alia alii: Octavus jam agitur annus, & in tam parvo tempore magna facta eſt urbis deſolatio: nullus nobilis ibi, nulla ingenua fœmina, niſi quas ætas, aut gravis, aut recentis nativitatis fugere ex tot malis prohibuit. Remanſerunt aliquot monſtra nobilitatis, qui olim fex & lutum erant. Multi Chii facti Turci, nonnullæ fœminæ. Exactiones autem crebræ, ut qui fugere velit ſervitutem, fiat Turcus oportet. Nam omnes Turci, ubique gentium liberi ſunt ab omni onere. Templa intra arcem Turcus habet, præter areolam quandam, in qua ſunt Dominicani. Extra urbem Græci ſunt omnes. Vidi palatium erectum ex lapide quadrato, multis impenſis, non habuiſſe qui emere vellet 300. taleris. In arce inveni matrem, vegeto adhuc corpore, ſed calloſis plantis, quod morbo gravata, lectum deſerere non potuiſſet: ſomnium ſe videre me conſpecto putabat. Ita in arce habitabat, ex celeberrimo loco, ubi ego eam reliqueram, in quendam alium deſertum à Turcis retracto. Nam vexatur cordis tremore, cum Turcos videt. Et paulo poſt (quum recenſuiſſet, in quibus periculis à Græcis monachis & Romanis fuerit conſtitutus, diligenter autem, propter ſalvum conductum à Turcis, ab eorum inſidiis defenſus, & quale colloquium inter eos, conantes ei perſuadere immenſis promiſſis additis, ut muſulmanizaret, habitum ſit) pergit: Chii, quum Turci luſtrare vellent templum ſancti Dominici, in quo pater meus fuerat ſepultus, omnia oſſa & cineres eorum, qui in templo ſepulti erant, collecta diſperſerunt in mare, omnemque memoriam monumentorum expunxerunt. Salutata autem matre valetudinaria, illique rebus neceſſariis proſpectis, ac monumento Græcis litteris parentibus erecto, poſt reditum ſuum Conſtantinopolim, ita ulterius pergit recenſere, quid ibi viderit. Quum ibi innotuiſſet, me notum omnibus, adeſſe, viſitaverunt me boni viri, & domini & dominæ Chienſes, quondam florentibus rebus, tum ſummam redactæ in paupertatem, & libertate privatæ. Nam illis non permittebatur inde diſcedere, & in Italiam, aut Galliam, aut Siciliam navigare. Erant autem

cum

Digitized by Google

cum liberis & familiis in luctu & mœrore perpetuo. Hortatus ſum, una cum eis lugens patriæ excidium, omnes ad patientiam, miſerorum portum. Deplorabant autem illi, non bonorum direptionem, & captivitatem, cum egeſtate graviſſima, quam patiebantur: ſed FILIOS PARVOS RAPTOS, ET SERVITIO REGIO ADDICTOS, PER VIM CIRCUMCISOS, ET FACTOS TURCOS; ET ONUS FILIARUM NOBILIUM, QUOD SECUM TRAHEBAT, ET VIDUITATEM, QUÆ OB MORTEM (de fœminis loquor) MARITORUM ILLIS CONTIGERAT. Quid his in malis facerem? Addebant illud, quod illi, qui patricii & optimates Chii, cùm Chius eſſet, reverſi Chium, ab illis, qui Chio propoſiti fuerant, ruſticis, & vilibus blateronibus, fuiſſent male tractati, rogabantque me, narrarem, an mihi proſperè ceſſiſſet. Quare animadverti, conſuetudinem fuiſſe, non adeo ſine exemplo, illam, quam urbs capta receperat. Nam ſimilia quædam, narrat Hieremias Propheta, accidiſſe Hieroſolymæ captæ à Babylonis. Hæc ex Palæologi epiſtola allegata, noſtræ materiæ in hoc capite tractandæ, convenientia, excerpere volui: reliqua vero, lectu digniſſima, in alium commodiorem locum differam. In hac narratione oculati teſtis, ii, qui clementiam & mitem animum Turcorum erga dedititios Chriſtianos defendunt, & ſibi, neſcio, quam tolerabilem conditionem apud illos perſuadent, veluti in ſpeculo ſe intueri, & diligentius conſiderare deberent, quam ingentes calamitates & afflictiones miſeri Chriſtiani ſuſtinent, qui amiſſa libertate, & bonis, arbitrio tam crudeliſſimorum tyrannorum vivere coguntur. Quæ tamen omnia non tam graviter parentibus accidunt, quam videre liberos diſtrahi, vendi, rapi ad impiam religionem Mahumetanam, futuros perſecutores & hoſtes infeſtiſſimos ſuorum: denique filias nobiles deſolatas & innuptas, atque libidini Turcorum expoſitas in conſpectu habere. O miſeria omnium miſeriarum in hoc mundo miſerrima, & non ſatis deploranda! Si enim talem crudelitatem & ſævitiam Turci in ſuos tributarios & veteres amicos exercent, quid ſtatuturi & facturi eſſent in eos, cum quibus continua fere bella geſſere, quos diu hoſtes infeſtiſſimos habuere, atque voluntaria deditione ſub jugum redigere. Miſeriam autem Chriſtianorum ſub Turcis, ut hoc caput tandem concludam, ita accuratè & ſuccinctè congeſſit Theodorus Zuingerus, quum multa exempla crudelitatis recenſuiſſet. SED QUID vetera cum mœrore revolvimus, quum noſtra ætate TURCARUM rabies animos verè Chriſtianorum, hoc eſt, eorum, qui propter ſcelera ſua hocce flagellum Chriſtiano orbi divinitus immiſſum norunt, ad ſtuporem redigere poſſit? Quantum illi Chriſtiani ſanguinis jam inde à Conſtantinopoli capta hauſerint, quot cladibus occidentem in ſe conjuratum

In Theatro vol. 17. lib. 10.

Digitized by Google

ratum in Myſia & Pannonia affecerint, notius eſt, quam ut multis verbis declarari debeat. Sed quid de cladibus loquor? Quum occumbere feliciſſimum ſit, ſuperſtitem illorum tyrannidi miſerrimum: Quoſcunque hoſtilis enſis extra aciem non hauſit (haurit autem vel ætate tantum, vel valetudine confectos, ex quibus ſe nullum quæſtum amplius facere poſſe ſperant) eos teterrima manet ſervitus. Infantes utriusque ſexus à complexu parentum avulſi, libidini & avaritiæ victorum inſervituri, in certam corporis turpitudinem animæque interitum abripiuntur; mares ſacris initiati Mahumeticis honoribus & præmiis invitati, tam inde à teneris contra Chriſtianos, à quibus ipſi per ἀπαγωγὴν potius, quam ἀποστασίαν defecerunt, militare coguntur. Adulti, niſi Chriſtum abnegare volunt, à crudelibus dominis mancipiorum inſtar exercentur, vexantur, cruciantur: fugitivi horrendis ſuppliciis afficiuntur. Eos verò, qui baptiſmo renunciarint, honoribus & opibus affluentes, reliquis veluti eſcam objiciunt, ut qui per crucem à crucis confeſſione abduci non potuere, voluptatis illecebris à pietate deficiant. Eaque propter ſi quos monachos vel ſacerdotes in ſuam pertrahere ſectam poſſunt, triumphum modo canunt, quod illorum exemplo & auctoritate multos alios ſimplices, & in religione vera parum eruditos, ſe ad Mahometi furorem traducturos ſperent. Promittit quidem impius Turcorum tyrannus religionis libertatem iis, qui jugo illius colla ſubdunt, ſed fidem ſervat, dum ob rem. Nam qui ex Alcorano didicit, Chriſtianorum perſecutione Mahometicum paradiſum comparari poſſe & debere, nunquam Chriſtiano parſurus eſt, niſi quatenus ſimulata clementia reliquos ad ſuum imperium perferendum pellici poſſe confidit. Corporum factus dominus, facile poſtea vel vi, vel fraude etiam animis Mahometem ſuum imponet. Nos interea ſecuri dæmonem & cervicibus & animis noſtris imminentem negligimus: & quia nomini Turcorum jam aſſuevimus, arma politiæ magis quam Eccleſiæ nomine horremus: quodque gravius eſt, eo impietatis ſæpe delabimur, ut ſub Turco Chriſtiani nominis hæreditario hoſte vivere, & cum illo ſentire tolerabilius eſſe judicemus, quam cum Chriſtianis iis, quos noſtrarum opinionum vel cenſores iniquos, vel perſecutores crudeles experimur.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

De lachrymis veluti auctarii loco plura. Et de riſu nonnulla.

Recenſuimus antea, additis rationibus & hiſtoriis, varias eſſe cauſas lachrymarum; eaſque erumpere hominibus multo citius in lætis, & mediocriter in mœſtis rebus, quam in ſubitis & ingentibus mœroribus, idque probat Tragicum exemplum Emanuelis Soſæ vel Sepulvedæ naufragi, ſicut plenior hiſtoria infra inſerta eſt. Quum enim ipſe, conjunx, liberi, & reliqui ex ejus comitatu, ſpoliati à Barbaris Æthiopibus, nudi atque deſtituti omnibus rebus neceſſariis, in ſterili arena relicti eſſent, præterea cogeretur pater in ſabulo ſepelire conjugem & liberos, fame & mœrore confectos, nullas in his maximis calamitatibus lachrymas, ſtupore nimio correptus, emiſiſſe ſcribitur. Idem accidit olim ſtupore quodam Marcio Coriolano, quum in exilium, relicta matre & conjuge cum liberis ſolus iret. Ita enim Halycarnaſſæus introducit ejus matrem, de filio loquentem. Quum aliquantulum à nobis ſemotus ſine lachrymis, inſtar lapidis, & immotis oculis ſtetiſſet, &c. Quum tamen is, matre & conjuge cum liberis, aliiſque Romanis matronis, in caſtris pro patriæ liberatione deprecantibus, lachrymas continere nequiverit. Sed has pietas expreſſit, illas vindictæ cupiditas, & ſubita ipſius ſtatus mutatio, repreſſit. Ex lætitia quoque ſubita lachrymas fluere rarum non eſt. Exemplum habemus in Rege Philadelpho Ægypti, quum ſeptuaginta interpretes Legem divinam afferrent, de illo ita ſcribit Flavius Joſephus: Ut verò ſenes illi venerunt, cum muneribus à Pontifice miſſis, & cum membranis, quæ legem aureis literis inſcriptam continebant, primum de libris eos rogavit. Ut vero ex involucris depromptos, obtulerunt, multum diuque moratus, membranæ ſubtilitatem & commiſſuras, quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent; gratias ſe illis habere dixit, qui venerint, & majores etiam ei, qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus Leges attulerint; Quumque ſeniores, eorumque comites, uno ore omiſſa fauſta Regi acclamaſſent, præ nimia lætitia lachrymas non continuit, quæ quidem mœroris inſignia etiam magnum gaudium conſequi natura voluit, juſſitque libros accipere, quorum hoc officium erat, &c. Huc referri poteſt quod de Thucydide ſcribunt hiſtorici. Quum enim puer adhuc, is Herodotum, in Olympiis hiſtorias ſuas recitantem audiviſſet, ferunt eum divinitus quaſi commotum lachrymas profudiſſe. Quod quum Herodotus animadvertiſſet, gratulatum fuiſſe patri ipſius Oloro felicitatem,

[*Cap. 29. prior. cent.* — *Cap 57.* — *Roman antiquit. lib 7.* — *Antiquit. Iudaic. lib. 12. c 2.*]

Digitized by Google

hortatumque, ut erudiendum curaret filium diligenter. Memorabile quo-
Lib. 10. in Æthiop. que eſt exemplum apud Heliodorum, quum Perſinæ Reginæ, ex inſperato
filia Chariclea ex certis notis innoteſceret, eamque amplexam lachrymaret,
atque propter gaudii magnitudinem, quam reprimere non poterat, mugitus
cujuſdam ſimilem ejulatum ederet. Etenim excellentia gaudii, dicit ibi, etiam
luctum interdum gignere ſolet, parumque aberat, quin una cum Chariclea
colliberetur. Rationem autem lachrymarum antea quoque recenſuimus, &
Epiſt. 99. Seneca præterea talem in lætis & triſtibus addit: Lachrymas naturalis neceſ-
ſitas exprimit, & ſpiritus ictu impulſus, quemadmodum totum corpus qua-
tit, ita oculos, quibus adjacentem humorem premit & expellit. Hæ lachry-
mæ per eliſionem cadunt nolentibus nobis. Aliæ ſunt, quibus exitum damus,
quum memoria eorum, quos amiſimus, tractatur, & ineſt quiddam dulce tri-
ſtitiæ, quum occurrunt ſermones eorum jucundi, converſatio hilaris, offi-
cioſa pietas, tunc oculi veluti in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vin-
cimur. Eaſdem lachrymas ex gaudio nimio erumpentes profudit Juonia
Regulus Valachiæ, quum in conſpectum Coſacorum in auxilium ipſius ve-
nientium, obviam illis progreſſus primo venit. Eos enim præ nimio gaudio,
paucis verbis ſalutatos ſingultus vi lachrymarum impediente, ne verbum
quidem proloqui potuit; ſed ſecum ductoribus illorum acceptis, eos ſeſe in
In deſcriptione belli Iuoniæ. 3. parte rerum Polon. caſtra comitari jubet, ſicut Leonhardus Gorecius deſcripſit. Aliud etiam eſt
genus lachrymarum ex vindictæ cupiditate, itaque manantium. Tales fue-
runt lachrymæ Mahumetis Turcici Imperatoris, quum illi obitus Johannis
Corvini, patris Matthiæ Regis Hungariæ, nunciaretur. Ajunt enim, cum
confeſtim oculos humi defixiſſe, & converſum in lachrymas dixiſſe: Nemi-
nem unquam à mundi principio, illi ſub alio principe fuiſſe merito, ac jure ſi-
bi indolendum, cui tantam ex clade accepta turpitudinem amplius ulciſci non
Rer. Vngar. lib. 8. Dec. 3. liceret, ſicut Anton. Bonfinius teſtatur. Reſtant etiam aliæ lachrymæ ad ho-
mines decipiendos fictæ, quæ invitæ vel arte, vel dolo erumpunt: unde pro-
verbium ortum eſt, Μεγαρέων δάκρυα, id eſt, Megarenſium lachrymæ, quia in
Suida in hiſtoricis. agro Megarico multum allii naſcitur, hoc proverbium in eos dicitur, qui la-
chrymis expreſſis, ſimulatè flent, non ex animo. Ex quorum numero fuere
Eraſmus in adagiis. olim præficæ. Præficæ enim dicebantur mulieres in hoc conductæ, ut in fu-
nere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, aliis plorandi modum
præirent: Unde & præficæ dictæ ſunt, quaſi perfectæ, teſte Feſto, qui de his
citat verſum Nævii:

Hæc quidem, mehercle opinor, præfica eſt,
Quæ ſic mortuum collaudat.

Ab his jocus ſumitur in eos, qui ſimulant amorem aut dolorem, quum lucri
cauſa faciant, quicquid faciunt, de quo Lucilius, citante Nonio:

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multo & capillos ſcindunt, & clamant magis.

De Art. Poetic. in fin.

Id imitatus eſt Horatius:

Vt quæ conductæ plorant in funere, dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor verò plus laudatore movetur.

Et Plautus inquit:

Superavêre omnes argutando præficas.

Idemque Plautus eleganter ait:

Se argutum ſine virtute civem habiturum pro præfica:
Nimirum quod utrobique mera ſit ſimulatio.

De inventione.

Aliud quoque eſt proverbium, teſte eodem Eraſmo Roterodamo: Lachryma nihil citius areſcit, ex eo ortum eſt, quod M. Tullius præcipiat; Ne Orator, poſteaquam judicis animum ad miſericordiam commovit, diutius commoretur in quæſtione. Et ad hoc adducit Apollonii dictum, οὐδὲν θᾶττον ξηραίνεσθαι δακρύου id eſt, lachryma nihil citius areſcere: quod vehemens affectus facilè vertitur in odium.

Dæmonomania lib. 4. c. 1.

Mira quoque ſunt, quæ Bodinus & alii ſcribunt, exploratum eſſe, nunquam lachrymari ſagas, & ex eo præſumptionem validiſſimam, eas tales eſſe, ſumi? Quia fœmina tempeſtivè & intempeſtivè lachrymas & ſuſpiria jaculatur. Et ibi addit: Paulus vero Grillandus, & Sprengerus Quæſitores ſcribunt, ſe ne à ſaga quidem unica potuiſſe lachrymas exprimere, &c. Sed hæc opinio pleriſque non placet; quum ſecundum tritam regulam juris, id non probet adeſſe, quod contingit abeſſe. Nam ſæpenumero ipſa doloris magnitudo lachrymas cohibet, & planè tollit, ſicut antea monuimus, & exempla adduximus. Enumerari poſſent quoque aliæ rationes, quare ſagæ lachrymas contineant, ut videlicet ex torpore, nec non ex contumacia, obſtinatione & pervicacia illis hoc eveniat. Sic invenies non rarò pueros nondum puberes (quibus alioqui natura lachrymæ familiares, & nonnunquam ſalutares ſunt) qui, licet virgis & flagris malè mulctentur, tamen ne unam lachrymulam ut profundant, cogi poſſunt. Ut autem ad aliam lachrymarum ſpeciem, non vulgarem, veniamus, non abſque ratione antea recenſuimus, Chriſtum Dominum & Salvatorem noſtrum aliquoties viſum fuiſſe flentem, & lætantem quidem, ridentem vero nunquam. Legimus enim in ſacris literis, cum ter fleviſſe. 1. Mortuo Lazaro. 2. Cum fleret ſuper civitatem Hieroſolymitanam. 3. Moriturus in cruce. Gemitus quoque Chriſti graviores abſque dubio lachrymis in ſacris literis indicantur, eoſque ex graviſſimis cauſis non propter ſeipſum, ſed amore noſtri ortos eſſe, à piis viris recenſentur. 1. Ob peccatum, quod cauſa eſt omnium calamitatum

Cap. 19. prior cent.
Luc. c. 10.
Iohan. 11.
Luc 19.
ad Heb c. 11.
Marc. c. 7.

Digitized by Google

in humano genere. 2. Ob tyrannidem Diaboli, quia ita oppreſſerat genus humanum: cum qua tyrannide ſe bellum initurum novit. 3. Ob legis maledictionem, quam in ſe reciperet, quo nos abſolvamur à reatu. 4. Ob amariſſimam ſuam mortem, quam erat perpeſſurus pro ſalute humani generis. 5. Ob maximæ partis mundi ingratitudinem. Prævidebat enim, quod multi ſuum beneficium eſſent contempturi prorſus: multi ignavia ſua neglecturi. Etſi autem non ignoro, non paucos eſſe in ea ſententia, divina Chriſti gloriâ videri indignum, quod mœſtitia & humanis paſſionibus ſubjectus & correptus fuerit; tamen manifeſtè illis purior ſententia piorum Patrum, ex ſacris literis confirmata, obſtat. Nam ſi nos timoris ac mœſtitiæ, doloris ac lachrymarum ejus puderet, tunc efflueret ac periret noſtra redemptio. Unde D. Ambroſius apertius de huminis paſſionibus & affectionibus Chriſti contra eos, qui exiſtimarunt, eum ab iis fuiſſe immunem, ſcribit: Non ſolum, inquit, excuſandum non puto, ſed etiam nuſquam magis pietatem ejus, majeſtatemque demiror. Minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum: Ergo non pro me doluit? qui pro ſe nihil haberet, quod doleret, & ſequeſtratâ delectatione divinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Confidenter ergo triſtitiam nomino, quia crucem prædico. NEQUE ENIM SPECIEM INCARNATIONIS SUSCEPIT, SED VERITATEM. Debuit ergo dolorem ſuſcipere, ut vinceret triſtitiam, non excluderet. Neque enim habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem. Hucuſque Ambroſius. Huc præterea ſpectarunt pii viri, qui ſentiunt, non imbecillitate naturæ Chriſti eſſe factum, ut Satan tentator in deſerto illi oculos præſtringeret, ſed voluntaria diſpenſatione & permiſſu, deinde ſic factos & illectos fuiſſe ejus ſenſus, objecta regnorum gloria, ut nulla intus cupiditas animum ejus pupugerit: quum carnis libidines, tanquam feræ indomitæ ad objecta, quæ nobis placent, ferantur, & nos rapiant. Nam Chriſtus communem habuit nobiſcum ſenſum; non autem appetitus incompoſitos. Neque obſtat, quod Marcus Evangeliſta cum iracundia Chriſtum, ſanantem hominis arefactam manum, Phariſæos intuitum eſſe meminerit. Id enim ipſe mox explicat, illam iram juſtam, & ſanctam fuiſſe; eamque ortam eſſe, quod ſuper cordis duritia & cæcitate eorum condoleret. Nos quia propter corruptam naturam modum non tenemus, nunquam ſine peccato iraſcimur, etiam juſtas ob cauſas. Chriſti alia fuit ratio, in quo non ſolum viguit naturæ integritas, ſed abſolutum exemplar juſtitiæ enituit. Idipſum explicat Baſilius Epiſcopus Cæſareæ, quum famem & fletum in teſtimonium duarum naturarum in Chriſto aſſereret; ſicut, inquit, ergo ſuſcepit famem, dum forte cibo egeſto ejus in corpore, & fatigatus eſt, muſculis & nervis ex itinere protenſis, non divinitate domata labore;

Marc. c. 3.

De gratiarum actione.

Digitized by Google

bore, ſed ſuſcipiente corpore naturam, ſequentis paſſionis. Sic & lachrymas fudit, naturalem caſum carni advenire permittens, quod evenit, quando concavitates cerebri ex fumigatione triſtitiæ completæ fuerint, & veluti quoſdam rivos, id eſt, foramina oculorum, humectationis onus egreditur. Cæterum lachrymas hominis pœnitentis, ita explicat, & in ſuas partes diſtinguit Hugo; 1. Pro ſtultitia culpæ, quæ lavant hominem à labe peccati. 2. Pro timore gehennæ, quæ hominem refrigerant ab ardore concupiſcentiæ. 3. Pro incolatu præſentis miſeriæ, & hæ potant ſitientem animam. 4. Pro miſeriis proximi, & hæ impinguant hominem. 5. Pro deſiderio patriæ, & hæ animam ſterilem fœcundant. Etſi autem hæc materia ad Scholas Theologicas propriè pertinet, tamen unumquemque pium hominem cognoſcere iſta & perpendere, potius juvat quam nocet. Cæterum ut de contrario Lacrymarum affectu, riſu videlicet, pauca addam: triplicem eum eſſe, legimus. 1. Naturæ, qui potius hilaritas eſt: Hunc in Sara Abrahæ uxore fuiſſe memoratur: 2. Riſus ſtultitiæ, ſicut eſt omnium ſtultorum cachinnus. 3. Malitiæ, qui in Chamo fuit, cum paternam derideret turpitudinem. Prohibetur ſanè riſus effuſior, non ſolum tanquam indecorus, ſed etiam noxius. Nam extant exempla quod nonnulli ex nimio riſu mortui ſint, ut de Zeuxi pictore, Palæmone Philoſopho, & aliis traditur. Sed materiam cœptam proſequamur. Poſtremo, licet lachrymari ex veris affectibus rationalibus propriè hominum ſit: tamen nonnunquam lachrymæ etiam brutis aſſcribuntur, ut Virgilius, equo Pallantis in ejus funere, his verſibus, quos ex Homero, ubi equos Hectoris deſcripſit, ſumpſit:

In Pſal. 125.

Lib. 9. Æn.

Poſt bellator equus, poſitis inſignibus: Æthon
It lachrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Poeticum hoc eſſe forte aliquis dicet, apud quos Tmolus habet aures, flumina, naveſque loquuntur, & ſaltant quercus. Imò equis vaticinium attribuitur, ſicut idem Homerus ſcribit, Xantum equum Achillis, ei mortem prædixiſſe. Crocodilis quoque proverbialiter tribui lachrymas notum eſt. Verum ea, quæ ſequuntur, carent hac ſuſpicione. Ita enim ſcribit Quinqueranus Epiſcopus Senecenſis, de Biſtarda ave, quæ in noſtra vernacula Lingua, ein Trappe/ vocatur, quam volantem, quum plus ſeptem millibus paſſuum pernici equo ſecutus eſſet, eam tandem laſſam, ſuper eminentem fruticem paſſis alis dejectam cepiſſe, quam ore aſpectuque ſuppliciter in ſe verſo, mirum dictu, ſed veriſſimum, omnium largiter lachrymas profudiſſe. Quum autem rhetorum more prolixè exaggeraſſet, quid peccatura vel lamentatura fuiſſet illa avis, ſi ſermonis facultatem habuiſſet,

Iliad. 19.

De laudibus Provinciæ.

tandem ſemidiſcerptam à canibus, nę quicquam ſe prohibente, fuiſſe dicit, iterumque affirmans eam fleviſſe, hiſce verbis: Hujus vero volucris fletum (ut certiſſimè, quod citra jocum iterum dictum ſit, fleviſſe conſtet) cui acceptum feram? num ab intento ex graviori motu calore potuit accidere, quum ejuſmodi res non ferè è caliditate, quæ hinc inde evaporat, ſed & è compreſſu, qui fere ex frigido fit, contingant. Conjectura ſit hæc, eandem quæ hominib. cauſam, nimirum mali ſenſum, aliti lachrymas extrudiſſe. Ut autem tandem hoc caput, ſicut antea fecimus, elegantiſſimis verſibus, de conditione mortalium, lachrymis plena, concludam, viſum eſt, tetraſtichon, quod Anconæ, in quodam Epitaphio legitur, adſcribere:

Flens primum has auras hauſi puer omine diro:
Flebilis erepta vita fuit patria.
Nunc quoque flens morior, ne quid non flebile reſtet:
Hæc eſt humani conditio generis.

Non minus elegans diſtichon Hieronymi Angetani eſt tale:

Flens veniam terras, & flens diſcedo, fuitque
Dum vixi fletus, vita, dolor, gemitus.

Quod ex his Palladii verſibus expreſſum eſt:

Antholog. l.1.tit.13.

Δάκρυ χέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
δακρύσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.

Caput XXVII.

De ſtupendis navigiis, & pinguedine atque ſalſugine maris, alendis potius, quam extinguendis incendiis utili.

Cap. 27. prior. Cent.

Recenſuimus antea nonnulla obiter de immani & ſtupenda navi Suecica Megaleſa, & quomodo cincta à claſſe Danica, igni conſumpta ſit: quemadmodum ego à viro fide digno, qui in illo conflictu interfuit, recenſeri memini. Nunc vero ea latius explicanda cenſeo. Pugna illa inter Danos & Suecos accidit Anno cIↃ. ccccc.lxiv. die 30. Maii, quæ ita deſcribitur à Caſparo Enſio: Erat inter cæteras naves una, quæ eximia magnitudine & apparatus inſigni copia, omnium admirationem ſuperabat, ſic ut multi nullam majorem, ulla hominum memoria in Septentrionali Oceano viſam eſſe affirmarent. Suecorum Navarchus, qui magnam ſpem in Megaleſa ſua (id nomen erat navis) collocatam habebat, omnem vim in præcipuam Danorum navem,

In commentario de bello Suecico.

For-

Digitized by Google

Fortunam, convertit, eamque crebro tormentorum grandine, impetit, ut ſub-
bus aquam, quatuordecim; in malo vero, & antennis, plus quam centũ ictus
inflixerit. Anceps ejus dici pugna fuit, quum utrinque graviſſima eſſent &
accepta & illata damna. Poſtero die prælium redintegratur. Danis ab uno la-
tere Oelandia erat, ab altero hoſtium claſſis, qui vehementer eos, ut in conti-
nentem propellerent, annitebantur. Sed vento converſo, Danicæ naves, quæ
jam primo pro ſe æſtum marinum habebant, Succorum ordines perturbant,
& disjiciunt: Megalefa fluctibus alliſa & ab hoſtibus jactata, in brevia tandem
& vadoſa ejicitur, ibique illatis ignibus concrematur. Captus eſt Navarchus
Suecicus, Jacobus Bagge, Aroldus Trolle regni conſiliarius, & Chriſtopho-
rus Andreæ. Sueci quum primariam ſuam navem, quâ plurimum confidebāt,
flammis correptam fumare, & in favillas redigi cernerent, fugam arripiunt,
quas Danicæ naves, quum & ipſæ non levi detrimento affectæ eſſent, perſequi
non potuerunt. Tanta enim tormentorum vi, concuſſæ erant, ut undique
quaſi perforatæ viderentur, atque ad navigandum inutiles eſſent. Quapro-
pter in portum ductæ & refectæ ſunt. Tanta vis porro prætoriæ navis Martis,
ſive Megaleſæ erat, ut plerique affirment, poſt homines natos majorem mari
Balthico non viſam; in eamque omnem Sueci victoriæ ſpem collocatam ha-
bebant. Sed fragilis hæc ſpes fuit, quum nihil opere aut manu factum ſit, quod
non eadem vi, qua conſtructum aſt, rurſus deſtrui poſſit, &c.

Idipſum, & inprimis fragilitatem humanorum operum, obſervavit pru- *De dictis & fact. Alphõſi lib. 3.*
dens Rex Alphonſus, teſte Antonio Panormita. Cum enim Lupus Simoni-
nus Durreæ dominus, Prorex Neapolitanus, Regi abſenti ſignificaſſet, Na-
vem alteram ex duabus, quas inſtar montium, Rex ædificari curaſſet, nauta-
rum negligentia deflagraſſe. Nuncio reſpondit, SCIRE ſe eam navim,
quamlibet magnam atque magnificam, paucos tamen poſt annos, aut labe,
aut teredine perituram fuiſſe. Proinde ſecum æquo animo, ſi ſapiat, ferat in-
fortunium.

Obſervatum autem eſt, plerunque ea navigia, quæ non ſolum ad vim
inferendam, ſed etiam propellendam, viris, armis, maximiſque ſumptibus
quaſi pelago præ cæteris domitura, & ad terrorem hoſtibus incutiendum
conſtructa fuere, non tantum nulli uſui, ſed potius etiam inſuper oneri, &
damno fuiſſe: quaſi Deo & in his molibus inuſitatis demonſtrante, ſe omnia
eminentia & ſuperba ædificia, ſicut olim etiam gigantes, odiſſe, & facilè
deprimere & in nihilum redigere poſſe. Nam ut Herodotus ait φιλέει ὁ θεὸς
τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν: Amat Deus omnia quæ modum excedunt
caſtigare & circumcidere, cum pati non poſſit, quemquam ſe excelſiorem. *Rerum Scot.*
Extant hac de re documenta plura. Sed in noſtra cœpta materia pergemus. *lib. 13.*
Scribit Buchananus, Jacobum IV. hujus nominis, Scotiæ Regem in ædi-
fica-

Digitized by Google

ficationes civitatum, & ſubſtructiones magnos ſumptus feciſſe: ad navium verò fabricationes longè maximos. Tres enim, inquit, eximia magnitudine naves ædificavit, multasque mediocres: Sed omnium admirationem, & ſumptus, & apparatus una longè ſuperavit, qua nulla hominum memoria in Oceano majorem viderat, cujus ut prætercam deſcriptiones, à noſtris hominibus proditas, & menſuram aliquot locis ſervatam, illud ſatis perſpicuè magnitudinem ejus indicat, quod Franciſcus, Rex Galliarum, & Henricus Octavus Rex Anglorum, æmulatione ſtimulati, quum uterque paulo capaciorem navem extruere, conati eſſent, & jam utraque perfecta, & omnibus rebus ad navigationem ornata, ac in mare deducta, magnitudine ſua immobiles, & ad omnem uſum incommodæ eſſent. Eodem modo, ſicut paulo poſt ibidem Buchananus refert, illa Scotica immanis navis uſui non fuit, ſed Hamiltonius claſſis præfectus re infectâ cum ea in Britanniam minorem appulit: ibi ea tanto ſumptu ac labore ædificata, ſublatis armamentis in portu Briſtonico computruit. Quid Venetis cum Galeono illo immenſo, qualem Mare Adriaticum vel etiam Mediterraneum antea nunquam viderat, ſuperioribus annis acciderit; antea ex Juſtiniano hiſtorico, retulimus. Et licet magnis ſumptibus, & exquiſita ingenioſaque induſtria & arte ſubmerſum, extrahere & erigere conati ſint, tamen eventus & ſucceſſus ſperatus defuit. Ingenioſiſſima autem iſta, & niſi inſperatus caſus, conatum artificis, impediiſſet, quo ad ſuam ſtructuram, perfectiſſima machina, in peculiari libello exactè & diligenter deſcripta & delineata conſpicitur, qui Venetiis anno CIƆ. CCCCC. LX. editus eſt, cum hoc titulo: Deſcrittione dell' artificioſa machina fatta, per cavar il Galeone, col ritrato di quella, & di altri ſuoi ordegni maraviglioſamente fabricati. Extat autem adhuc Venetiis navigium, reſpectu eorum de quibus diximus, non tam magnum, quam ornatiſſimum, & celeberrimum, quod ita eleganter, ſicut alibi me legere non memini, deſcribitur ab eodem Juſtiniano: Structura ejus ſublimis, columellisque frequentioribus culta, auroque è prora ad puppim, præfulgida; hoſpiteſque inſignes aliique eminentioris fortunæ viri, qui ad Urbem veniunt, eâ navigii machina, à principe, & patribus officii gratia, excipiuntur: Ducaleque ſolium in frontiſpicio, ſuperiori tabulato, collocatum eſt; ubi princeps inter legatos, conſiliarioſque medius ſublimis reſidet, & circum per ſubſellia ſummus ille patrum ordo, majeſtatis & ſilentii plenus: In inferiori autem contabulato remiges navigium contis agunt, & remulco interdum (dum aquæ in contrarium fluunt) tanta moles trahitur, publicum erigitur vexillum, & juxta illud principis atratum ſcutum, ſummitasque Bucentauri holoſericum purpureumve habet opertorium, funibus alligatum, ne ventus rapiat,

Cap. 26. prior. Cent.

Hiſt. Venet. lib. 14.

rapiat: Ad proram poſitum eſt Juſtitiæ ſimulachrum, auro fulgens, cujus dextra nudum enſem, læva autem æquilibrium tenet: roſtrumque inſigne prominet, ut navigij forma conſpectior ſit. Dictaque Bucentaurus à Bu, quod magnum aliquid ſignificat, & à Centauro, antiquo navium inſigni. Alij Ducentaurum appellatum, quaſi ducentorum hominum navigium capax, ſive à Duce, quo ille publicè vehitur. Talis autem machina inſtituta ſub Sebaſtiano Ziano principe traditur, in adventu Imperatoris Friderici Barbaroſſæ, Anno Domini cIↄ. c. LXXVII. dum ille pro componenda pace, cum Pontifice & Senatu, Venetias acceſſiſſet. Nonnulli recentiorem hujus navigij ſtructuram eſſe affirmant, variæque ſunt opiniones. Ancilia que hinc ſeu ſcuta facta ajunt, quibus poſt principium tota aurea ornatur. Hujus Bucentauri vel Ducentauri etiam mentionem facit M. Franciſcus Sanſovinus in ſua Venetiâ. Porro non ſolum Oſorius, altiſſimæ & munitiſſimæ navis Dienſium mentionem facit, quam Luſitani vix totâ ſuâ claſſe expugnare potuerunt, ſicut antea recenſuimus: Sed etiam idem auctor meminit alterius navis firmiſſimæ Sultani Zeinali, in qua ſe contra Luſitanam claſſem defenderit. In illa autem pugna navali peculiare eſt; quod quoties Luſitani in eam ſcandere properarent, toties flamma ſubito vectorum opera ſuſcitata, eos vehementer exterruit, & à navi longe diſcedere compulit: Ut autem poſtea compertum fuit, flamma illa, artificio quodam facta non exurit, & facile quandocunque ei qui illam excitavit libet, extinguitur. Cæterum quod maris aqua, ſi non copioſè admodum in ignem effunditur, potius incendia foveat, quam extinguat, antea quoque rationibus, & experientia teſte, probavimus; quibus addo Plutarchi authoritatem; Multum nimirum pinguedinis adeſſe marinæ aquæ adeo, ut etiam una exardeſcat, ideoque prohiberi, ne in flammam ea injiciatur: præterea eundem allego dicentem: pingue eſt mare, idque in cauſa eſſe puto, quod aqua ejus non bene eluit. Pinguem vero aquam marinam, ipſe Ariſtoteles docuit. Nam ipſo teſte, & ſalibus ineſt pingue quippiam; & lucernæ melius ardent ſale injecto: & injecta in flammam aqua marina, una exardeſcit; neque ulla alia eſt aqua, quæ perinde incendatur, utque mea fert ſententia, idcirco etiam eſt calidiſſima. Ideoque ibi ita concludit; Qui è mari emergunt, ij ſi in ſole ſtent, tenuiſſimum & leviſſimum humoris quod eſt, à calore diſſipatur: quod autem ſalſum eſt, & aſperum, id relictum inhæret corporibus, ſalſugo quædam concreta, donec potabili ac dulci eluatur aqua. Cæterum unde maris ſalſugo elicitur, late Bodinus diſputat, & *Ariſtotelis* opinionem, anile eſſe figmentum dicit, eam videlicet à terræ commiſtione, & ſolis ardore tenuiſſima quæque exhauriente fieri: Tandem autem concludit, ſalſuginem maris ab eadem efficiente cauſa, qua Alcali,

Lib. 10.

Cap. 26. prior. Cent.

Oſor. lib. 7.

1. Quæſtio. naturali.

Sympoſiacon. qu. 9.

In theatro natura l. 24.

ſive Salſula, qua cicer, qua ſalvia, ſalſa ſunt, qua ſaccarum dulce, fel amarum: atque in eo ſumma creatoris ſapientia elucet, qui omnibus animantibus ac ſtirpibus ſal indidit, ut eadem a putredine tueretur, &c. Ex his ſequitur, licet Venetiarum Urbs, in mediis maris paludibus, ſita ſit, tamen ſæpenumero valde pernicioſa incendia pertuliſſe, quum aqua marina, perinde ac in navibus, vim nullam vel exiguam extinguendi ob ſalſuginem & pinguedinem habeat, ſicut antea incendii ex Sabellico mentionem feci, quod ſub Mocenico Duce evenit. De eodem ita ſcribit Juſtinianus. Atque hoc tempore, Divi Marci ædes, pene abſumpta eſt incendio repentino, ægreque Ducarium, quod illi incubat, ſervatum, principiſque Mocenici liberale hoc factum memoratur. Erat Senatusconſulto cautum ne quis pro veteri Ducario inſtaurando, ad Patres referre auderet, mulctaque ducatorum mille ei irrogabatur, qui legi non pareret, quæ ſtatim Triumviris advocatoribus exacta, fiſco applicabatur. Tum princeps publicæ majeſtatis potius, quam privati commodi rationem habens, id aurum pro mulcta in ſenatum, ſecum ſecreto attulit, ac patres rogavit, vellentne juberentque ipſam humilem, informemq; Ducarii ſedem, ſedis faciẽ, ſumptuoſiore ornatu, in decus publicum inſtaurari. Id ubi triumviri, advocatoresq; promulgatum audiere, quia contra Senatusconſultum princeps egiſſe videbatur, ab eo ſtatim publici decreti transgreſſore, mulctam petierunt: Ea autem continuo ſoluta à ſuſcepta eousq; actione non deſtitit, donec lege abrogata, ſenatus juxta principis voluntatem, Ducarium inſtaurandum cenſuit. Atq; ita veteri opere disjecto, ſumptuoſius aliud cœptum eſt erigi. Alia quoq; incendia Venetiis plura accidere ingentia, ut in Rivalto, de quo etiam ibidem Juſtinianus, Item 18. Cal. Octob. Anno cIↄ. cccccc. LXIX. in armamentario, quibus extinguendis aqua marina, neutiquam profuit, &c. Hæc de recentioribus ſtupendæ magnitudinis & ſtructuræ navibus Ægypti, & aliorum Regum, ad luxum potius & oſtentandas opes, paratis, ſcripſere, in alium commodiorem locum.

Cap. 26. Cent. 1.

Hiſt. Venet. lib. 6.

CAPUT XXVIII.

De tormenti bellici, quod Bombarda vocatur, origine, violentia & impetu.

NOtum eſt tormenti genus, quòd à ſono horrendo Bombarda vocatur ejusque uſus tam in oppugnationibus & propugnationibus munitorum locorum, quam in præliis, cum pernicie generis humani, nimis fre-

frequens eſſe cœpit. Ejus autem tantum impetum eſſe experientia teſtatur, [illegible] quicquam ab ejus violentia tutum conſiſtere poſſit. Hujus bellici inſtrumenti faciem & formam ita deſcribit Franciſcus Patricius: Conflatum fuſumq; æs in ſubjectum ſcrobem, cui archetypus, inſtar columnæ ſubeſt, per canaliculum funditur, in cujus medio cavum relinquitur. Ad tertiam quartamve totius partem, clauſo fundo, ore autem patulo, id cavum circa imam partem, argutum eſt; deinde pari ambitu, ad os usq; creſcit, imum illud pulvere completur, ex nitro, ſulphure, ſalignoque carbone contuſo, deinde populneo cuneo, intus vecte ſtringitur, lapideaque pila, quæ ambitum lati oris implet, ad cuneum uſque adigitur. Tum parvo foramini, quod ad imam partem exterebratum eſt, ignis candenti ferro admovetur: clauſus ille pulvis, incendium tanta vi concipit, ut exacto per vim cuneo, pilam emittat tanto conatu, tanto tonitru, tanto concuſſu, ac turbine, ut vix majora credas fulgura, quæ attritis nubibus è cœlo decidunt, quibus integras turres deturbari, & montium vertices concuti ac collidi cernimus, Nec ulla ex parte huic machinæ conferendus eſt antiquus aries, qui à forma proni arietis nomen accepit, quique reciproci ictus frequentia, colliſis muris, rimiſque fatiſcentibus ſtructuras omni ex parte laxabat. Vires etiam inferiores habebat aries, & difficilius ad muros adigebatur. Pulchra ſane hæc eſt deſcriptio Patricii, poſt Bartholomæi Faccii, quæ non minus elegans & diligens eſt: Sed audiamus quoque alteram magis perſpicuam, & de authore hujus machinæ. Ita enim Steph. Forcatulus ſcribit: Germanis tribuitur inventum machinæ expugnatricis globos igneos ejaculantis, impulſu incenſi pulveris, tonitru quoddam terreſtre ſimulantis, niſi quod non tantum terret, ut tonitru, ſed etiam perimit, convellit, deſtruit. Adeo nihil peſtilentius urbibus eſt obſeſſis, vel ſalutarius, dum obſidentes arcentur, & miſſilis ignis regeritur. Quid enim natura boni dedit hominibus ſine aliquo malo? Duo præcipua elementa, aqua & ignis, hoc patefaciunt, quibus vita maximè fovetur, & maximè perditur, abſorptis urbibus, nedum hominibus. Quibus etiam conſtat exitialis ille pulvis, concinnato nitro, ſulphure, aqua vitali, & quod caput eſt, ſaligno carbone, &c. Et paulo poſt: Veriſimile eſt Deum, ſingulari quodam judicio, ſiviſſe tam perniciosum tormentũ recenter reperiri, idque à Chriſtiano homine, ut mutuo terrore affecti mortales, nec viribus ita confidentes, facilius alerent concordiam, & bella deteſtarentur, incerti & mortiferi ictus timentes aleam: tantum abeſt, ut virorum virtus hâc ætate perierit, ſicut olim queſtus fertur, Ageſilao Rege ſatus, Archidamus, teli novum genus è Sicilia allatum demiratus, cum potius hodie non niſi audacibus & fere deſperatis ſit præliandum, inter grandines flammarum. Teutonicum vulgo fatemur inventorem, eumq; nomine Bertoldum Schvvartzũ, vitæ mo-

De regno lib. 7. tit. 8.

De geſt. Alphonſ. lib. 6.

De Gallor. Imperio & Philoſ. l. 4.

Lib.2. c.6. Æneid.9. v.9. naſticæ, aut certe ocioſæ, &c. De inventore autem hujus violentæ machinæ, alii alia ſcribunt. Virgilius Polydorus, & Sabellicus, teſtantur Bombardam novitium inſtrumentum eſſe, & à Germano homine ignobili, inventum, quem id pro mercede accepiſſe ait, ut nomen ejus perpetuo occultaretur, idque in hunc usque diem ignorari. Polydori verba ſunt hæc: Fertur homo ad exitium humanum natus, ſervaſſe aliquando domi in mortario pulverem ſulphureum, cujusdam medicinæ faciendæ cauſa, illudque texiſſe lapide, ac inde contigiſſe, ut dum ignem ex ſilice prope excuteret, ſcintilla intro occiderit, ſubitoque flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit, & illum ejus rei caſu doctum, poſtea facta ferrea fiſtula, & pulvere confecto machinam reperiſſe, &c. Nonnulli, ſicut veroſimilius eſt, arbitrantur, Chymicum illum inventorem fuiſſe, illumque ex illa arte, medicamentum parare voluiſſe, & adhibuiſſe ſulphur ſublimatum, vel flores ſulphuris. Inde facilius ex natura elementorum, quum ea vacuum pati non poſſit, pulverem illum tormentarium, & deinde machinam ipſam reperire potuiſſe. De inventore autem pulveris pyrii & Bombardarum extat tale epigramma Joannis Pincieri Medici eximij:

Dum parat humano generi Chymiſta medelam,
Sulphura Mulciberis vi ſale miſta coquens:
Mulciber oſtendit mortalibus acre venenum:
Quo nullum leto corpora plura dedit.
Quæ latuere alios, Munſterus nomina ponit,
Bertholdumque vocat, nomine reque Nigrum.

Quomodocunque autem ſeſe res habeat, etſi de inventore hujus pernicioſæ machinæ, non admodum ſolicitus ſum (ſatius enim fuiſſet eam nunquam repertam eſſe) tamen in hiſtoriis, de Indis Orientalibus legimus, hoc tormenti genus, cum pulvere nitroſo, ſicut & ars typographica, Chinenſibus multis ſeculis antequam noſtratibus, cognitum fuiſſe, magnamque copiam machinarum harum ibi reperiri: Quod quidem potius libenter credere, quam cum moleſtia experiri, malo. Utrum autem illa machina fulminans, vel non diſſimilis, etiam apud Romanos in uſu fuerit, habeo cauſas non inanes, vel exiguas dubitandi. Conceſſo enim, quod Caligula machinam diverſam habuerit, qua tonitrubus obſtrepuerit, ac contra fulgura fulguraret, ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculabatur, ſemper Homericum illud addens. TOLLITO ME, VEL EGO TE: Sicut Dio ſcriptum reliquit: De ſimili machina etiam Virgilius ſcribit:

Lib.19. Lib.6. Æneid.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iovis, & ſonitus imitatur Olympi, &c.

Demens,

Digitized by Google

Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum curſu ſimulabat equorum.

Ex Servio quoque commentatore ſuper hunc locum cognoſcitur, aliud genus machinæ id fuiſſe, dum ſcribit: Salmoneus Æoli filius fuit non regis ventorum, ſed cujusdam apud Elidem, ubi regnavit, qui fabricato ponte æneo, ſuper eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua, & in quem fuiſſet jaculatus facem, eum jubebat occidi: ideoque ictum fulmine à Jove, & gravia pendere apud inferos ſupplicia, fingunt. Concedo, inquam, iſta omnia, ſed cupio erudiri, quales machinæ illæ Romanorum, vel tormenti genus bellici fuit, quod Suidas πετρόβολον nominat. Ac illis inſtrumentis terribilior erat ſtridor, & eorum qui feriebantur ſtrepitus. De iis ita ſcribit Fl. Joſephus, *De bello Iudaico l. 3. c.* quibus uſi illi ſunt in oppugnatione Jotopatæ, Urbi Galileæ, ubi dicit: Miſſaque machinis ſaxa, & murorum minas (forte pinnas) auferebant, & frangebant angulos turrium, virorum autem nulli tam fortiter conſtipati erant, ut non usque ad extremam aciem ſaxi magnitudine ac violentia ſternerentur. Sciet autem aliquis, hujus machinæ vis quantum valeat, ex his quæ illa nocte contigerunt. In muro cuidam ex circumſtantibus Joſepho, ſaxo percuſſo, caput avulſum eſt, ejusque ad tertium ſtadium, veluti funda excuſſa calvaria. Interdiu quoq; prægnantis fœminæ, transjecto utero, ad dimidium ſtadium infans abactus eſt, tanta tormento vis fuit. Et deinceps idem auctor ita ſcri- *Lib. 6. c. 7.* bit de oppugnatione urbis Hieroſolymitanæ: Singula ſaxa talenti pondus æquabant, & ultra ſtadij modum torquebantur. Ictus autem non ſolum primis, quos offendiſſet, ſed aliquando poſterioribus quoque intolerabilis erat. Quæſivi de his machinis in libris Poliorcetiκῶn, ſive de machinis, tormentis & telis, doctiſſimi Lipſij, ſed utrum ſimilis machina, ex qua directa linea, & non ab alto, ſemicirculari motu & impetu tantæ molis ſaxa, & tam longinque jaculari poſſint, ibi inveniatur, haud ſcio. Quare mihi in mentem venit, machinas forte tales illas fuiſſe, quas noſtra lingua, Steinbüchſen/vocamus. Quarum uſus frequens adhuc eſt, & in armamentariis paſſim conſpiciuntur. Qualis præterea fuit illa machina Regis Perſarum Choſrois, quæ à Joan. Tzetze deſcribitur, & ita è Græco à Paulo Laciſio Latine verſa eſt:

Choſroes Rex erat Perſarum in temporibus Heraclei,
In Palatiis ſuis circa Perſida,
In laquearibus cœlum habens fabricatum,
Ex quo tonitrua & fulmina, machinatiq; imbres,
Convivio exceptis legatis erumpebant, ad ſtuporem:
Septem autem tempora bellans Heracleus cum Perſis
Fodiens Perſidem univerſam, igneq; vaſtans & incendens,

 Etiam

Etiam igniferum cœlum exuſſit illud,
Cum Choſroe univerſis, quæ dixi, Palatiis.

Lib 31. c 10. Cæterum nitrum etiam Plinij temporibus notum fuiſſe, conſtat ex ipſius ſcriptis ubi dicit, quercus cremento nunquam multum factitatum eſt, In ſuo itinere Babyl. & jam pridem in totum omiſſum. Ex quo colligit Leonhardus Rauvvolfius, pulverem iſtum tormentarium etiam olim in uſu fuiſſe, ubi recenſet, quod aliquot molendina, ubi pulvis ille conficitur, ſed alia ratione, quam Cap. 67. cent. 1. apud nos, in Euphrate viderit. Allegavimus etiam antea ex Arioſto hiſtoriam, quomodo hanc machinam deteſtetur. Illa autem hiſtoria de Cimoſco Rege Friſiæ, & Biremo Zelandiæ Regulo, filiaque Comitis Holandiæ Olympia, & quod Zimoſcus ille ictu ſclopi patrem Olympiæ, cum duobus filijs ſuis transverberarit, atque illo ſclopeto contra Comitem Flandriæ Rolandum in duello uſus fuerit, ſed errarit, ideoque à Rolando gladio interfectus, illaque bombarda in abyſſum maris demerſa, ne in perniciem aliorum bonorum amplius uſui eſſe poſſet; hanc, inquam, hiſtoriam, deſcribit late Cornelius Kempius, ad quem lectorem plura cognoſcendi avidum De origine & ſtatu Friſia l. 2. c. 20. remitto. Addit enim ibi, ſe ideo ea recenſere, ut demonſtret, artē illam bombardarum, non Moguntiæ primo ſupra centum annos, ut quidā aſſerunt, ſed à prædicto Rege Friſorum à priſcis temporibus adinventam, & adducit teſtimonium Munſteri, dicentis, bombardas anno Chriſti cIↄ. ccc. LIV. apud mare Danicum in uſu fuiſſe, primumque inventorem fuiſſe Chim[illegible]cum, &c. De noſtratibus autem tormentis bellicis vel bombardis eſt elegans ænigma Jacobi Torelli Fanenſis: cujus tamen nonnulli Collenucium auctorem faciunt. Sed ſive hujus, ſive illius ſit, illud adſcribere operæ pretium duxi:

Vulcanus genuit: peperit natura: Minerva
Edocuit: nutrix ars fuit atque dies:
Vis mea de nihilo: tria dant mihi corpora paſtum:
Sunt gnati, ſtrages, ira, ruina, fragor.
Dic hoſpes quid ſim? num terra aut bellua ponti?
Aut neutrum? aut quo ſim facta, vel orta loco?

Alterum epigramma vel ænigma de hoc monſtro ad internecionem hominum, & deſtructionem ædificiorum invento, eſt Julij Cæſaris Scaligeri:

Tota gula eſt, tota eſt porrecto pectore roſtrum:
Multipedes pedibus monſtra duobus agunt:
Ferrea vox, qualem ſibi quondam optavit Homerus,
Si tamen audiſſet, nollet habere ſibi:
Ut ricino, nullus poſtrema eſt exitus alvi:
Sed ſaturo, quod non ſuſcipit, ore vomit.

Lon-

Longo ſane tempore bombardarum uſus tantum in oppugnandis & defendendis urbibus & munitionibus, frequens fuit: Barbadicus vero Venetæ claſſis præfectus ſingulos lembos ac triremes, binis his machinis armans, Genuenſes inſultantes, novo commento vehementer terruit, primusque ſpecimen edidit, volante igne belligerandi. Bartholomæum præterea Coleonem, qui viginti amplius annis Venetorum copiis cum Imperio præfuit, primus omnium in bello, quod adverſus Mediceæ familiæ principatum à Florentinis exulibus in Galliæ togata excitum eſt, inſtituiſſe dicitur, Jovius ſcribit, ut tormenta adverſus hoſtium aciem emitterentur, quum antea in expugnandis tantum, defendendisque urbibus uſui eſſe ſolerent. Spingardas, inquit, ita vocabant, minora tormenta tricubitalis longitudinis, quæ glandem pruni majoris magnitudine violenter effunderent. Hæc parvis curribus inſerta, poſt acies advehi, & ſigno tuba dato, quo ſua agmina relicto intervallo, hinc atque illinc panderentur, in oppoſitos hoſtes, dirigi jubebat. Quo invento, ad Ricardinam Bononienſis agri hoſtilem aciem ita perterruit, ut quum Spingardæ pila, Herculi Ferrariæ principi calcaneum deterſiſſet, maligno & barbaro more Coleo feciſſe diceretur, qui viros fortes, gladio atque haſta pro virtute & gloria dimicantes inuſitata atque horribili pilarum procella, ſternendos curaret. Ea enim humanitate milites, ducesque extra cruorem per id tempus in Italia depugnabant, ut eo prœlio, funalibus accenſis, quum nox ingrueret, amplius quatuor millia cataphractorum equitum admirabili ridendaque hodie ſpectacula contentione concurrerint. Recte ſcribit bella illa ſuperiora, ſi cum noſtris hoc tempore conferantur, propemodum ludicra videri poſſe. Nam non ſolum arma tam defenſiva, quam offenſiva, mutata, & ad accelerandam mortem, atque interficiendos homines, pernicioſâ arte inventa ſunt, verum etiam tormenta illa bellica tam majora, quam minora, frequentiore in uſu, quam antea, eſſe cœpere. Inprimis autem recens inventum eſt, ex illis majoribus baſiliſcis & colubrinis, candentes globos in aggeres & munitiones firmiores jacere, qui non ſolum ignitâ vi acrius penetrant, ſed repertâ materiâ incendia excitant. Eorum uſus admodum utilis fuit Stephano Regi Polonorum fortiſſimo, quum ſuperioribus annis cum Moſco bellum feliciter gereret. Ita enim de illis igneis telis ſcribit Reinoldus Heidenſteinius; Bockeſius primo tormentis quatere arcem (ea fuit Sapolotta) inſtituit, quod ubi minus ſuccederet, propterea quia cum ex materia conſtarent, potius perforarentur aliquibus in locis muri, quam ſternerentur, candentes globos jacere cœpit. Genus id incendiorum in ſuperiorum temporum diſſenſionibus civilibus Ungariæ à Rege ipſo inſtitutum: cum ea, quæ ab aliis ex diverſis incendiorum nutri-

In elogio Illuſtr. viror. lib. 3.

De bel. Moſcovit. lib.

nutrimentis excogitata eſſent, magis ad ſpeciē & terrorem cōparata, quam magnam ad inflammandum vim habere videret. Globi igni excocti, dum plane eum imbiberint, ita in tormenta mittuntur, ut inter eos & pulverem tormentarium juſtum ſpacium arenâ aut cinere primum, inde recenti ac humidâ herbâ compleatur, ne pluris ignem ex globis rapere, ab ijsque inflammari poſſit. Itaque ij adverſus muros, ejiciuntur, quæ res quod globi lignis impacti diutius lateant, eandemque ob cauſam non tam facile, atque flammâ opprimi poſſint, magnum ad incendia excitanda uſum habent, eaque ratione Pharum Gedanenſium Rex exuſſerat, &c. Periculoſum ſane inventum præſertim ijs, qui huic rei tractandæ præfecti ſunt. Illos enim cautiſſimos eſſe oportet, ut dum alijs nocere volunt, ne in ipſosmet damnum recidat. Poſtea vero quum duce Mieletio regij milites in eodem bello iſtorum globorum ardentium ſubſidio Soccolum munitam arcem expugnaſſent, & præſidiarios fere omnes militari impetu & furore trucidaſſent, atque militum fotariæ pinguedinem ex obæſioribus Moſcis, ad varios uſus ſanandi excidiſſent, Moſcus epiſtola quadam ſua ad Regem ſcripta inter alia, cum hoc, tum quod candentibus globis in oppugnando uſus eſſet: alterum tanquam immane crudelitatis facinus: alterum quaſi non virtute atque acie, ſed artificio quodam contra ſe niteretur, Regi exprobravit: ſicut ibidem Heidenſteinius commemorat. Tanta vis eſt nitroſi iſtius pulveris, ut natura non ferente vacuum, pugnantibus inter ſe calido & frigido, omnia convellat & diſrumpat: ſicut idem Heidenſteinius commentum artificioſum à Johanne Oſtromeccio præfecto tormentorum excogitatum, his verbis recenſet: In arce ferrea duodecim tubos ſclopetarios, quo citius rumperentur, ex induſtria tenuatos, ordine diſpoſuerat, eosdemque ſubtiliſſimo pulvere, ac arcam ipſam impleverat, in medio cum ſclopeti partem, quæ rota atque incumbente ſilice ignem ad pulverem incendendum elicit, tenſam paratamque conſtituerat. Arca ea in ligneam ciſtam impoſita, fibulam quæ attracta, rotam luxare, ignemque excitare ſolet duabus chordis, una ad inferiorem igneæ ciſtæ fundum, altera ad ipſum ferreæ ciſtæ operculum alligarat; eâ ratione, ut ſive ferreā arcam ex lignea quis eximeret, ſeu ipſius ferreæ tectum moliretur, neceſſario utraque re pulvis inflammaretur, tubisque atque arca ferrea fracta, adſtantes percellerentur. Hac ſubdola machinâ, ſub alio prætextu ingenioſo ad Suiſcium præfectum Pleſcoviæ miſſa, parum abfuit, quin interficeretur. Nam dum illam ciſtam ligneam Moſci aperire conarentur, fibula convulſa, pulvereq; inflammato arca ferrea, ac tubis disjectis, non modo adſtantes omnes diſſipavit, verum tecti etiam pars aliqua vi ignis ac fractorum ferramentorum convulſa eſt: præ cæteris autem

De bel. Moſcovit. lib. 5.

autem maximè inſignes Choroſtinus Palatinus & Coſecius periere. Quod Suſcium movit, ut contumelioſis literis Samoſcium ad ſingulare certamen provocaret, qui tamen comparente Samoſcio, in deſignato loco, non comparuit. Similis machina cum tubis & pulvere tormentario à nonnullis Italis, inventore Lanfranco Fontano, nobili Mutinenſi, vindictæ cupiditate excæcatis, quum eſſem in Italia, ad interimendos adverſarios excogitata eſt, quæ in formam ſcatulæ, in qua ſaccharum & dulciaria condiuntur, inimicis ſuis miſſa, unum ex eis aperta, cum uxore & liberis interemit. Reliquarum irritus exitus deprehenſo dolo fuit. Vidi autem formam ejus ex tenui ligno, miro dolo & calliditate confectam. Claudam hoc de bombarda caput luſu poetico duorum amicorum in eandem pluribus hiſce inter ſe diſtichis, aliquando concertantium:

I. Εἶκ' ἄγε Σαλμονεῦ, μιμησάμενε φλόγ' Ὀλύμπου
καὶ βροντὴν δεινὴν μείζονα σοῦ μοναχός. Hoc eſt:
Cede age Salmoneu, flammas mentite polares,
Et tonitru: Monachus dira magis reperit.

II. Βροντῆς καὶ στεροπῆς μίμημα πίνος μοναχοῖο,
παμπλείστας ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγω. Hoc eſt:
Inventum Monachi, tonitruque & fulgura cœli
Æmulor: innumeras ad Styga mitto animas.

III. *Sum Monachi luſus: dirum mortalibus ignem*
Evomo: bombo imitor tela triſulca Iovis.

IV. *Horriſonum tonitru mentitur nata cuculla,*
Quando globum longe pulverulenta jacit.

V. *Fiſtula feralis, comes eſt mihi vitaque morsque:*
Mors hoſti domini: vita meo domino.

VI. Τὴν χαλκογραφίην βομβάρδην τ' ἔσχατος αἰὼν
ἐν ἄχει· τὴν ὄφελος μὲν μέγα, τὴν δ' ὄλεθρον. Hoc eſt:
Cum chalcographia bombardam ætate ſenecta
Orbis habet: quarum hæc quam mala, tam illa bona eſt.

Caput XXIX.

De gladiis & clypeis.

Diſſeruimus antea de gladiis & clypeis, quæ duo arma partim offenſiva, partim defenſiva, veteribus præ cæteris curæ fuerunt. Inter alia autem mentionem fecimus gladii fortiſſimi illius herois Rolandi, Caroli Magni ſororis filii, cui peculiare nomen Durandano, vel Durandalo, à duricie forte fuit, nec non etiam Regis Britonum, Arturi, cui Cale- Cap 76. cent. 1.

burno nomen fuit, quo gladio, ajunt, eum interfeciſſe gigantem miræ magnitudinis, in monte Michaelis, quia rapuerat Helenam, neptem Ducis Hoeli, nec non & Rithonem alium gigantem immanem, in Aravio monte, qui ex barbis Regum, quos peremerat, fecerat ſibi pelles, & mandaverat Arturo, ut barbam ſuam diligenter excoriaret, ut eam in honor[illegible]

In hiſtoria Britannia lib. 10. c. 3. jus cæteris anteponeret, ſcribit Godfredus Monumentenſis. Etſi [illegible] nonnunquam veteres rudi illo ſeculo hyperbolas, fabulis non [illegible] in decantandis laudibus heroum admiſcuerunt: tamen ex ho[illegible] quod heroes illi tormentis & telis neglectis, gladiis ſuis quibus [illegible]titudo exercetur, maxime confiſi ſunt. Sicut quoque Janvillæus Se[illegible]

In hiſtoria vel chronico Ludovici IX. lus Campaniæ, de Ludovico Rege Galliæ IX. & in numero Regum XL[illegible] quem poſt mortem Sanctum nominarunt, ſcribit, eum in conflictu [illegible] o acerrimo, quem cum Saracenis in Ægypto habuit, gladio Alemanico ſtre-

Lib. 10. nuè rem geſſiſſe. Eodem modo Oſorius de Iſmaele Rege Perſarum ſcribit, eum in venatione, quam legato Regis Luſitaniæ exhibuit, adunco gladio multas beſtias in duas partes uno ictu diſſecuiſſe, & quandam ſecundum longitudinem uno tantum vulnere diſcidiſſe: Erat enim, inquit, ſumm[illegible]ribus, & ſingulari in armis dexteritate præditus. Tandem cædendi labore defatigatus, reliquis, ut beſtiarum ſtragem ederent, permiſit. De Attila præ-

De reb. Geticis c. 35. terea ita ſcribit Jornandes: Addebat ei confidentiam gladius Martis in[illegible]tus, apud Scytharum Reges ſemper habitus, quem priſcus hiſtoricus [illegible]fert occaſione detectum. Quum paſtor quidam gregis unam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inveniret, ſolicitus veſtigia cruoris inſequitur: tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incautè calcaverat, effoſſumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur ſe totius mundi principem conſtitutum, & per Martis gladium poteſtatem ſibi conceſſam eſſe bellorum. Turci ſane in hodiernum diem multa ſtupe[illegible] gladio Alis, quem Sulficarem nominant, fabulantur, ſicut in ipſo[illegible]libus, opera Leonclavii noſtri editis, invenitur. Narrant enim, quoties [illegible]

Hiſtor. Muſulmana l. 1. gina ab Ali educeretur, ita ſe diviſiſſe, ut geminus efficeretur, cu[illegible] longus, & Alim eo contra Gauros (ita Chriſtianos contemptim [illegible]nant) utentem, ab utroque latere non aliter ac ſegetum meſſores pro[illegible]nere ſolitum, ac montes etiam, ſive ſcopulos, eo diſſecuiſſe. Pergit aute[illegible] ibi ita Leonhardus: Mos ibidem apud Turcos inolevit, ut in mili[illegible]bus ſignis Muſulmanorum hic Alis acinax, ſive Sulficar, velut inauſp[illegible]tus Chriſtianis, fauſtus ipſis, exprimatur. Solent præterea quædam am[illegible]leta, tam pro ſe, quam pro ſuis equis, confecta per Hozzas & Taliſm[illegible] ſive Sacerdotes, equorum collo appendere, quum in hoſtem itum ſu[illegible]

ce

certò perſuaſi, ſe tutos iis adverſus hoſtiles ictus eſſe. Schidæ oblongæ ſunt, & inſtar rotularum, quas vocant, convolvuntur, preceſque magicas & ſuperſtitioſas continent, & Alis mentione nunquam carent. Hujus generis anulotum (maili & nuſca dicitur) videre memini, cui hæc verba inſcripta erant: Jafeta, jafota, ille Alva ſeiſe, illa ſulficar, id eſt, prodire de vagina debere acinacem, qui Alis acinax ſive Sulficar ſit. Imperatores ſane Turcici, gladio ſuo, juramenta cum aliis aſſeverationibus ſacris, confirmare ſolent, ſicut Mahometes in obſidione Conſtantinopolitana, ad incitandos ſuos milites, longiori obſidione pertæſos, fecit. Non tantum enim jejunium inſtituit, verum etiam juravit per immortalem Deum, perque quatuor millia prophetarum, per Mahumetem, per animam patris, per liberos, per ENSEM, quo cingebatur, toto triduo civitatem militibus diripiendam daturum: Quod expugnata urbe, etiam præſtitit. Omiſſis autem iis profanis, veniamus ad ſacra. Sane Judas Macchabæus gladium Apollonii, in prælio interfecti, relictis aliis ſpoliis, elegit, eoque, quamdiu vixit, in bello, pugnando contra Aſſyrios, hoſtes Judæorum, uſus eſt. Gladius quoque in ſacris literis ſæpiſſimè pro pœna ponitur, ſicut Benedictus Arias notat. Illi verò, inquit, tres exercitus Dei plerunque in expeditionem ad ulciſcenda publica ſcelera, ducuntur: gladius, fames, & peſtis, ſicut ſcriptum eſt: Et relinquam ex eis viros paucos gladio, fame, & peſtilentia. Atque gladium quidem hominibus armatis exercere ſolet Deus: Famis verò afferendæ complures acies ſunt, in quibus unum genus locuſta eſt, cujus ducem ſeipſum Deus appellat, ſicut ſcriptum eſt: Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra ejus, quia fortia, & facientia verbum ejus, &c. Sed in materia gladiorum pergamus. Seneca gladium bonum eſſe dicit, non cui deauratus eſt baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. At qualis obſecro fuit ille gladius ſacer, Johannæ, vel Janæ, quam vulgo puellam Tulleuſem vel Lotharingicam vocant, quem ut Steph. Forcatulus ait, neglectum & jam rubigine obductum, latentemque inter ſcuta quædam, & tela veliſſima, in fano Catharinæ agri Turonici, nullaque in re amabilem, niſi quod floſculis lilii inſculptis perplacebat, invenit, inque Anglos vibravit, donec ejus auxilio illis multis prœliis victis, Carolum VII. in regnum amiſſum reſtitueret. Natam ſcribunt illam viraginem obſcuro genere in Barrenſi Ducatu, Jacobo Darco patre, ac Iſabella matre, quæ tamen, dum in obſidione Compendii eruptionem facit, ab Anglis capta, & Rotomagi, tanquam venefica, (falſò ut putatur) viva exuſta fuit. Admirandum eſt, quod Micquellus ſcribit, pirum arborem,

Lib. 1. Macchab. c. 2.

In lib. Ioſeph. ſive de arcano ſermone.

Ezech. 12.

Ioel. 2.

Epiſt. 76.

De Gallor. Imper. & Philoſoph. lib. 7.

Digitized by Google

De obſidione Aurelianæ urbis & reb. geſtis Ioanna.

ſub qua illa, paſcens gregem patris, ſederat, & vocem cœleſtem, ut Carolum Regem adiret, audiverat, neque cariem, neque vetuſtatem ſentire, neque fulmine tangi, neque pluvia, grandineve, aut nive intingi. Ut autem tandem primum membrum hujus capitis concludam, experientiam teſt[illegible] habemus, licet tormenta majora, & ſclopetarii, ſæpenumero in præliis hoſtibus valde nocuerint, tamen in iis ſpem victoriæ non ſemper c[illegible]lo[illegible]dam eſſe. Hoc multis exemplis demonſtrare poſſet. Ideoque gladii [illegible]modi conflictibus magis commendantur, præſertim in ſtatariis præli[illegible]. Id

In 3. orat. de bello adverſus Turcas.

movet Johannem Sturmium, quod ita dicat: An non Hiſpani ſu[illegible] palam maximopere nituntur & confidunt? Julianus, Caroli Cæſaris, atque [illegible]am Philippi filii, præfectus peditum, quem bello Proteſtantium, in G[illegible]lia, ſingulari prælio vincere alterum Hiſpanum, qui ad Regem Galliæ transfugerat, vidi, quum ipſe Regi Angliæ Henrico VIII. militaret: Is, inquam, Duci Sabaudiæ confeſſus eſt, ſe ſæpe ad ſpeciem ſolere uti ſclopetariis, non ad neceſſitatem, ſed poſt primum impetum aciem hoſtium ſubiiſſe celeriter; & abjectis fulminalibus, gladiis comparaſſe victoriam, neque unq[illegible] hac ratione fruſtra pugnaſſe. Henricus ſanè IV. Rex Galliarum nunc [illegible]gnans, hoc ipſum ſæpius in conflictibus acerrimis, feliciter expertus eſt, [illegible] gladiis celeberrimas, contra pugnaciſſimos hoſtes victorias conſecutus eſt. Idipſum indicare voluit olim Lacon quidam ſagitta percuſſus, quum [illegible]mam ageret. Non me movet, inquit, quod morior, ſed partim, quod [illegible] belli ſagittario ac mulierculæ ſimili; partim quod nullo facinore edito mo[illegible]rior. Hæc querela eo ſpectavit: Victis ſolere eſſe ſolatio, virtu[illegible] præſtantis viri cadere. Lacedæmonii vero quoniam enſibus pugnare ſo[illegible] *omin[illegible]s*, non putabant eſſe virtutis, procul miſſa ſagitta quempiam int[illegible]ere, quod idem poſſunt & fœminæ. Tum æquiore animo decedunt e vita, qui recte factorum poſt ſe relinquunt memoriam. Quod ad clypeos, quæ eſt ſecunda pars hujus capitis, attinet, antea diximus, eos præſtantiores qua[illegible] dios ideo habitos olim fuiſſe, quod prior ſui tegendi, quam hoſtis l[illegible] cura habenda ſit. Ideo autem ſtatuerunt veteres pœnam militi, qui c[illegible] vel ſcutum in prælio projeciſſet vel amiſiſſet; eos vero, qui gladiu[illegible] ſtam, nulla afficiebant pœna, ut oſtenderent, annitendum eſſe, ne q[illegible]trimenti patiamur potius, quam ut vulnera hoſti inferamus. [illegible]ocirca Romani non dexteram militari annulo donabant, ſed ſiniſtram, qua clypeo hominem tegebat. Et ob hanc cauſam clypei, in quibus eſſent majorum imagines, à veteribus Romanis dedicabantur, ſicut cum in aliis veteribus

In famil. Rom. Æmiliæ.

monumentis extat, tum in inſcriptione hac Nepeſina, quam Antonius Au[illegible]ſtinus ita ponit:

NESTO-

NESTORI
AUG. NEPETE
HIC LUDOS FECIT
ET DEDICATIONE
STATUÆ PATRONI
QUAM IPSE POSUIT
ET CLYPEI SUI ITERUM
MUNECIPIBUS NEPESINIS
EPULUM DEDIT.

Germanicis præterea legibus militaribus continebatur, teſte Tacito, quod ſcutum reliquiſſe præcipuum flagitium, & huic ignominioſo, neque aut ſacris adeſſe, aut cœtum conciliumque adire fas eſſet. Quare multi ſuperſtites, bellorum infamiam laqueo finierunt. Quo etiam lex Lycurgi ſpectat, *Val. Max. lib. 3. c. 2.* quæ præcipiebat pugnaturis contra hoſtes, aut redire domum, relato clypeo, aut contra hoſtem ſtando, ſuper clypeum occumbere. Idipſum movit Epaminondam Thebanorum fortiſſimum ducem, quum in prælio lethaliter vulneratus eſſet: Primum ut quæreret an ſuus clypeus eſſet ſalvus, deinde an Thebani viciſſent, quæ poſtquam ex animi ſententia comperit; Non finis, inquit, commilitones, vitæ meæ, ſed melius, & auctius initium advenit. Nunc enim veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur; invictus enim morior, & educto ferro, protinus efflavit animam. Recte itaque Lacon cuidam percunctanti, quam ob cauſam apud Spartanos, qui ſcutum abjeciſſent notarentur ignominia, & infami vocabulo Rhipaſpides appellarentur, qui galeas, aut thoraces, non item? reſpondit, Quoniam hæc ſuâ ipſorum cauſâ gerunt; ſcutum vero communis exercitus gratiâ. Significans unicuique pluris eſſe faciendam communem utilitatem, quam propriam. Qui galeam, aut thoracem abjecit ſeipſum prodit tantum, & exarmat, qui ſcutum abjecit, prodit univerſam phalangem. Nam obtentu clypeorum tota acies tuta eſt adverſus [illegible] jacula. Idipſum movit eundem Epaminondam, quod obeſum & corpulentiorem ab exercitu ſubmovendum cenſeret: Ejus enim ventrem vix [illegible] aut pluribus ſcutis tegi poſſe. Poſtremo locus eſt memoratu dignus, [illegible] Franciſcum Sanſovinum, in deſcriptione Venetiarum, ubi duas columnas in marca S. Marc. deſcribit, quem ex Italico, inhærens forte nimium ver[illegible] converti. Eſt longo uſu introductum, ut inter has duas columnas, [illegible] delinquentium fiat, quod antea fieri ſolitum fuit apud S. Johannem Bragoſam: ſuper una ex illis columnis, vicino in Palatio, conſpicitur S. Marcus, in forma ærei leonis, cujus caput orientem, intuetur, quo denotatur regnum Orientale, quod Veneti olim in illa parte orbis habuerunt. In altera columna, fuit ſtatua marmorea S. Theodori An. cIɔ. ccc. xxix.

 quan-

quando in faſtigio poſita fuit S. Georgii; In hac ſtatua, notatur quaſi erratum ſit, quod habeat clypeum in manu dextera, quum in ſiniſtra ille collocandus ſit. Sed peculiari ſignificatione, ab artifice & præfectis huic operi id eo tempore factum eſt. Voluerunt enim hoc Symbolo indicare, Reipublicæ Venetæ nunquam intentum & animum fuiſſe, aliquem offendere, ſ[illegible] ſo-lum ſe defendere, contra offendentes, & propterea demonſtrat defend[illegible] cauſa manum dexteram armatam clypeo, quæ alioquin ad offendend[illegible] accommodatior, &c.

Caput XXX.

Ex luxu, deliciis & mollicie naſci ſuperbiam, ſecuritatem & tandem tàm privatarum quàm publicarum rerum perniciem, atque interitum.

Experientia ſatis ſuperque teſtatur, ex luxu, deliciis & mollicie ſ[illegible] naſci ſuperbiam, inſolentiam, ſecuritatem & arrogantiam, quæ [illegible] mox regna & urbes in manifeſtam perniciem trahere ſolent. Exemplum vetus memorabile habemus in Capua Campaniæ urbe florentiſſima, quæ cum inſolentis arrogantiæ, proterviæque vitio, laborare cœpit, exitium ſibi ipſi accerſivit. [In Agraria 2.] Teſtatur autem M. Tullius, Campanos ſemp[illegible]r fuiſſe ſup[illegible]bos, bonitate agrorum, & fructuum, magnitudine urbis, ſalubritate, & pulchritudine, ex eademque copia, & rerum omnium affluentia nat[illegible] arrogantiam, quæ alterum urbi Romæ conſulem è Capua poſtulavit, eamque luxuriem natam, quæ ipſum Annibalem armis invictum, voluptate vicit, & enervavit, &c. Eleganter igitur appellat Capuam domicilium ſuperbiæ, ac ſedem luxuriæ, atque ingenerari hominibus mores, non tam à ſtirpe generis, ac ſ[illegible]minis, quàm ex iis rebus quæ ab ipſa natura loci, & à vitæ conſuetudin[illegible]peditantur, quibus alimur, & vivimus, Atq; ita ſoli genius, ſibi ſimiles p[illegible]que colonos gignit. Hic luxus ex ſuperbia & voluptatibus natus, effecit [illegible]dem Capua, illa æmula Imperii à Romanis obſeſſ.., & fame expugnata, [illegible]tu ſecuri percuſſo, civibus reliquaque multitudine, ſub haſta venditi[illegible] urbem ac agrum omnem publicarint, eamque everterint: ita ut nunc ſpar[illegible] nihil niſi ruinæ ſtupendæ, & veluti minas ſpirantia cadavera tantæ inſole[illegible]æ & arrogantiæ ſpectentur. Eundem calamitoſum exitum, ob luxum & proſ[illegible]ritatem expertæ ſunt Sybaritæ. [lib. 6.] Sybaris enim urbs, teſte Strabone, ſita fuit ducentis à Crotone ſtadiis, ab Achæis condita, in medio duorum fluviorum Crathidis & Sybaridis; conditor ejus Iſeliceus. Tanta autem rerum pro-

ſpe-

ſp[illegible]tate urbs ea excelluit, ut quatuor vicinis gentibus imperarit, & viginti quinque urbes dicto audientes habuerit, & CCC. hominum millia in bellum contra Crotoniatas eduxerit, domiciliisque ſuper Crathidem ſtadia. L. compleverit. Sed luxu Sybaritarum ac petulantia factum eſt, ut LXX. dierum ſpacio univerſam eis iſtam felicitatem Crotoniatæ eriperent: Captam eorum urbem, immiſſo flumine, aquis obruerunt. De eorum autem faſtu & voluptatibus, & quomodo equitatus eorum à Crotoniatis victus ſit, ante memorabilia recenſuimus. Quibus adjungo Smindyridæ luxum, de quo ita Ælianus ſcribit: Sybarita ille, adeo in luxuriam mollitiemque prolapſus eſt, ut cum omnes Sybaritæ deliciis vacarent, vitaque diffluerent, hic omnes longe poſt tergum relinqueret. Proinde quodam tempore, in roſarum foliis recumbens, ſomnumque in iis carpens, expergefactus dixit, ſe puſtulas ex nimia lecti duritie inflictas habere, &c. Recte itaque Ælianus ibidem dicit; Dictum vulgare & in omnes homines evulgatum, Sybaritis, & ipſi Sybari nimium luxum exitialem fuiſſe. Ego vero ea in medium proferam, quæ vulgo cognita non ſunt. Colophoniis etiam ipſis ferunt intolerandam luxuriam, perniciem & interitum attuliſſe. Etenim etiam illi ſplendidis veſtibus ſuperbiebant, & intemperantiæ menſæ ſupra modum abutentes, ad injurias contumeliasque proclives erant. Ad hæc Bacchiadarum regnum apud Corinthios, cum ad ſummum potentiæ gradum perveniſſet, tandem per immoderatam luxuriam diſſolutum eſt, &c. Ab hac mollitie & luxu fluxerunt plura proverbia, utpote Sybaritica menſa. Item συβαρίζειν, id eſt, luxu deliciisque, Suida teſte, adeo notabilem eſſe, ut quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, Sybariticum diceretur. Præterea, Sybaritæ per plateas, contra faſtuoſius ingredientes per viam, ſeſeque veluti oſtentantes. De Sybariticis autem deliciis plura ſcripſit Plutarchus, Athenæus, Ariſtophanes, & alii: in [illegible]is autem Lampridius Sybariticum convivium & miſſus, deſcribit, quibus Heliogabalus uſus ſæpenumero fuit, ad quos cupidum lectorem remitto. Paulo poſt, cum Sybaritæ ſemper novas voluptates, & gulæ irritamenta invenirent; à Crotoniatis devicti, & urbs illa luxurioſa cum ſuis voluptuariis everſa eſt, & quidem eo anno, ſicut Lampridius ſcribit, quo miſſum ex oleo & garo reperiſſent, quem ob id Sybariticum vocabant. Unde [illegible], aliud proverbium, videlicet, Sybaritica calamitas, ortum eſt quando [illegible] proviſa, & ingenti ruina & calamitate mentio incidit. Cæterum ubi luxus, inſolentia, & alia vitia, regnare conſueverunt, & veluti pro virtutibus habentur, fieri non poteſt, quin divitiæ & opes prodigaliter conſumantur, ex quo egeſtas oritur, unde varias mutationes ſequi neceſſe eſt. Non abſque ratione igitur Appius Claudius, contra Valerium à Dionyſio Hali-

car-

Priori Centur. c. 20.

Var. hiſt. c. 24. l. 9.

Lib. 1. c. 19.

In convivio ſeptem ſapientum.

In dipnoſoph.

In vita Heliogab.

Rom. anti-quit. l. 5. carnaſſeo, ita differens, introducitur: Eos qui ventri & fœdiſſimis voluptatibus indulgentes, patrimonium ſuum abſumpſerunt, dedecus & detrimentum Reipubl. exiſtimandos eſſe, & Rempubl. magnum facturam quæſtum, ſi ipſi ultro ex urbe excedant. Inprimis autem conviviorum luxuria, & veſtium, ut inquit Seneca, ægræ civitatis indicia ſunt. Hoc monuit Ariſtoteles: *Epiſt. 114. l. 5.* Fiunt, inquit, in Republ. mutationes, quum homines ſua conſumunt, prodigè viventes. Hi enim tales res novas quærunt, & aut ipſi tyrannidi imminent, aut ad eam alios vocant. Huc quoque Saluſtius reſpexit, ubi ita dicit: Hi, quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt, vetera odere, nova exoptant, odio ſuarum rerum mutarę omnia ſtudent. Eodem modo ii ferendi non ſunt, qui ob divitias, & opes inſolentes fiunt, faſtu alios deſpiciunt, & luxui atque voluptatibus ſtudent, iiſque ita ſuperbiunt, ut exiſtiment ſe aliis excellere. Etenim quemadmodum Plato, rectè & prudenter dixit: Divitias cæcas eſſe, ſine prudentia, & acutum cernere, quando ſequuntur prudentiam; ita non tam rectè, quam piè ratiocinari prudens poteſt: Divitias ſpinas eſſe, ſine pietate, roſas vero quando pietatem ſequuntur. Egregia itaque eſt doctrina de uſu & abuſu divitiarum Timothei Epiſcopi: *In oratione ad Eccleſ. Cathol.* DIVITIÆ, INQUIT, PER SE NON SUNT NOXIÆ; SED MENTES MALE UTENTIUM CRIMINOSÆ; NEC IPSÆ OPES HOMINI POENÆ CAUSA SUNT: SED DE OPIBUS SIBI POENAS DIVITES FACIUNT; QUIA DUM UTI DIVITIIS BENE NOLUNT, IPSAS SIBI DIVITIAS IN TORMENTA CONVERTUNT. Idipſum admonet graviter & ſuccinctè Eccleſiaſtes Salomonis, *Cap. 10.* ubi dicit: Riſui faciunt panem piſtores, & vinum exhilarat vitam, & pecunia reſpondet omnibus. Ubi Theodorus Beza doctiſſimus paraphraſtes hoc ita explicat: Quid homines plerique inter ea? Nempe ut ne perire quidem ſe ſentiant; hinc quidem nonnullis pinſitur à piſtoribus panis, id eſt à coquis omne cibi genus coquitur, ut procul ab omni cura paſcendo ventri indulgeant. Inde vero affatim funditur, & hauritur vinum, exhilarandis illis, quibus vita alioqui non [illegible] vita. Et quoniam iſta parari niſi pecunia, veluti regina quadam imperante, non poſſunt: Idcirco hic labor, hæc ars, hæc ſolertia eſt omnium hominum communis, pecuniam nanciſci, quam qui poſſident, omnia ſibi videntur poſſidere. Ut autem ad hiſtorias recentiores, poſt veteres, jucundâ varietate, more noſtro conſueto, redeamus, nonnulla haud vulgaria, antea adduximus, quibus demonſtravimus luxum, & voluptates non ſolum Reip. ſed etiam ipſiſmet luxurioſis, & voluptuariis, pernicioſas eſſe. Inter alias autem hiſtorias, *Prior. Cent. cap. 20.* Muleaſſis Regis Tunetorum ex Jovio recenſuimus, qui unguentorum odore in fuga agnitus, captus, & à filio excæcatus fuit. *Lib. 4. de repub. c. 1.* De quo ita ſcribit Bodinus: Hic Muleaſſes, quum ob luxum & intemperantiam

rantiam de regno dejectus eſſet, tametſi exul in Italia & Germania vagaretur, ac de opibus Caroli V. Imperatoris, in quo ſpes omnes collocarat, omnino deſperaret, nihilominus ad pavonis unius quo veſcebatur condimenta, vix aurei nummi centum ſufficiebant, ut idem Jovius ſcribit. Et ut ſuavitatem acdulcedinem, quæ ab harmonia proficiſcitur, jucundius molliusque hauriret, oculos velabat, quod duobus ſenſibus duplicem voluptatem, ſimul percipi non poſſe didiciſſet. Sed non ſine ultione divina, ferro candenti, ut dixi, oculorum humores ſenſim exſiccante, juſſu filiorum obcæcatus eſt. Eundem fructum voracitatis, & voluptatis ſenſit Uguccio Fagiolanus. Quum enim, teſte Jovio, is Lucam, ad Caſtruccium de Antelminellis, (qui poſtea à Ludovico Bavaro, Dux Lucanus, Comes ſacri Palatii Lateranenſis, & vexillifer Imperii creatus eſt) ſecuri percutiendum, maturaret, illique inter prandendum, Piſanos contra eum arma corripuiſſe, nunciaretur, nihiloque ſecius, tanquam primo nuncio parum credens, uti erat cibi capaciſſimus, & maximè vorax, per ſingulas tempeſtivi ejus convivii dapes, uſque ad bellaria conveſci pergeret, eo quidem atrocis animi decreto, ut remotis demum menſis Caſtruccium captivum ſecuri percuti juberet, atque inde Piſas ad ſeditioſos opprimendos properandi agmine reverteretur. Sed cum à ſecundis mox tertiiſque nunciis increbreſcente fama, Piſis res perditas eſſe, civitatemque miro conſenſu rebellaſſe, renunciaretur: Lucenſes ad tanti exempli nomen, pari ſtudio recuperandæ libertatis, liberandique Caſtruccii, ad arma concitantur, carcerem refringunt, vinctum adhuc compedibus Caſtruccium educunt, & quod ejus fato debebatur, principem civitatis ſalutant. Uguccio mox deſperatis rebus cum prætorianorum ſatellitum manu, ad Canem Scaligerum Veronam aufugit: à quo licet ſummo honore fuerit receptus, tamen fieri non potuit, quin in ſua calamitate, nonnunquam mordacibus dictis inceſſeretur: Ut tum accidit, quum in convivio Canis de edacibus illato ſermone loqueretur, & Uguccio ſe juvenem quaternos altiles capos, & totidem perdices, aſſos etiam hædi clunes, & elixum vitulæ infractum pectus, præter ſalſamenta, recta in cœna exedere ſolitum, narrare, Petrus Navus è Convivio vir ſalſus: non eſt, inquit, Uguccio, cur hæc à te juvene comeſta, magnum admiremur, poſtquam ſenex, nec planè dentibus inſtructus, duas urbes integras uno prandio abſumpſeris. Erat enim fama, Uguccionem, ſi ab inchoato prandio temperaſſet, ſatis in tempore ad ſedanda naſcentis tumultus initia, Piſas regredi, & utramque urbem ſibi incolumem ſervare potuiſſe. Memorabilis quoque & elegans hiſtoria extat apud Nicetam Choniatem. Alexius enim Comnenus Imperator Græcus in feſto natalis Chriſti cupiens Legatis Cæſaris Henrici VI. Friderici I. Filii, (qui ab eo Ammerigus vocatur) terrorem ſuo luxu injicere & à petitione tributi eos de-

In Elogii Illuſtr. vir. lib. 1.

In annalib. prope fin.

terrere, gemmatam veſtem induit, & reliquos omnes auratas & lati clavi veſtes induere juſſit. Quo ſpectaculo, Alemanni adeo non obſtupuerunt, ut eorum cupiditas, illo ſplendore magis etiam inflammaretur, & Græcos ut ignavos homines & ſervilibus deliciis deditos quamprimum oppugnandi occaſionem optarent. Quum autem aſtantes Romani, (ita Græcos appellat) eos hortarentur, ut gemmarum ſplendorem, quibus Imperator inſtar prati nitebat, aſpicerent, & media bruma, veris ſuavitatem oculis perciperent: negabant, Alemannos talia ſpectacula deſiderare, neque muliebria ornamenta admirari ſolere, quæ fucis flammeis, nitoribus radiantibus, viri impenſæ ſtudeant. Cæterum tempus inſtare ajunt, ut muliebribus ornamentis ſepoſitis, aurum ferro commutent. Nam ſi legatio foret irrita, nec Imperator Regis ſui, & domini poſtulatis annueret, neceſſe eos habituros pugnare, cum hominibus, qui non gemmis, ut prata niteant, neque rotundis margaritis intumeſcant, aut amethyſtis purpuræ, & auro intertextis pavonis inſtar glorientur, ſed qui Martis alumni, iræ flamma oculos ſuffuſi, non ſecus quam gemmæ radient, & totos dies ſudorem fundant, margaritis ſplendidiorem. Hucuſque Nicetas. Merito quidem, atque optima ratione, à Niceta Græco homine prædicatur contemtus luxus, & viceverſa laudatur frugalitas & vera fortitudo Alemannorum, vel Germanorum, cum experti & veterani milites adhuc rectè cenſeant: Quod quandocunque miles iturus in bellum, ornet ſe auro, gemmis, & purpura, eum plerunque afferre ſecum mortem, & vincula: Quotieſcunque vero is ferro ſplendeat, afferre ſecum victoriam, & divitias.

De Portug. & Caſtell. conjunct. l 1.

Vel, ut Coneſtagii verbis utar: Veri milites ita ſentiunt, & ſtatuunt: Eum qui veſtibus ſerico, & auro inſignibus, indutus, cum hoſte congreditur, aut occumbere, aut catena ferrea vinciri. Eum vero qui ferro armatus pugnam init, victorem, & auro onuſtum, redire.

Lib. 25. Non diſſimilem hiſtoriam recenſet Juſtinus hiſtoricus. Quum enim Galli legatos ad Antigonum Regem Macedoniæ miſiſſent, qui ſub ſpecie pacis, caſtra ejus ſpecularentur, eos Antigonus pro regali munificentia ingenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. Sed Galli expoſitum grande auri argentique pondus, admirantes, atq; prædæ ubertate ſollicitati, infeſtiores, quam venerant, revertuntur. Quibus & elephantos ad terrorem, veluti inuſitatas barbaris formas, Rex oſtendi juſſerat, naves onuſtas copiis demonſtrari, ignarus, quod quibus oſtentatione virium metum ſe injicere exiſtimabat, eorum animos, ut ad opimam prædam ſollicitabat. Itaque legati ad ſuos reverſi, omnia in majus extollentes, opes pariter & negligentiam Regis oſtendunt, referta auro & argento caſtra eſſe, & neque vallo foſſa ve munita, ſed quaſi ſatis munimenti in divitiis haberent, ita eos omnia officia militaria, intermiſiſſe, prof-

ſe, prorſus quaſi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarent auro: Hac relatione avidæ gentis animi ſatis ad prædam incitabantur, &c. Quomodo autem luxus & voluptates aliaque vitia florentiſſ. Imperium Romanum everterint, cum aliæ querelæ paſſim leguntur, tum Seneca infelicitatem ſui temporis, pluribus locis, præſertim in ſuis epiſtolis ad Lucilium deplorat. Inter alia autem ita monet. Id agere debemus, irritamenta vitiorum, quam longiſſimè profugiamus. Indurandus eſt animus & à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. Vim Hannibalis hyberna ſolverunt, & indomitum illum nivibus atque alpibus virum, enervaverunt fomenta Campaniæ. Armis vicit; vitiis victus eſt. Debellandæ ſunt inprimis voluptates, quæ ſæva quoque ad ſe ingenia rapuerunt. Epiſt. 51.

Caput XXXI.

De viciſſitudine & mobilitate fortunæ in proſperis, & adverſis rebus.

PRudenter Salomon Eccleſiaſtes prope finem Cap. IV. monet, quod nonnunquam è carcere aliquis educatur ad regnum. Alius vero in regno natus id amittat, vel ut in Paraphraſi Poetica Viviani dicitur:

Ex carcere hic ad aurea
Decore multo culmina
Tranſcendit: alius regia
De ſtirpe vitam inglorius,
Rebus in egenis tranſigit.

Hoc multis memorabilibus tam profanis, quam ſacris exemplis confirmari poſſet: Verùm omiſſis nunc aliis mihi præ cæteris notatu dignum videtur, id quod de Maſiniſſa Numida, quem Livius longè maximum omnium ſuæ ætatis regum appellat, hiſtorici tradunt, quoties enim ille, nondum favente fortuna, ad regnum adſpiravit, toties propemodum magna cum clade ſuorum, & ingenti periculo vitæ ſuæ, improſpero ſucceſſu dejectus eſt, donec ſuperatis potentiſſimis hoſtibus, regnum avitum, idque ob ejus fidem & conſtantiam in bello contra Carthaginenſes munificentia populi Roman. auctore Scipione, admodum auctum, uſque ad ſummam ætatem, quiete adminiſtraret. Primo enim mortuo Patre Gela excluſus, ſed mox recuperato regno paterno inſtinctu Aſdrubalis, qui ejus indolem & acre ingenium metueret, à Syphace Rege acie victus, & cum paucis in Balbum montem compulſus, ibidem rapto vivere coactus eſt, donec à Boccha-

re præfecto regio, viro acri & impigro, cum exercitu in vallem arctam conjectus fuit, inde cum haud quinquaginta equitibus per anfractus montis ignotos vix ſequentibus ſe eripuit. Inſequente autem ejus veſtigia Bocchare ab eo in patentibus prope Clupeam villam campis, ita veluti indagine incluſus eſt, ut cæteris omnibus præter quatuor equites, cum iis ipſum quoque Maſiniſſam ſaucium è manibus inter tumultum amiſerit. In conſpectu erant fugientis, inquit Livius, alæ equitum diſperſæ lato campo, quibuſdam ut occurrerent per obliqua tendentibus, quocunque hoſtis flectebat; amnis ingens fugientes accepit, (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgeret, immiſerunt equos) raptique gurgite, & in obliquum zelati, duobus in conſpectu hoſtium in præruptum gurgitem hauſtis, ipſe periiſſe creditus, duo reliqui equites cum eo, virgulta ulterioris ripæ tenuerunt. Is finis Bocchari ſequendi fuit, nec ingredi flumen auſo, nec habere credenti ſe, jam quem ſequeretur. Maſiniſſa in ſpelunca occulta cum herbis curaret vulnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. Ubi primum ducta cicatrix, patique poſſe viſus eſt jactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum, & cum favore priſtino & gaudio inſperato, quod quem periiſſe credebant, incolumem cernebant, fecit, ut intra paucos dies ſex millia peditum armatorum & quatuor equitum ad eum convenirent, atque non in poſſeſſione paterni regni eſſet, ſed etiam Maſæſylorum fines (id Syphacis regnum erat) vaſtaret. Irritato ad bellum Syphace cum filio Vermina, Maſiniſſam bipartita acie, è fronte & à tergo, aggreditur, cæſoque ejus exercitu, cum LXX. equitibus vix fuga evaſit, atque ad minorem Syrtim *pervenit, ibique* permanſit, donec opera, & auxilio Romanorum, inprimis *Scipionis* Africani, non ſolum patrium Regnum, ſed quoque Syphacis *hoſtis* ſui, obtineret, manſitque in fide & tutela Romanorum conſtanter uſque ad mortem ſuam, adeo ut non ſolum omnis Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem Corneliæ familiæ, atque urbi Romanæ, quam ſibimet fuiſſe. Quod etiam ex hoc apparet, ſicut Valerius Maximus ſcribit, cum centeſimum annum ætatis ſuæ relictis magnis opibus regni, & quinquaginta filiis, attigiſſet, moribundus uxori, liberiſque præceperit, unum in terris popul. Roman. & unam in populo Romano Scipionis domum noſſe, integrè omnia Scipioni Æmiliano reſervare, cum dividendi regni arbitrium haberent, quod is ſtatuiſſet, perinde, ut teſtamento cautum, immutabile ac ſanctum obtinerent.

Ab urbe condita lib. 30.

Alterum exemplum patrum noſtrorum memoria ſumi poteſt, ex vita Matthiæ Regis Hungariæ, Joannis Huniadis, Corpini Moldavi, viri excellentis, & præclaræ virtutis, & qui Turcarum fulmineus treror appellabatur, filii. Is enim, mortuo patre, ab Ladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege, ob

cæſum

cæſum Ulricum Ciliæ Comitem Regis cognatum, necato fratre ſuo Ladiſlao, in arctiſſimum carcerem incluſus, primo Budam, poſt in Bohemiam, ut ibi procul à patria quoque ad ſupplicium raperetur, abductus eſt. Verum enimvero cum ita in vinculis abſque omni ſpe, utpote neci deſtinatus, detineretur, accidit, ut Ladiſlaus veneno, uti fama eſt, ſublatus Pragæ extingueretur. Conſuetudinem is habebat, inquit Cominæus lib. 10. iis locis, cum fœmina quadam nobili, quæ graviter ferens, illum in matrimonium ducere Caroli VIII. Galliarum Regis filiam, contra datam ſibi fidem & promiſſum, in balneo pomum ei dedit, per medium cultello diviſum, qui veneno tinctus erat. Mortuo itaque Ladiſlao, Hungariæ proceres, partim beneficiorum patris Huniadis, qui ſæpius Turcorum conatus & irruptiones hoſtiles ſingulari felicitate fregerat, memores, partim Michaëlis Zilagii ejus avunculi auctoritate, nec non & Eliſabethæ Silagiæ matris fœminæ lectiſſimæ precibus & largitionibus moti: denique calamitatem nobiliſſimi adoleſcentis averruncare conantes, eum abſentem & captivum, & prope extremo ſupplicio deſtinatum in Regem crearunt. Prædixerat hanc felicitatem filii minimi natu patri ipſius diu ante Joannes Capiſtranus, qui pro ſancto viro tunc temporis habebatur, admiratus præclaram indolem Matthiæ. Cæterum electo Rege Matthia Corvino à proceribus Hungariæ, cum Rex Bohemiæ Georgius Podibracius forte cœnans, litteris & legatis hác de re, quam antea ex rumoribus tantum ſenſerat, fuiſſet admonitus, mox Matthiam accubantem ſub ſe imo loco, in honoratiorem ſupra ſe collocari juſſit. Cumque hac ſubita mutatione Corvinum inter ſpem & metum, memorem fortunæ ſuæ præſentis attonitum conſpiceret, eum bono animo eſſe juſſit. Exacta enim cœna, fauſtum & felix nuncium ſe indicaturum; quod & fecit. Nam non ſolum eum antea pacto precio redemptionis liberum eſſe juſſit (hoc enim unicum Matthias expetiverat) ſed etiam ſancito perpetuo fœdere, Regem Hungariæ ſalutavit, filiamque ſuam Catharinam deſponſavit. Quæ multiplicia bona uno tempore cumulata Matthias læto animo accepit, & gratias egit, cunctaque, quæ voverat, inviolata fide præſtiturum eſſe recipit. Habuit autem Rex Matthias non ſolum mirabilem fortunæ viciſſitudinem, antequam in Regem eligeretur, ſed in toto ſuo imperio in primis vix unquam liber ab externo & inteſtino hoſte, atque inſidiis eſſe potuit. Nondum enim plane inauguratus regno, tria bella atrociſſima cum potentiſſimis hoſtibus uno tempore eum exceperunt. Primum fuit cum Friderico Cæſare, qui coronam antiquorum Hungariæ Regum reddere recuſabat, & æmuli Matthiæ, eum ad expellendum adoleſcentulum Regem, inſtigabant: alterum geſſit cum Bohemis: tertium fuit Turcicum, quod duravit, quam diu vixit. Hæc tria bella magna felicitate & gloria perfecit, adeo ut Imperator Turcorum

rum poſt mortem Matthiæ Regis fateri non erubuerit, nullum hoſtem ſe unquam ita formidaſſe ac Matthiam. Parum autem abfuit quin id omne perpetuâ notâ ingrati & præcipitis animi maculaſſet, cum Michaelem Zilagium, avunculum & liberatorem ſuum, ex delatione obtrectatorum & invidorum inaudita cauſa cuſtodiri & necari juſſiſſet, niſi is ſingulari aſtutiâ, & fide coci ſui ex carcere præter opinionem evaſiſſet. Quare Regi nunciari juſſit, ſe plus coco, quam nepoti debere, quando alter inique in carcerem conjeciſſet, conjectum fide alter liberaſſet, ut Antonius Bonfinius refert. Eodem modo Zilagius quoque inſtabilem fortunam expertus eſt, cum in hanc calamitatem dejectus, è ſumma dignitate tam ſubito præcipitatus fuiſſet. Qui enim modo Gubernator Regis & regni habebatur, occluſus in carcere vix mortem ſibi imminentem evaſit. Extorſerant enim invidi ipſius literas regio diplomate, quibus præfectis cuſtodiæ ipſius mandabatur, ut eum extremo ſupplicio afficerent. Ii autem aulicorum mores & livorem non ignorantes, in tam arduo negocio, Regis prius animum explorare cupientes, dederunt hac mora Michaëli occaſionem evadendi ex carcere. Qui paulo poſt cum Rege auctis honoribus reconciliatus eſt. Sed tandem honeſtiori morte, captus ab Alibecho Turcico in prælio, Conſtantinopoli, juſſu Imperatoris Turcici, capitis ſupplicium ſubiit. Uterque igitur tam Maſiniſſa, quam Corvinus (de his enim potiſſimum inſtituta eſt oratio noſtra) variam & mutabilem fortunam mirâ viciſſitudine in adverſis & in proſperis rebus expertus eſt, ſed hoc diſcrimen inter illos fuit, quod ille ad ſummam & rariſſimam ætatem, ſuperatis omnibus telis fortunæ, triumphantis inſtar, pervenerit, ille *vero in flore* ætatis & feliciſſimo curſu fortunæ, ſubito extinctus fuit. Rex *ſanè* dignus longiore vita, ſi fata non obſtitiſſent. Rectè itaque Æneas *Sylvius* dicit, nunc quiſquis hæc Regis fortuna, prædicito; Singulare prorſus humanæ inconſtantiæ documentum, ex duobus adoleſcentibus ætate, moribusque penè paribus, alter Ladislaus Rex ex regio ſolio, dum novæ nuptæ thalamum exornat, defertur ad tumulum, alter Matthias dum capitalem ſententiam in carcere expectat trepidus, ex carcere evocatur ad regnum. Mirabile, quod matrem Matthias repentinâ lætitiâ non exanimaverit, cum tot cladibus afflicta prius Regem appellatum audiverit filium, quam vinculis exemptum.

Rer. Vngar. decad. 3. *l.* 10.

In Europa.

Cap.

Digitized by Google

Caput XXXII.

Otium, inertiam, deſidiam, & multa deteriora vitia ſeipſo parere, unà cum encomio laboris.

EX P. Cornelio Tacito diſcimus, otium militibus præbuiſſe occaſionem ſeditiones movendi. Ita enim ſcribit de legionibus Germanicis: Inferioris exercitus miles in rabiem prolapſus eſt, orto ab undevicesſimanis quintaniſque initio, & tractis prima quoque ac viceſima legionibus. Nam iiſdem æſtivis, in finibus Ubiorum habebantur per otium, aut levia munia, &c. Ibi commentator Annibal Scotus Placentinus hanc doctrinam tradit: qui ab exercitu ſuo ſeditiones arcere vult, is nunquam eum in otio eſſe ſinat aut levibus muniis exerceri; ſed laboribus & gravibus exercitationibus illum occupet. Sic de Corbulone idem Tacitus dicit: Ne tamen miles otium exerceret, inter Moſam Rhenumque trium & viginti millium ſpacio foſſam produxit, qua incerta Oceani vetarentur. Quo reſpexit idem Tacitus, ubi ita dicit: Langueſcet alioqui induſtria, intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus, aut ſpes; Ubi idem commentator addit: Qui politici ædificatores urbium, debere ſitum ſterilem potius, quam fertilem eligere, contendunt; hac nimirum ratione adducuntur, ut habitatores hinc impulſi induſtriam exerceant; & ab otio incorruptos ſeſe conſervent. Nam alioquin langueſcet induſtria, & intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus, aut ſpes inerit, ſed ſecuri omnes aliena ſubſidia expectabunt, ſibi ignavi, Principi graves. Et idem Scotus ſuper verba ejuſdem Taciti, de corrupto exercitu: PER ILLECEBRAS URBIS ET INHONESTA DICTU, CORPUS VITIO, ANIMUM LIBIDINIBUS IMMINUEBAT, &c. Certe corpus, inquit, otio, animus libidinibus imminuitur. Et ſæpe, imo fere ſemper, otium corporis libidines animis infundit & accendit, adeo ut & corpori & animo ſolum otium afferat perniciem. Curent itaque prudentes Principes, primum ne ipſi huic viliſſimo domino ſe mancipent, deinde ne miniſtri & illi, quorum ſtrenua opera præcipuè utuntur, id arripiant: alioquin regnum amittent cum dedecore, & vitam, &c. Scivit hoc optime Cyrus ille maximus Perſarum Imperator, qui poſt Medos, Bactrianos, Phryges, Lydos, victos & ſubditos, capta demum Babylone, cum finem bellorum adeſſe cerneret, ſuos amicos pulcherrima oratione adhortatus eſt, in hanc ſententiam, vt otium fugerent, & ſemper ad arma prom-

Lib. 1. Annal.

Lib. 2. Annal.

Lib. eod.

Lib. 2. hiſt.

Digitized by Google

Lib. 7. de pæd. Cyri. prompti eſſent, ſicut Xenophon latè hoc exponit. Operæ pretium autem erit, ut nonnulla ex ea aſſeribamus. Ita enim orſus eſt dicere: Mei amici atque ſocii, maxima jam Diis gratia debetur, quod copiam ſint largiti nobis eorum, quæ mereri nos ſtatuebamus. Et tenemus enim non modo ſolum amplum atque fertile, & ſunt qui illud colentes nos nutriant; habemus domos quoque, & has inſtructas. Neque quiſquam veſtrum iſta arbitretur tenendo ſe poſſidere aliena: nam lex inter homines æterna eſt, ſi in bello urbs capta ſit, penes eos, qui ceperint, eſſe civitatis illius & corpora & res. Quapropter non retinebitis, quicquid habueritis per injuriam, ſed ſi quid paſſi fueritis poſſidere illos, id per humanitatem non eripietis. Quod vero deinde reſtat, de eo ſententia mea talis eſt: Si convertamur ad levitatem & inertiam, & mollitiem vitæ ſuavis, quam improbi homines ſectantur, qui laborem miſerrimam rem, expertem autem laboris vitam eſſe ſtatuunt mollem ac ſuavem: ita igitur fore celeriter, ajo, ut ipſi de nobis haud benè mereamur, utque cito partis bonis ſpoliemur univerſis. Nequaquam enim viros aliquos fortes ac bonos extitiſſe, ad id ſufficit, ut boni quoq; & fortes permaneant, niſi diligentiam atque curam rei illius habere perſeverent: Sed quemadmodum per negligentiam diminuitur æſtimatio cæterarum quoque artium, itemque bene affecta corpora in remiſſione deſidiæ, malè ſeſe rurſum habere incipiunt: ita & de temperantia & continentia & fortitudine fit, ut ſi quis exercitationem horum remittat, exinde ad improbitatem rurſum convertatur. Quocirca nobis cunctandum non eſt, neque ad præſentem ſuavitatem contendendum. Magna enim res eſt, ut opinor, imperium eſſe partum: ſed multo majus acceptum conſervare. Nam adipiſci ſæpè audaciam tantum adhibendi contigit, ſed acceptum retinere, id jam non abſque temperantia neque abſque continentia, neque abſque multiplice diligentia evenit. Et ea quæ ſequuntur. De deteſtabili autem otio multa exempla & morales doctrinas antea induximus, quibus plura nunc addam, ut plenius conſtet, non leve vitium, & ut Theologi dicere ſolent, balneum & pulvinar Satanæ otium eſſe.

Cap 15. Cent. 1. Habemus autem præclarum exemplum in ſacris literis, de fico arbore otioſa, cui Chriſtus Salvator noſter propterea maledixit, quod inſi uctuoſa ſolummodo folia ad oſtentationem proferret.

2. Reg. 11. Præterea quum Regius ille Propheta David otioſus in ſuperioribus partibus regiæ domus deambularet, occaſio inde orta eſt, ut Bethſabeam, Uriæ uxorem pulcherrimam, & deinde matrem Regis Salomonis, ſe lavantem videret, & in eam ill[illegible] amore exardeſceret, mox adducta ea, cum illa rem haberet, atque interfecto marito, eam in uxorem duceret. Quas pœnas autem, irato Deo, ob eam rem dederit, latè ibi deſcribitur. Eodem modo Julius Cæſar non ignoravit, otium & deſidiam non ſolum gloriæ, cujus cupidiſſimus fuit, ſed multo magis valetudini

ſuiſuæ obeſſe: In bellis enim, teſte Cione, firmiore valetudine utebatur, qui tamen comitiali malo, & repentinis animi deliquijs, nunquam magis quam in otio tentabatur. Ob hanc rem inter alias eximias virtutes, quibus Hugo Marchio Brandeburgenſis, Vicarius Ottonis III. Imperatoris in Italia præditus fuit, celebratur, quod is hominibus otioſis & aſotis adeo infenſus fuerit, ut eos in judicium vocarit, ad reddendam rationem otij & ſumptuum. Unde in Hetruria præſertim Florentiæ, adhuc ſervatur conſuetudo ab ipſo introducta, ut magiſtratus in otioſos & ignavos inquirat, atque ex eis percontetur, unde ſumptus faciant: qui ſi rationem & innocentiam vitæ non probaverint, trahuntur ad ſupplicia, vel ejiciuntur, ut Georgius Sabinus ſcriptum reliquit. Huc referri poteſt quod Olaus ſcribit: Quidam hiſtrio ob nimiam pinguedinem, eo quod decem hominum quotidie cibos devorare ſolebat, ne utilium laboratorum eſcas, quaſi publicus depopulator conſumeret, juſſu Danorum Regis ſuſpenſus eſt. Quod etiam Albertus Crantzius notavit. Hac pœna dignus fuiſſet deſers & iners Altades XII. Rex Babylonius, qui teſte Beroſo, regnavit annis XXXII. Ejus enim otioſi & inertis ratio & regula vitæ hæc erat (ſicut idem auctor recenſet, & ejus commentator Annius explicat,) Vanus & ſtultus eſt, qui continuo labore & miſeria militat in exitium ſui & humani generis. Item: Omnium ſtultiſſimus eſt, qui jugi deſudatione theſaurizat, non ſibi, ſed genti. Amplius, qui abſtinet uſu rerum & gloriæ à ſe partarum, nequiſſimus eſt, quia, teſte Salomone, qui ſibi nequam eſt, nunquam alteri beneficus erit. Ex hac inertiæ philoſophia duo colligebat: primum, abſtinendum eſſe ab omni labore bellico & lucroſo; quia in bellico ſudore ſibi labor, & gentibus cædes occurrit, & in lucro miſer & infelix avarus efficitur, magis cuſtos divitiarum, quam dominus. Alterum, fruendum eſſe bonis & gloria, aliena miſeria & ſudore partis, ne incidas in miſeriam & ſudores, dum bona parta fugis. Porro imperite vixit, quia more aliorum inter pellicum greges & calamitates degebat, & bonis partis & gloria non fruebatur, ſed abutebatur, &c. Memorabilis itaque eſt ſententia Senecæ: Magna pars, inquit, vitæ elabitur nihil agendo, major male agendo, maxima aliud agendo. Quod dictum Stigelio excellenti Poetæ tale diſtichon expreſſit:

Omnia dum reputat tranſacta tempora vita,
Vel male, vel temere, vel nihil egit homo.

De Seſoſtre antea ex Herodoto recenſuimus, quomodo in ſuis expeditionibus gentes ocioſas & imbelles cippis lapideis, muliebribus genitalibus inſculptis notaverit. Joſephus vero illas expeditiones Seſaco Ægyptiorum Regi attribuit, & putat, ejus res geſtas Herodotum per errorem Seſoſtri adſcripſiſſe. Hic enim Seſacus, inquit, quinto anno Roboami re-

De bell. civ. lib. 2.

In vita Hugon. March. Brand. l. 11. c. 15.

Cap. 15. prior. cent.

Antiquit. Iudaic. l. 8. c. 4.

gni, numeroſiſſimum exercitum contra illum adduxit, in quo fuiſſe ferunt currus 10200. equitum 60000. peditum vero 400000. Et paulo poſt ita pergit: Meminit hujus expeditionis Halycarnaſſæus, Herodotus in nomine tantum errans, & quod perſuaſis multis aliis gentibus, etiam Palæſtinam, Syriã ſubjugarit, hominibus, non expectatâ vi, deditionem facientibus. Apparet autem ſatis, quod noſtram gentem dicere velit ab Ægyptio ſubactam. Narrat enim, hunc columnas reliquiſſe apud eos, qui priusquam Martem experirentur, deditionem feciſſent, in quibus pudenda muliebria inſculpta fuerunt. Roboamus autem is fuit Rex noſter, qui urbem, antequam oppugnaretur, dedidit. De Seſaco autem Rege Ægypti, & quo pacto quinto anno Roboami filij Regis Salomonis, templum & domum regiam ſpoliaverit, etiam in ſacris literis mentio fit. Merito quoque celebratur Alexander III. hujus nominis, ſed in ordine XCV. Rex Scotorum, à Buchanano, cum ob alias egregias virtutes, tum quod magiſtratibus in regno ſuo imperaret, ut otioſos, qui nec artem ſcirent, nec patrimonium haberent, ſevere compeſcerent, eo quod omnium ſcelerum & flagitiorum ex otio veluti fonte primordia promanare exiſtimaret. Memoratu ſane dignum eſt quod otium inter quinque peccata Sodomæ, ob quæ igni cœlitus deleta eſt, à Propheta Ezechiele recenſeatur. Ita enim numerat peccata Sodomæ, ſuperbiam, ſaturitatem panis, proſperitatem & OTIUM, & manum pauperi ac egenti non porrigebant. Cum igitur otium tam pernicioſa ſit res, recte antidotum ejus, labor videlicet, commendatur, cum præſertim fructus & utilitas ejus in promptu ſit. Quod etiam Plato innuere voluit, ubi dicit: *Virtutis ramos ſudore ac labore produci.* Hinc pulchrum & ſuccinctum dictum, monens otium fugiendum, & laborem ſequendum, fluxit: SEGNIS IUVENTA, EGENS SENECTA; quod tale epigramma, ex fabula, cicadæ & formicæ, neſcio cujus Poëtæ peperit:

Reg. l. c. 14. Rerum Scoticar. l. 7. Cap. 10.

Stridore ingrato, campos dum rauca patentes,
Cicada cantrix complet æſtu fervido:
Hiberni memor algoris formica reponit
Collecta grana, poſt quibus famem levet.
Te ne confectum ſenio male vexet egeſtas,
Suda, labora, dum virens ætas ſinit.
Heu quam res miſera eſt, canos geſtare capillos,
Patiq; dura turpiter jejunia.

Nemo autem facile ab honeſto labore deterreri, cumque ſubterfugere, ſed ſi ceptus eſt, in illo ſtrenuè pergere debet. Etſi enim omne principium in cunctis negotijs grave eſſet ſolet, tamen mox paulatim allevatio laboris, ſi paulum progreſſus fueris (non ſecus ac ſi quis arduum montem

tem aſcenſurus, licet anhelitus illi ob altitudinem & præcipitia interdum prope deficere videtur, ſuperatis vero iis ad faſtigium pervenit, & inferiora deſpectans, (voluptati potius, quam oneri, ea ſibi ſunt) magno cum gaudio ſentitur, donec ad finem perducantur. Hoc monere voluerunt veteres:

Incipe: dimidium facti eſt cœpiſſe. Superſit
Dimidium, rurſum hoc incipe, & efficies.

Et illa:

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Non minus recte Chryſoſtomus monet: Natura eſt rerum, ut omnis labor tam diu gravis putetur, donec ſola animi conſideratione penſatur. Ubi vero adrem ventum fuerit, & operis ipſius cœperimus aliquantulum profligare: ibi jam pavor quidem omnis ac formido repellitur: ſucceſſus vero operis dulcedinem parit, & lætitiam menti confert, recuperata denuo incrementa virtutum, redditque nos continuo fortiores, quum proxima videri jam cœperit ſpes ſalutis. Idipſum innuere voluit Suidas ubi dicit: Laborando & cupiditatibus reſiſtendo, divitiæ acquiruntur. Non omittenda eſt notabilis diſtinctio Ariſtotelis laborum & operationum. Ex operationes, inquit, ſunt artificioſiſſimæ, in quibus minimum eſt fortunæ, illæ ſordidiſſimæ, in quibus maximè inquinatur corpus: illæ ſerviliſſimæ, in quibus corporis eſt uſus plurimum: illæ vero ignobiliſſimæ, in quibus minimum requiritur virtutis. Poſtremo ex Catonis ſenioris monitione, quam commilitonibus ad fortitudinem & tolerantiam laborum inculcare ſolitus fuit, quam antea allegavimus, ſi cum labore præclari quiddam egeris, &c. ſequentes verſiculi emanarunt, digni profecto ut aſſcribantur:

De repar. lapſi.

In hiſtoricis. Politic. c. 6.

Honeſta ſi qua feceris
Cum maximis laboribus,
Cedentibus laboribus
Dulcis manebit gloria.
Sin turpe quid commiſeris
Cum gaudiis ampliſſimis,
Abibit omne gaudium
Turpi manente infamia.
In omnibus duplex iter
Proponitur mortalibus:
O clara mens, accingere
Virtutis ut carpas viam.

Eſt autem conveniens ſententia Græca Muſonij, relata à Gellio lib. 16. c. 1. quam alio modo reddidit Latine Joan. Petr. Valeri. his nimirum verſibus: *Cap. 11. prior. com.*

Si cum labore quippiam rectè geris,
Labor recedit; facta rectè permanent:
Quod ſi jocoſe nequiter quid egeris,
Abit voluptas; turpe factum permanet.

Caput XXXIII.

De odio otij, & amore laboris, duorum heroum, L. Quintij Cincinnatis & Abdolonymi.

PRædicatur,& quidem non immerito, Cincinnatis laborioſa induſtria, & fuga otij atque deſidiæ, à Livio, & alijs auctoribus, eo quod ab aratro in curiam ad conſulatum capeſſendum vix abſtractus fuerit, cujus obiter antea mentionem feci. Quum autem dignus ille heros Romanus ſit, ut ejus mores & res geſtæ latius recenſeantur, eas ex Dionyſio Halycarnaſſæo huc adſcribere operæ pretium duxi. Eſt enim oratio talis, ex qua pictor artis ſuæ ſpecimen abſque alia delineatione oſtentare poſſet: cujus artificij orationis ſupra quoque mentionem feci. Is de eo, quum Conſul declaratus eſſet, ita ſcribit: At Senatus miſit ad Quintium, qui eum ad magiſtratum capiendum adducerent. Tunc autem forte Quintius arvum quoddam ad ſementem faciendam arabat, ipſe ſequens boves, novale proſcindentes, ſine tunica, ſolo ſubligari ſuccinctus, & in capite pileum habens. *Ubi verò vidit* catervam hominum, qui in ſuum fundum ingreſſi erant, aratrum tunc retinuit, & diu dubitavit, quinam illi eſſent, & qua de cauſa ad ſe venirent. Deinde quum quidam præcurriſſet, eumque monuiſſet, ut ſe melius ornaret; ille in tuguriolum ingreſſus, & veſte induta prodiit. Qui autem ad eum in urbem deducendum miſſi fuerant, omnes eum non nomine, ſed Conſulem ſalutarunt, purpuraque induerunt, & allatis eo ſecuribus, aliiſque magiſtratus inſignibus, ut in urbem ſequeretur, rogarunt. Ille aliquantiſper obticuit, fuſiſque lachrymis, hoc tantum dixit, ergo agellus meus hoc anno non ſeretur, & de victu periclitabimur. Deinde ſalutatâ uxore, juſsâque rei familiaris curam gerere, in urbem ivit. Nulla autem, pergit idem auctor, alia de cauſa oratio mea huc eſt provecta, niſi ut omnes cognoſcerent manifeſtè, quales eſſent eâ ætate populi Romani principes, qui ſuis manibus victum quærerent, qui temperantes eſſent, nec juſtam paupertatem gravatè ferrent, nec regiam poteſtatem affectarent, ſed etiam oblatam repudiarent. Sic enim apparebit, noſtræ ætatis homines ne vel minimum quidem illis ſimiles eſſe; ſed contra longe alia ſtudia ſectari, præter perpaucos quoſdam, qui adhuc

Cap. 12. prior. cent.

Cap. 21. Roman. antiq. lib. 10.

hiſ Imperij dignitatem ſuſtinent, & priſcorum illorum adhuc ſunt ſimiles. Hactenus ille L. Quintius autem ille, finito conſulatu, quum idem magiſtratus ſibi tertium deferretur, eum repudiavit, deſignatis alijs conſulibus, in ſuū illud exiguum tuguriolum rediit, victumq; proprijs manibus, labore & ſudore, vitans otium, quæſivit, & ſicut ante vixit: Eadem continentiā uſus eſt, quum paulo poſt maximè afflicta Republ. Dictator creatus eſſet. Quum enim illi occupato in quodam opere ruſtico faciendo, xxv. faſces cum ipſis ſecuribus, purpura & alia regia inſignia, oblata eſſent, non ſolum tanto honore ſibi delato lætatus non eſt: Sed etiam non ſine indignatione, in has voces erupit; Peribit ergo hujus quoque anni fructus, ob meas occupationes, & male omnes eſuriemus. Parta autem inſigni victoriā ab Æquis, poſt triumphum, repudiato agro, armis quæſito, mancipijs, pecunijs, alijsque donis ex præda, nihil eorum, quæ à ſenatu, alijsque offerebantur, accepit, ſed ad ſuum illum agellum redijt, & laborioſam vitam, regiæ antepoſuit, ob ſuam paupertatem magis ſe efferens, quam alij ob divitias. Ad hanc laborioſam, & fugientem deſidiam, atque frugalem vitam, nec non tuguriolum, & caſam Quintianam reſpexit Seneca, deteſtans ſimul luxum Romanum, ſua ætate; Non, inquit, tecta cœnationum, epulas receptura, parabantur, nec in hunc uſum pinus, aut abies deferebatur, longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus, ut ex illa lacunaria, auro gravia, penderent. Furcæ utrinque ſuſpenſæ fulciebant caſam, ſpiſſatis ramalibus, ac fronde congeſta, & in proclive diſpoſita, decurſus imbribus quamvis magnis, erat. Sub his tectis, habitavere ſecuri: CULMUS LIBEROS TEXIT, SUB MARMORE ATQVE AURO SERVITUS HABITAT. Quocirca alibi ita ſalutari doctrina præcipit Lucilio ſuo: Hanc ergo ſanam & ſalubrem formam vitæ teneto, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt. Durius tractandum eſt, ne animo male pereat: cibus famem ſedet, potio ſitim extinguat, veſtis arceat frigus, domus munimentum ſit adverſus infeſta corpori. Hanc utrum ceſpes erexerit, aut varius lapis gentis alienæ, nihil intereſt. SCITO, HOMINEM TAM BENE CULMO, QVAM AURO TEGI. CONTEMNE OMNIA, QVÆ SUPERVACUUS LABOR VELUT ORNAMENTUM AC DECUS PONIT, &c. Sed veniamus ad alteram partem hujus capitis ad Abdolonymum videlicet, cujus hiſtoria non minus memorabilis eſt, quam modo relata, dignaque ut integra aſcribatur & hic quoque legatur. Quum enim Alexander Magnus ad Sidona veniſſet, urbem vetuſtate famaque conditorum inclytam: & in ea regnaret Strato, Darij opibus adjutus, ſed quia deditionem magis popularium, quam ſua ſponte fecerat, regno viſus indignius: Hephæſtioni permiſſum eſt, ut quem eo faſtigio Sidonis digniſſimum arbitraretur, conſtitueret Regem. Erant Hephæſtioni hoſpites clari inter ſuos juvenes, [qui facta ipſis pote-

Epiſt. 90. ad Lucil.

Epiſt. 8.

Curt. l. 4.

ſtate regnandi, negaverunt quemquam patrio more, in id faſtigium recipi, niſi Regia ſtirpe ortum. Admiratus Hephæſtion magnitudinem animi, ſpernentis quod alij per ignes ferrumque peterent, vos quidem macti virtute, inquit, eſtote, qui primi intellexiſtis, quando majus eſſet regnum faſtidire, quam accipere.

Cæterum date aliquem Regiæ ſtirpis qui meminerit, à vobis acceptum habere ſe regnum. Atque illi quum multos imminere tantæ ſpei cernerent, ſingulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantes, ſtatuunt, neminem eſſe potiorem, quam Abdolonymum quendam, longa quidem cognatione ſtirpi Regiæ annexum, ſed ob inopiam ſuburbanum hortum exigua colentem ſtipe. CAUSA EI PAUPERTATIS, SICUT PLERISQUE, PROBITAS ERAT; intentusque operi diurno, ſtrepitum armorum, qui totam Aſiam concuſſerat, non exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum eſt, cum Regiæ veſtis inſignibus, hortum intrant, quem forte, ſteriles herbas eligens, Abdolonymus repurgabat. Tunc Rege eo ſalutato, Alter ex his: Habitus, inquit, hic quem cernis in meis manibus, cum iſto ſqualore permutandus tibi eſt; ablue corpus illuvie, æternisque ſordibus ſqualidum: cape Regis animum, & in eam fortunam, qua dignus es, iſtam continentiam præfer: Et quum in Regali ſolio reſidebis, vitæ necisque omnium civium dominus, cave obliviſcaris hujus ſtatus, in quo accipis regnum: immo hercule propter quem. Somno ſimilis res Abdolonymo videbatur; interdum, ſatisne ſani eſſent, qui tam proterve ſibi illuderent, percunctabatur. Sed ut cunctanti ſqualor ablutus eſt, & injecta veſtis purpura, auroq; diſtincta, & fides à jurantibus facta: ſero jam Rex, iiſdem comitantibus, in regiam pervenit. Fama, ut ſolet, ſtrenue totâ urbe diſcurrit, aliorum ſtudium, aliorum indignatio eminebat. Duriſſimus quisque humilitatem inopiamque ejus ad amicos Alexandri criminabatur: admitti eum Rex protinus juſſit, diuque contemplatus: Corporis inquit, habitus famæ generis non repugnat. Sed libet ſcire, inopiam qua patientia tuleris. Tum ille, Utinam, inquit, eodem animo regnum pati poſſim. HÆ MANUS SUFFECERE DESIDERIO MEO. NIHIL HABENTI, NIHIL DEFUIT. Magnæ indolis ſpecimen ex hoc ſermone Abdolonymi cepit. Itaque non Stratonis modo regiam ſuppellectilem attribui ei juſſit, ſed pleraque etiam ex Perſica præda; regionem quoque urbi appoſitam ditioni ejus adiecit. Hucusque Curtius.

Uterque itaque heros hic celebratus, abſque dubio diligenter perpendit, id quod L. Anneus Seneca monet: *In Agamemnone.*

———Quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.

Iudicii

Mediciis rebus longius ævum eſt,
Felix media quiſquis turba
Parte quietus aura ſtringit
Littora tuta, timidusq; mari
Credere cymbam, remo terras
Propiore legit.

Caput XXXIV.

De Zelotypiæ tyrannide & ſævitia.

IN capite LIII. prioris Centuriæ poſtquam definitionem Zelotypiæ poſuimus ex Cicer. 4. Tuſcul. ubi Latine obtrectationem vertit, allegavi- *Num. 5.* mus ex lege divina, quod per Moyſen Deus populo ſuo peculiaribus legibus contra truculentiſſimam perturbationem Zelotypiæ proſpexerit. Has leges Joſephus paulo aliter, & ita quidem recenſet. Quod ſi quis adulterij *Antiquit. Iudaic. l. 3. c. 10.* ſuſpicionem de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ aſſaronem, & immiſſo ex ea pugillo ſuper altare, quod reliquum eſt, ſacerdotibus veſcendum datur. Deinde aliquis ſacerdotum ſtatuit mulierem ad portam, quæ obverſa ad fanum, & inſcripto primum Dei nomine in membrana defert ei jusjurandum, cum imprecatione, ut ſi pudicitiam læſiſſet, luxato crure dextro & ventre diſrupto, miſere moriatur: ſin autem præ amore nimio, & præ Zelotypia, maritus ad iniquam ſuſpicionem ſit commotus, decimo menſe infantem maſculum pariat. Peracto juramento de membrana deletum nomen in phialа exprimit, & ſumpto è fano pulvere humi collecto, atque in poculum aſperſo ebibendum porrigit; mulier vero ſi injuſtè eſt delata, prægnans facta maturè, & feliciter enititur. Quod ſi conjugalem fidem, & Deum jurisjurandi teſtem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute invadente.

Quemadmodum autem nationem unam præ alia Zelotypiæ morbo obnoxiam eſſe experientia teſtatur, ita Bodinus ex Irenico & Munſtero *De republ. l. 1. c. 1.* probat, Germanos minimè Zelotypia laborare: Imo præclarum exiſtimare, omnes fœminas cum omnibus maribus in publicis balneis ſimul perlui. Auſtrales vero populos ne ſacra quidem publica fieri pati, niſi uterque ſexus pariete medio dividatur, ſicut Italorum quoque mos præſertim tempore quadrageſimali vel uti vocant, in carnisprivio eſt. At cum in Anglia (pergit Bodinus) legationis cauſa profectus eſſem, audivi Mendozam legatum Hiſpanorum, cum turpe eſſe diceret, viros ſimul cum fœminis in concionibus ſacris permiſtos videri: cui Dalus Magiſter libellorum urbanè re-

poſuit:

En 2. Epiſt. poſuit : Turpe id quidem apud Hiſpanos , qui etiam in ſacris locis cogitarent de explenda libidine, à qua procul abeant Anglorum mentes. Idipſum *Epiſt. 3. fol. 144.* prædicat Poggius Florentinus , ubi thermas Badenſes deſcribit, & felicitatem Germanorum, qui Zelotypia vacant, morbo Italis infeſto, extollit. Certe Auſtrales Zelotypiæ morbo tantopere confliċtantur , ut plerique angore animi pereant. Puna quidem Rex Indorum, ut ea cura ſeſe liberaret , eunuchis ſuis non pudenda modo, ſed etiam nares , & brachia amputari jubebat. Turcos præterea non ſolum præ cæteris gentibus uxorum pudicitiæ ſtudere, ſed etiam Zelotypos eſſe , docet nos Busbequius : Turcæ inquit, ſi qua alia gens uxorum pudicitiæ ſtudet , ideo concluſas domi ſervant, atque abdunt, ut vix ſol aſpiciat. Quod ſi in publicum neceſſitas evocet, ita tectas, ita pannis obvolutas emittunt, ut meræ larvæ, aut ſpectra occurrentibus videantur : ipſis quidem viros per linteum, aut ſeraceum videndi copia eſt : viris nulla earum corporis pars ad conſpectum patet. Eſt enim apud eos recepta opinio, non poſſe mulierem, quam vel minimum forma, aut ætas commendat, à viro ſine potiundi libidine, ac proinde ſine mentis labe conſpici, ob id omnes habent abſconditas.

In Itinere Conſtantin. Hoc aliquot exemplis confirmat Georgius Douza, ubi recenſet, quid Cologero Rutheno, ſolummodo ob nutum erga puerum mancipium Turcæ cujusdam in navi, & Armenio cuidam qui cum muliere Turcica *familiariter* locutus eſſet, acciderit, & quam male & duriter tractatus uterque fuerit. Quo in loco ita concludit. Qui cum Turcis verſaturus ſit, à mulieribus, pueris, & mancipijs eorum abſtinere, neque manus ſolum : Sed *vero oculos, &* linguam domitos habere oportet.

De remedio utriusq. fortuna Dial. 65. Zelotypiæ autem fomenta, vim & efficaciam eleganter deſcribit Petrarcha : Zelotypæ, inquit conjugis vir inſomnis , nunc blandicijs, nunc querelis, fictisque criminibus excitandus, exercendusque per noctem , ſeu licentius oculos deflexeris , ſeu ridenti lentius arriſeris, ſeu vicinam ſalutaveris , ſeu formam alterius laudaveris, ſeu domum ſerius redieris, poſtremo aliquid feceris, aut dixeris , quo ſuſpectus, læſique reus ſis amoris, quæ ſi vita dici debet , quænam mors dicenda ſit neſcio. Hic morbus Zelotypiæ cum fœminas erga ſuum ſexum corripit , vehementiſſimus eſſe ſolet, *Cap. 26. v. 8.* quod Eccleſiaſticus monet, ubi dicit : Dolor animi , & luctus eſt mulier æmula mulieris. Ubi interpres : Dolor cordis, & luctus mulier Zelotypa mulieris ,id eſt, mulier æmulans mulierem , & flagellum linguæ omnibus communicans. Ἀντίζηλος mulier hoc loco dicitur pro ζηλότυπος, quæ in amore æmula eſt , & ſolicita, ne rivalem habeat, quæ animi afflictio in viris quoque eſſe ſolet. Eo autem in genere hujusmodi vitioſa æmulatio animi ægritudo ſuſcepta ex communicatione ejus , quo nos ſoli frui volumus cujusque

jusque rei adamatæ ſocium & rivalem pati non poſſumus, aut ægrè, moleſtéque ferimus. Aliquando etiam ex eo, quod alius fruatur eo bono, quo nos caremus, & quo nos frui cuperemus, quo vitio laborabat Anna Helcanæ uxor, quum ipſa ſterilis rivalem videret florentem liberis. Hoc malum, vitiumque domeſticum in conjugio, ubi purus, fidelisque amor vigere debet, cum maxima doloris acerbitate conjunctum eſt. Alterum vitium eſt mulieris, liberius ac familiarius cum omnibus communicantis, quæ ſua immodeſtia, & licentia hominibus materiam ſiniſtri ſermonis dat; hujusmodi autem libertas colloquendi cum omnibus familiarius, ſemper improbata, atque impudicitiæ nomine ſuſpecta fuit. Hoc morbo patrum noſtrorum memoria, (ut ad recentiora, & notiora exempla veniamus,) Johanna Regina Hiſpaniæ, mater Caroli V. & Ferdinandi, laudatiſſimorum Imperatorum, affecta fuit, quæ erga maritum Philippum Regem, ut Gomezius ſcribit, incredibili Zelotypia, ſtimulata, acerba ei & moleſta erat. Unde cum is relicta Hiſpania Belgas ſuos, vel conjugis tædio affectus, vel aliis de cauſis viſeret, illa, abſente marito, regnorum immemor, de eo tantum ſolicita erat, adeo ut noctu, diuque cogitabunda (quod ejus temporis ſcriptores tradunt) verbum nullum niſi admodum coacta faceret. Unum duntaxat cupidiſſimè audiebat, ſi quando mater conſolandi cauſa, claſſem jam adornari diceret, quæ maritum in Germaniam ſequeretur, quæ ut tantiſper obduraret, rogabat, donec à partu eſſet libera; nam ſimul ac Favonii ſpirarent, ſe eam ſtatim voti compotem facturam. Cumque illa conſolatio materna parum efficax eſſet, pergit Gomezius; Has ob res ſupra modum anxia Regina Iſabella, inſalubris cœli evitandi prætextu, Johanna filia ſecum aſſumpta, Complutum, ubi Ximenius agebat, ſe contulit. Urit enim præcordia, ægritudo animi compreſſa, & in anguſtias adducta, mentem ſubvertit; nec alio medicamine facilius erigitur, quam cordati hominis ſermone. Recenſetur ibi quoque à Gomezio, quo pacto mitibus, & prudentibus alloquiis tam matris, quam filiæ ægrum animum Ximenius conſolatus ſit, quæ ne prolixior præter morem ſim, omitto & lectorem ad eam orationem, quum ſit memorabilis, & plena graviſſimis ſententiis, & ad Zelotypiæ affectus ſanandos, accommodatis, remitto. Etſi autem Ximenius aſſiduè his & aliis habitis colloquiis animum utriusque Reginæ mirificè confirmavit, & ab ægritudine ſublevavit, tamen cum Johanna ad maritum in Belgium navigaſſet, & à marito Rege amantiſſ. ſuſcepta fuiſſet, morbus paulo poſt recruduit. Nam cum per id tempus, ut idem Gomezius refert, puellæ cujusdam amoribus Philippi animus implicatus eſſet, quam ſecum Johanna Regina adduxerat, mox ea Zelotypiæ ſtimulis vehementer exagitata, criminationibus, jurgiis, & tragœdiis to-

1. Reg. 10.

De reb. geſt. Franciſci Ximenii lib. 1.

tam Philippi Regiam implevit. Et cùm ad eam per pellicis æmulos delatum eſſet, flava puellæ cæſarie Philippum conjugem imprimis captum fuiſſe, rabie correpta, cæſariem ſtatim abraſit, puellæque miſerabiliter inſultans pulchram faciem vibicibus fœdavit: Indignatus amans adoleſcens, non jam amplius diſſimulata irâ, apertis contumeliis, & atrocibus verbis, uxoris dicitur pervicaciam multaſſe, atque ab ejus congreſſu dies non paucos abſtinuiſſe. Hæc immoderata Zelotypia uxoris, abſque dubio, paulo poſt reverſo in Hiſpanias Philippo Regi, ægritudinem, accedentibus etiam aliis tam lati regni moleſtiis & curis, mirificè auxit, ut Medicus ejus Martinus, cum in ſuo cubiculo ſecretiori, ad hunc modum ante ſuum deceſſum conquerentem audiverit: Quis me in has conjecit miſerias, & ſpecioſo magni Regis nomine gravatum in hanc rerum inopiam pertraxit? Fuit quoque hic Zelotypiæ morbus, non poſtrema cauſa Reginæ Johannæ, quod ſeſe mortuo marito in latebras abdiderit, & in mœrore, & ægritudine animi, atrâ bile exagitata, tempus vitæ ſuæ miſere conſumpſerit. Licet, ut idem Gomezius ait, ſive Belgicæ pellicis, ut ferebatur, veneficiis, ſive id morbi malitia acciderit, imaginandi vi, & memoria quidem polleret, at prudentiâ ad diſtinguendum res propoſitas careret. Et ſi autem in orationem quandam inſeruit Buchananus, à Carolo Quinto, Imper. Johannam, matrem ſuam propterea in perpetuam cuſtodiam datam eſſe, quod de ſecundis nuptiis cogitaverit: tamen priorem cauſam cuſtodiæ veriorem eſſe, alii quoque fide digni hiſtorici teſtantur. Inter quos eſt Heuterus Delphius, cujus verba aſſcribere volui: Johanna, inquit, intellecta Regis mariti morte, adeo intemperanter doluit, ut ex eo tempore nunquam amplius mente ſatis valuerit, cum tamen LXX. annum prætergreſſa ſit. Scio pergit ille, qui aliam vitiati in Regina cerebri cauſam afferant, à Rege marito profectam, quod Zelotypiæ laborans vitio, cum importuno tempore ac loco ad iram provocaſſet. Sed quoniam mihi de hujus rei veritate parum conſtat, malim ab aliis quam à me aſſeverari, ac narrari, &c. Idem author in vita Caroli V. Cæſaris, plura de hac re ſcribit.

Lib. 20. *Lib. 13.*

Poſtremo contra hunc morbum Zelotypiæ, graviter intonat ſuis elegantibus verſibus Thomas Chalonerus eques Anglus, & ſimul inſtruit conjuges, quo pacto officium ſuum, recte facere debeant, quos aſſcribere operæ precium duxi:

De repub. Angl. inſtaur. Lib. 9.

Nempe nec aſſiduo veſtras cuſtode aliorum
Servari de more, velim non ſponte pudicas,
Vſque adeo illa via eſt! jam ſtulte ingreſſa maritis
Zelotypis, nimia pariter ſe affligere cura,

Et ſumptu ornatus pictas, nil deniq; agentes,
Dum dominas altis ſervant penetralibus, aut ſi
Has prodire ſinant, tanta hoc ſit deniq; pompa,
Vt non Memphiti, productus ab æde Serapis,
Ibat linigeris quondam per compita myſtis
Structior: oſtentans ſacrata cornua fronte.
Stultum erat hoc (dices) ſed quid diſcriminis oro eſt?
Ille bovem: anne tuam tu cuſtodire juvencam
Iam venerabundus, tanquam pro numine pergas?
Quando rectius hoc, veris uxoribus uti
Vt veris nec imaginibus? tu roſtra forumq;
Procures, villamq; & prædia? degener illa
Tanquam aliena domus intra nil curet agendum
Septa maritalis: nec ſaltem provida ſervet,
Quæ tua ſedulitas longinquis vexit ab oris?
Nempe tuum eſt, rem augere foris: rem gnaviter auctam
Illius eſt parili penſare, & condere cura.

Ut autem hoc caput concludamus, adjiciendum putavi non diſſimile epitaphium lugentis fœminæ Peruſinæ inſontis, à marito ob Zelotypiam & ſuſpicionem adulterii interfectæ, ſicut Juſtinæ Romanæ nuper nuptæ à Zelotypo, & fatuo viro querelas ſupremas recenſui. Illud eſt tale: *Centur. 1. c. 53.*

Si qua ſolet proprio gaudere puella decoro,
Quid mea ſors poſſit, nunc ego ſola queror.
Forma dedit multis famam laudemq; puellis:
At mihi de falſa ſuſpicione necem.

CIↃ.CCCC.LXXX.

Caput XXXV.

Voluptatem inhoneſtam, eſſe hominibus omni peſte pernicioſiorem, & perpetuos comites habere pœnitentiam, & dolorem.

VOLUPTATES Imperator Adrianus pillulis medicorum recte comparavit, quæ extrinſecus auro, & ſaccaro inductæ, intrinſecus ſunt amariſſimæ. Sunt pomum primorum parentum noſtrorum, quod aſpectu jucundum, concoctu permoleſtum fuit. Prudenter itaque Seneca Lucilio ita præcipit: Voluptates præcipue exturba, & inviſiſſimas habe, latronum more, quos Philetas Ægyptii vocant. IN HOC *Epiſt. 51.*

De remedio utriuſque fortunæ dialogo 110.

NOS AMPLECTUNTUR UT STRANGULENT. Hanc ſalutarem ſententiam Petrarcha inculcat; Voluptates, inquit, ait Cicero, blandiſſimæ dominæ, majores partes animi à virtute detorquent. In hoc, monente Seneca, nos complectuntur, ut ſtrangulent. Non aliter ergo quam latrunculi viatoribus inſidiantes, eoſque ſeducentes, ac perimentes declinandæ ſunt. In quod valde proderit, ſi illud præclariſſimum apud Livium, à Scipione Africano dictum Maſiniſſæ, ſibi, quiſquis hac peſte laborabit, accipiat: VINCE ANIMUM, cave deformes multa bona, uno vitio, & tot meritorum gratiam majore culpa quam cauſa culpa eſt, corrumpas. Idque facilius fiet, ſi quis acriter rei vilitatem, obſcœnitatem, brevitatem, finem, cogitet; at longum dedecus, horæque fugacis forſitan aut momenti unius illecebras multorum annorum pœnitentia, vel æterno fortaſſe ſupplicio, puniendas. Hoc Diogenes monere voluit, egregia ſimilitudine: Quemadmodum venenum, inquit, mulſo commixtum, ob dulcedinem bibentibus primum gratum eſt, paulo poſt autem inde mortis agonem ſentiunt: ſic quoque formoſis ſcortis operam dantes, initio voluptatem ſentiunt, quam tamen perpetuus dolor conſequitur. Etſi autem antea caput integrum, de fuga laſciviæ & voluptatum congeſſi; tamen quum ſit materia hæc non ſolum lātiſſima, ſed etiam viliſſima, plura memorabilia, ad dehortandos ab hoc vitio homines, voluptati deditos, maximeque juvenes, quibus fervor ſanguinis præcipuè ad libidines incitamento eſſe conſuevit, adjicere volui; quod faciliorem majoremque fructum afferet, ſi illis effectus, & pernicies voluptatis exactius inculcatur. Effectus autem voluptatis elegantiſſimis verſibus, veluti vivis coloribus, depingit Thomas Chalonerus Eques & Legatus Reginæ Angliæ, ad Hiſpaniæ Regem, ex quibus paucos, quum ſint lectu digniſſimi, adſcribere volui. Quæſtionem quare noſtrum ſeculum, in proceritate & viribus corporis, prioribus non reſpondeat, ita ſolvit, cantans Bubo:

Apud Laertium lib 6. Cap. 19 prior. Cent

De republ. Angl. inſtauranda lib. 6.

Vnde hodie imbelles quiſquis mirabitur artus,
Pulpoſis proavis non reſpondere nepotum?
Audiat: infelix ferali carmine bubo
Quæ accinuit, nuper turrito culmine ſidens:
SCORTA: ebore, cithara, calamiſtra, unguenta, fritilli,
Et redimita roſa, in mediam convivia noctem,
Balneaq; & picta veſtes, & Medica ſtrata,
Et ſomni pingues per vultus ſolis adulti.
Perdiderant olim Grajos; poſt inde Quirites
Mutarunt, verſos variarum in monſtra ferarum:
Nunc alios eadem Circæja pocula, porcos

Sup-

Supplementa parant comitum ſubjungere Vlyſſei,
Lapſa retro poſtquam conamina prava juventæ,
A cultu videas ita degeneraſſe priori, &c.

Eadem ratione motus Boiſſardus, Emblemati ſuo titulum fecit, VOLUPTATIS USURÆ MORS. Nihil ſervilius, inquit ibidem, abjectiusque eſt, quam voluptatibus obnoxium videri: Inſaniam aufert medicus: voluptas quum æquè mentem eripiat homini, vix ſanabile malum eſt. Nulla capitalior peſtis hominibus à natura data eſt quam voluptas. Nam ex hoc fonte prodit quicquid eſt in hominum vita ſcelerum & calamitatum. Voluptati inhoneſtæ parata eſt comes pœnitentia. Quam optime hoc comparatum eſt, ut hæ duæ res ſeſe invicem comitentur, voluptas & dolor? Luxu nihil turpius: libido pecudem ex homine reddit. Fluit voluptas, & prima quæque evolat, ſæpiusque relinquit cauſas pœnitendi, quam recordandi. Et ea quæ ſequuntur, &c. Idipſum monere voluit Plato, ubi dicit: Homines qui fœdis concupiſcentiis manus dederint, ventrique dediti per inertiam atque laſciviam, ingloriam, inutilemque peregerint vitam, nec quicquam penſi pudorisve habuerint, in ASINOS poſt obitum dejiciuntur. Ut autem in hiſtoricis exemplis pergamus, experientia certe & innumeræ hiſtoriæ teſtantur, plures principes & tyrannos voluptatem potius, quam crudelitatem perdidiſſe. Licet enim homines crudelitate perterreantur: tamen libido tyranni non modo ſubditos ad odium, verum etiam ad contemptum excitat: quum intelligunt, hominem voluptatibus deditum, impotentis animi eſſe: nec imperio dignum videri, qui imperare ſibi non poſſit. Teſtis eſt Sardanapalus, Canades, Dionyſius junior, Hieronymus, Heliogabalus, Amyntas, Periander, Piſiſtratus, Tarquinius, Ariſtocrates, Timocrates, Childericus, Andronicus, Appius Claudius, Galeacius Sfortia, Alexander Medices, Petrucius Senenſis, Lugtacus & Megallus, Scotiæ Reges, aliique multi, qui omnes ab Imperio exciderunt, quum impuræ libidini, quam virtuti ſervire maluiſſent, &c. Huc reſpexit Xenophon, quum introducit Socratem cum Theodota meretrice fœmina formoſiſſima diſceptantem: Quumque illa dixiſſet, ô Socrates, multum tibi præſto: nam cum tu neminem ex meis à me poſſis abalienare, ego, cum libitum eſt, tuos omnes à te avoco. Ipſe mox reſpondit: quid mirum hoc eſt? ſiquidem tu ad declivem tramitem omnes rapis: ego vero ad virtutem cogo, ad quam arduus & pleriſque inſolitus eſt aſcenſus. Porro urbs Volumnenſium opulenta divitiis, ornata moribus, & legibus bene conſtituta, caput etiam curiæ habebatur: ſed poſtquam voluptatibus & luxuria prolapſa eſt, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut ſervorum ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubjiceret,

Emblem. 37.

In Phædone.

Bodin. de repub l. 4. cap. 1.

Ælian. variar. hiſtor. l. 13. c. 23.

ceret, qui primi admodum pauci Senatorum ordinem intrare auſi; mox univerſam Rempub. occupaverunt; teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribebant, convivia cœtusque ingenuorum fieri vetabant; ducebant filias dominorum: poſtremo lege ſanxerunt, ut ſtupra ſua, aut in viduis aut in nuptis, impunita eſſent; ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cujus caſtitatem non prius aliquis ex numero eorum delibaſſet. Hi ſunt fructus & effectus voluptatis, qui licet initio ſuaves eſſe videantur, attámen mox amari fiunt, & non diu durant. *Embl. 38.* Quod idem Boiſſardus in ſui Emblematis inſcriptione innuere voluit: DELECTAT ET ANGIT. Ibi quoque ſub pictura alvearii voluptates venientes fucata facie blandiuntur, abeuntes autem pœnitentiam & dolorem hominibus relinquunt. Vice verſa quemadmodum virtutes receptæ exire non poſſunt, teſte Seneca, *Lib. 1 Epiſt. 50.* facilisque earum tutela eſt; ita initium ad illas eundi arduum: Quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ eſt, formidare inexperta. Itaque cogenda eſt mens, ut incipiat: deinde non eſt acerba medicina: Protinus enim delectat, dum ſanat. Vera itaque Scipionem apud Livium ad Maſiniſſam dicentem allegavimus: Non eſſe tantum ab hoſtilibus armatis ætati noſtræ periculi, quantum à circumfuſis undique voluptatibus, &c. At multo rectius D. Auguſtinus ita monet: Illi, qui vitiis & voluptatibus prædominantur, veri reges & domini ſunt. Cæterum nihil magis ad pellendas voluptates prodeſt, quam vigilantia & temperantia in victu, quod Ulpio Marcello præfecto Britanniæ, regnante Commodo, ignotum non fuit, ideoque mirificè commendatur. Nam quamquam, teſte Dione, *ſomno* alioqui reſiſteret naturâ, tamen quo magis id facere poſſet, *inedia perfecerat.* Etenim ne pane repleretur, eum Roma ad ſe jubebat exportari, ne paulo plus, quam eſſet neceſſe, propter vetuſtatem comedere poſſet. Præterea quoque vitanda ſunt irritamenta & occaſiones luxuriandi. Quocirca, hortante Seneca, *Epiſt. 7.* vitanda eſt turba, vitanda ſpectacula, vitanda denique etiam conſuetudo ſingulorum, præterquam eorum, qui nos meliores efficere, aut meliores à nobis effici volunt. *Epiſt. 22.* Ob hanc cauſam idem Seneca ita Lucilium ſuum monet: Projice quæcunque cor tuum laniant, quæ ſi aliter extrahi nequirent, cor ipſum cum illis revellendum erat. Voluptates præcipuè exturba & inviſiſſimas habe, latronum more, &c. ſicut in initio hujus capitis hunc locum allegavimus. Quæ ſi negliguntur, & voluptatibus, deſidia & luxu veluti feneſtræ aperiuntur, mox, non ſecus ac ignis levi aſperſione aquæ magis accenditur, ita cupiditas & incontinentia, prima quæque tradendo, non reſtinguitur, ſed accedente, & paulatim ſeſe inſinuante intemperantiâ, inflammatur, & quicquid conceſſeris initio, ad ulterius penetrandum fit gradus. Accurate itaque Ariſtoteles

inter

inter incontinentiam & intemperantiam ita diſtinguit: Ubi incontinentia regnat, per affectum perturbatum, ſeu πάθος, particularis notitia menti eripitur, ne malum obſervet in ſuo facinore, quod generaliter in ſimilibus cernit: ubi deferbuit perturbatio, pœnitentia extemplo ſuccedit: Intemperantia autem non extinguitur aut frangitur peccati ſenſu, ſed contra obſtinate in ſuſcepta mali electione perſiſtit. Periculoſior autem morbus luxuriæ & voluptatis eſſe ſolet, quando magis intus latet, quam foris apparet. Id prudenter obſervavit idem Seneca, ubi de luxuria ita diſſerit: Ea videtur aliquando ceſſiſſe, deinde frugalitatem profeſſos ſollicitat, atque in media parſimonia voluptates non damnatas, ſed relictas petit, & quidem eo vehementius, quo occultius. Omnia enim vitia in aperto leviora ſunt, morbi quoque tunc ad ſanitatem inclinant, quum ex abdito erumpunt, ac vim ſuam proferunt. Et avaritiam atque ambitionem, & cætera mala mentis humanæ tunc pernicioſiſſima eſſe ſcias, quum ſimulata ſanitate ſubſidunt. OCCISI VIDEMUR, ET NON SUMUS, &c. Admonuimus inſuper antea, laborem præſentiſſimum eſſe remedium contra voluptates & ocium, adductis multis exemplis & rationibus, quibus hoc in loco unicum, idque memorabile, ex Bodino addam, quo docemur, licet Satanas ad ſuum regnum propagandum maxime voluptatibus & ocio utatur, ita ut proverbialiter balneum & pulvinar Satanæ dicatur; tamen more ſuo, ſuo ambiguo reſponſo, innuere ipſum voluiſſe, laborem verum, omiſſis ſupervacuis & inanibus conatibus & artibus ſequendum eſſe. Ex Conſtantino, inquit Bodinus (qui inter peritiſſimos Pyrotechniæ & artis metallicæ in Gallia numeratur, eſtque in toto regno celeberrimus) audivi, ſocios ipſius, cum perdiu flantibus nulla ſpes ſpeciesve boni oſtenderetur, conſilium à Diabolo petiviſſe, recte ne facerent, & rem optatam confecturi eſſent? illum vero unico verbo reſpondiſſe, TRAVAILLEZ, id eſt, laborate: hoc exhilaratos flatores perrexiſſe & flaviſſe adeo ſtrenue, ut omnia in nihilum multiplicaverint, etiamque porro flaturos fuiſſe, niſi Conſtantinus dixiſſet ipſis, hunc eſſe morem Satanæ, ut ambigua reſponſa edat: illud autem verbum LABORATE, innuere, abjiciendam eſſe Alchimiam, & in laborem aliquem, ac honeſtam artem, utilis ad vitam ſcientiæ incumbendum: hominis purè dementis eſſe, ſi quis cogitaverit, tam brevi temporis ſpacio aurum effingere, in quo efficiendo natura annos amplius mille ſolet conſumere. Itaque illis hominibus, qui ſcientias arte Diabolica ſtudent comparare, ſimiliter dici oportet, TRAVAILLEZ, laborate, ſive (ut majores noſtri pronunciabant) TRESVEILLEZ, ut in verſu Lucilii:

Lib. 7. Ethic. c. 3.

Epiſt. 57.

Mag. Dæmon. lib. 3. cap. 3.

——————*noctes vigilate ſerenas.*

Et

Digitized by Google

Cap. 11. Et orandus Deus, ut labori noſtro (quod rei totius eſt caput) ſucceſſum felicem tribuat: Quod in principio ſapientiæ Salomo admonet ſingulos invitans, maximum & germanum ſapientiæ acquirendæ modum explicans, &c. Hucusque Bodinus. Concludam itaque hoc caput ex Eccleſiaſte eodem Salomonis utiliſſima commonefactione, ſicut elegantiſſimis verſibus eam tranſtulit Jacobus Lectius Juriſconſultus:

I nunc, præcipitem per gaudia lege juventam,
Quaq; animi trahit, atq; oculorum inſana libido
Ingredere: At cuncta hæc propter, divina tribunal
Te tandem ad juſtum certe vindicta vocabit:
Imo averte tuo de pectore numinis iram:
Nequitiamq; tuis omnem procul artubus arce:
Nam mage inane nihil laſciva flore juventa.

Caput XXXVI.

Cupiditates maturè extinguendas, & in modicis terminis naturâ conſtitutis manendum eſſe.

In prima Centuria c. 46. INtroduximus querelas & hiſtorias non vulgares, ex quibus conſtat, paucos imo fere neminem ſuâ ſorte contentum vivere, ſed ſemper vitiata quadam cupiditate pleroſque ad ulteriora reſpicere & tendere conſueviſſe. Hancque cupiditatem homines eo perduxiſſe, ut iis evenerit, ſicut fabula trita de milvio docet. Ajunt enim, milvium cum vocem ſimilem haberet cæteris avibus, hinnitum inſtar equorum nobilium appetiiſſe. Poſtea cum illam amiſiſſet, neque hunc ſatis conſequi poſſet, utroque excidiſſe, atque omnium avium poſtremam in canendo extitiſſe. Idipſum Michael Hoſpitalius Galliæ Cancellarius, vir prudentiſſimus, & patriæ ſuæ, dum vixit, amantiſſimus atque utiliſſimus elegantiſſimis verſibus exprimit, ex quibus nonnullos ſaltem aſſcribere volui;

Lib. 1. epiſt. ad Margar. Regis ſororem.

Præterea ſtudium nulli ſatis, aut ſua conſtat
Conditio: nunc his animus, nunc ducitur illis;
Semper, & ulterius vani ſplendoris amore
Progreditur, ſemperq; novas feſtinat ad artes,
Ante ſenex perfuſa videt ſua tempora canis,
Supremumq; inſtare diem, quam laſſus eundi
Tandem fixa loco veſtigia ponat in uno,
Quum ſecum ſtatuat, cui nam ſeſe applicet arti,
Vt qui Dædalei concluſus carceris intra

Anci-

Digitized by Google

Ancipites flexus indeprenſóſque viarum,
Hoc dubius modo carpit iter, modo neſcius illud:
Cumq; diu multos errans confecerit orbes,
Huc ſeſe referet, primum diſceſſerit unde?
Tanquam aut Callipedes, qui crura pedeſque movendo
Aßidue, nunquam tamen eſt procedere viſus.
Talis homo plerunque ſolet traducere vitam,
Irrequietus, inops rerum, quibus intus abundat, &c.

Rectè itaque Ælianus tales homines ita monet: cui pauca non ſufficiunt, ei nihil ſatis eſt: inde ſequitur, ut idem pergit: cui nihil ſatis, eidem etiam nihil turpe. Etenim cupiditas cupiditate accenditur, quæ niſi per continentiam ſuperetur, nunquam ſedatur, ſed latius ſerpens in inſaniam furoremque convertitur. Hæc illa ſitis, quæ bibendo magis magiſque incendit. Illuc enim proverbium ſpectat, quod dicitur: Si aqua fauces exſiccat, quid jam optare oportet? Reſtinguenda eſt igitur flamma nobis ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus, ac ſopita facultas reſtinguendi leniſſima data eſt, ne, cum omnia comprehenderit, nos fruſtra poſtmodum furibundam atque exultantem reſtinguere cupiamus. Neque rectorem navis audiendum prorſus exiſtimo in ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis, quam illi fugere facilime licuiſſet conſurgentem primo, ſibique ac rebus ſuis naufragium minitantem; neque item gubernatorem urbis in ipſius excidio & calamitate civitatis, quam impendentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaque prudentia ſuſtinere quodammodo ac propulſare potuiſſet.

Merito itaque præcipitur, ut cupiditates nimiæ ac intempeſtivæ cito, & veluti in herba, ut dicitur, necentur: multi enim, ſecundum Demoſthenem, dum plura majoraque appetunt, etiam præſentia atque parva amiſerunt. Tam incerta ſunt omnia humana atque mutabilia. Huc ſpectat Valerii Maximi ſententia: Caduca, inquit, ſunt, & fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundiis, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repentè dilabuntur; nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo fortunæ ſtatu huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improviſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici bona, quæ influxione malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant. Piè ergo Eccleſiaſticus dicit: Senſatus homo in ſapientia manet, ſicut Sol: ſtultus ſicut Luna mutatur. *Cap. 27.* Alluſit enim ad inſanos & lunaticos, Sic quoque Luna hieroglyphicè ſignificat ſtultos & inconſtantes homines, ob aſſiduas mutationes. Idipſum in Emblematibus à Georgetta Montenaia nobili fœmi-

na Gallice ſcriptis, per equum currentem cum veſpis pungentium inſtar circumvolitantibus, ingenioſe depingitur, cum hac inſcriptione. FRUSTRA CURRIS; additis hiſce rythmis:

Le cheval maigre en quelque part qu'il alle,
Ne trouve point de la mouche alleganſſe
Et le meſchant combien qu'il ſe travaille,
Ne peut fair le' treiuſte vengeanſſe:
De Dieu ſur luy par folle oultre cuidanſſe:
En tous lieux dont il ſe ſent pour ſuyvi:
Mais plus qu'ailleurs dedans ſa conſcienſſe
Le mal voulut, & il mal la' ſuyui.

Huc convenit D. Baſilii doctrina talis:

Fer quod ſors præſens tibi fert: nam ferre recuſans
Te lædis, & te ſors tamen abripiet.

Vel ut Antonius Muretus tranſtulit:

Obſequitor fatis: ducent te fata volentem:
Sin minus invitum, te tamen illa trahent.

In orat. de divite & paupere. In hunc finem antea etiam Manilii elegantiſſimos verſus introduximus, quibus convenit Chryſoſtomi utiliſſima monitio, ubi dicit: Quemadmodum qui male ſibi conſcius eſt, etiamſi omnium pecunia circumjectus ſit, omnium eſt miſerrimus: ita qui perpurgatam habet conſcientiam, etiamſi detritis pannis amictus ſit, & cum fame luctetur, æquiore animo eſt, quam qui vehementer luxu affluit. *Cap. 2. v. 24* Memorabilis præterea eſt doctrina & præceptum *Eccleſiaſtis*, ubi dicit: Nonne igitur hoc bonum eſt homini, ut edat & bibat, & oſtendat animæ ſuæ bonum ex labore ſuo, quod etiam vidi ex manu ipſius Dei eſſe. Ubi doctiſſimus Beza inſtruit, quæ ad vitam ſapienter ac prudenter, honeſtè denique & rectè inſtituendam requiruntur. Quænam, inquit, vita illa eſt? Nempe (ut primo loco de iis agamus, quæ ad fovendam hanc vitam requiruntur) ut ab illis non aliud expectes, quam cujus cauſa ſunt res illæ conditæ, & tibi, quiſquis es, divinitus eo, quo Deo viſum eſt, modulo conceſſæ. Sunt autem non ad hoc factæ, ut ab illis pendeas, aut in iis conquieſcas, quas tam inſtabiles eſſe oſtendimus: non etiam illas vel recondas, ſcilicet neque tibi, neque aliis utiles futuras, vel profundas, quaſi non ſatis cito perituras: ſed ut illis ad alendum hoc corpus pro ſortis tuæ ratione, minimè tamen ocioſus, tranquillo ſedatoque animo utaris: & iis contentus, quæ nactus honeſto labore fueris, hanc vitam exigas. Quod ſi aliud quicquam præter hunc uſum ab his rebus expectas, falleris omnino ipſo illarum uſu, etiamſi recto conſumantur. Sed illud præterea memineris, quod res iſtæ tibi, vel aliunde, vel

operæ

operæ tuæ interventu obvenerint, & quod illis hæc vita ſuſtentetur, nec fortuito, nec rerum ipſarum vi evenire: ſed unius Dei beneficentia ſingulari tibi conceſſum: cui proinde gratias de his omnibus agere tenearis, à quo etiam uno potes obtinere, ut illis pacatè & tranquillè frui poſſis. Quare idem Eccleſiaſtes alibi ita monendo præcipit: Vade, veſcere jucunde pane tuo, & bibe hilari animo vinum tuum. Enimvero jam grata ſunt Deo opera tua. Ubi idem paraphraſtes: Quod cum ita ſe habeat, rurſum huc redeo, ut te, quiſquis es, admoneam, ut relictis illis quæ penes unum Deum ſint arcanis, tuis contentus, alienis minimè inhians, tuis ipſius denique bonis hanc vitam hilari tranquillaque mente tranſigens, in hoc unum ſis intentus, ut opera tua Deo probes. Huc uſq; ille paraphraſtes. Idipſum gentiles quoque obſervaſſe, apparet ex his Horatii verſiculis: Cap. 9. v. 7. Od. 9. lib. 4.

Non poßidentem multa vocaveris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Pejuſq; letho flagitium timet, &c.

Caput XXXVII.

Bona intrinſeca æterna potius, quam extrinſeca fluxa & vana curanda, & continuo in proſperis & adverſis conſiderandum unicuique, ſe hominem eſſe mortalem.

Piè & rectè monemur, nullam partem vitæ, præſertim piorum, vacuam dolorum, ſed potius omnibus laborum moleſtiarumque generibus expoſitam eſſe. Adeoque infantes videri jam ſimul cum lacte ſugere ipſa calamitatum primordia, & creſcentibus annis, itidem miſeriæ creſcere videntur. Pii ſanè in cruce & adverſis rebus habent ſuas conſolationes peculiares, quæ ex ſacris literis depromendæ ſunt, quibus alios carere neceſſe eſt. Quæſiverunt conſolationes quoque gentiles in ſuis calamitatibus, ſed profectò fragiles, & nullius roboris: ita ut rectè dicatur, Philoſophorum præcepta non idonea eſſe ad ſananda vulnera, ſicut ſacræ literæ, ſed tantum ad cicatrices nonnulla afferre remedia. Animadvertunt

Digitized by Google

vertunt certè prudentes & politici viri, miſeriam humanæ vitæ, & quam multis calamitatibus ea ſit expoſita, ſed originem ipſarum neſciverunt: ideoque in varias opiniones delapſi ſunt. Nonnulli enim adverſas & proſperas res fortunæ ludibrio, quidam fatis, alii aliis cauſis attribuere, ignari veri fundamenti, ac principii hominum miſeriæ, quod videlicet omnes calamitates & infortunia ex lapſu primi hominis, & corrupta natura, ob tranſgreſſum mandati divini, impulſore Satana, fluxerint. Cæterum Seneca, utpote gentilis, ſed acutior & religioſior cæteris, hanc miſeriam ſentiens, internaque bona pluris facienda, quam externa, monens, introducit Deum ad bonos, quibus externus ſplendor oculos & etiam mentes præter modum nimis nonnunquam perſtringit, ita dicentem: Quid habetis, quod de me queri poſſitis vos, quibus recta placuerunt? Aliis bona falſa circumdedi, & animos inanes, velut longo fallacique ſomnio luſi: Auro illos, argento & ebore adornavi: Intus boni nihil eſt. Iſti, quos pro felicibus aſpicitis, ſi, non qua occurrunt, ſed qua latent, videritis, miſeri ſunt, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum ſuorum, extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis, dum illis licet ſtare, & ad arbitrium ſuum oſtendi nitent & imponunt: quum aliquid inciderit, quod diſturbet & detegat, tunc apparet, quantum altæ & veræ fœditatis alienus ſplendor abſconderit. Vobis dedi bona certa manſura: quanto magis verſaverit aliquis, & undique inſpexerit, tanto videbit meliora majora: quæ permiſi vobis metuenda contemnere, cupienda faſtidire. Non fulgetis extrinſecus: bona veſtra introrſus obverſa ſunt, &c. Verum enim vero nulla meliori ratione intrinſeca perpendi poſſunt, quam ſi extrinſeca diligentius conſiderentur, fragilitas nimirum humana, & quam facilè pulchra facies & corpus corrumpatur, & omnem ſplendorem & vigorem amittat, ita ut feliciſſimus quiſque in perpetuo metu, ne infeliciſſimus fiat, verſetur. Facilimè enim totus ſtatus hominis, &, ut ita dicam, uno momento mutatur: ita nihil in hac vita, ſive ſpectes pulchritudinem, ætatem vegetam, opes, honores, conjugium optatum, liberos morigeros, favorem principum, & aliorum, diuturnum & firmum maneat. Quare antea multis memorabilibus exemplis adductis, *Ca. 12 prior. cent.* monui, talem ſtatum eſſe rerum humanarum, ut innumeris telis fortunæ objectæ ſint, proindeque in rebus proſperis nemo ſe efferre, in duris & adverſis nemo animo prorſus abjecto eſſe debeat. Et inter alia recenſuimus Ægyptiorum morem, qui in conviviis ſuis mortis ſimulachrum circumferre, & convivas admonere ſolebant, ut inter edendũ & bibendum illud intuerentur. Hoc ſimulachrum fuit humani cadaveris reliquiæ, id eſt, compages oſſium corporis mortui. Græci σκελετὸν vocant, de quo Plutarchus in convivio ſapientum; Illa compages, inquit, oſſium corporis humani, quæ ab Ægyptiis ſtudio-

ſtudioſe in conviviis profertur, cum cohortatione, ut quiſque meminerit, ſe brevi ipſum quoque talem fore. Hæc igitur etſi ingrata alienaque quaſi commeſſatio eſt, opportunitatis tamen nonnihil habet, ſi incitat, non ad bibendi voluptatem, ſed charitatem mutui amoris, monetque, ne vitam ſpatio brevem, rerum negociorumque pravitate & vitiis, faciamus longam. Admonitio autem Ægyptiaca fieri ſolebat hiſce verbis:

Contuere hoc quid ſit, genio tantumq́, vocato,
Quam lubet, huic fies tu ſimiliſq́, ſemel.

Sic & alii apud veteres ſolebant in convivio mortis mentionem injicere,& vel larvam,vel oſcillum,vel cranium hominis mortui in menſa apponere manibuſque verſare, vel è tholo ſuſpendere, ut ſemper in conſpectu eſſet, commonefaciens convivas mutationis ac brevitatis vitæ: ideoque bibendum,& velut raptim vivendum, ne quid de fructu hujus vitæ periret: ut eruditiſſimè docuit Joſeph.Scalig.Oſcillum autem ſicut Feſtus hoc verbum explicat,vel oſcillatio fuit,velut imago quædam vitæ humanæ, in qua altiſſima ad infimum interdum, infima ad ſummum efferuntur. Huc ſpectat monumentum Tarracone repertum, Romamque delatum, cui figura hominis ſupina,ſaxo inſculpta fuit,ad cujus caput,ramus floreſcens,ad pedes vero ramus marceſcens,aut exſiccatus,cum hac inſcriptione: *L. 1. Auſon. lect. c. 26.*

Aſpice quam ſubito marcet quod floruit ante,
Aſpice,quam ſubito,quod ſletit ante, cadat.
Naſcentes morimur, finiſq́, ab origine pendet:
Illa eadem vitam, quæ incboat, hora rapit,
Ipſaq́, vita ſua ſemina mortis habet.

Idipſum obſervavit & conſideravit Maximilianus I. hujus nominis Cæſar optimus, quod integro ante mortem biennio, quocunque proficiſceretur, arcam ligneam, ad menſuram corporis humani fabrefactam, circumvectarit, in qua erat alia è plumbo facta, ea forma, qua eæ fieri conſuevêre, quibus mortuorum corpora ſepulturæ mandata, includi ſolent, pauciſſimis è comitatu, ac famulatu ſcientibus, quid in arca concluſum circumferretur. Exteriora enim ornatum ad decipiendos adſpicientes habebant, ac proinde ob pondus, ingentem arca theſaurum concludi exiſtimabant non parum admirantes: tanti nominis Imperatorem, perpetuam mortis memoriam ante oculos præferri ſibi voluiſſe, quo vitam actioneſque ita inſtitueret, ut aliquando immortali Deo rationem reddendam ſciret, inſigne ac memorabile ſucceſſoribus pietatis ac timoris, quo erga divini nu-

Digitized by Google

minis Majeſtatem affici debemus, exemplum relinquens. Ejuſdem inten-
tionis quo ad conſiderationem vitæ humanę fragilitatis,extra tamen ſolidam
conſolationem fuit Philippus Rex Macedonum. Quum enim in Chæro-
nea fudiſſet Athenienſes,licet fortuna evectus:tamen appetitum rationi ſub-
didit, neque contumelioſè, aut intemperanter, aliquid fecit; Proinde con-
ſultum eſſe putabat,quendam ex pueris quotidie hoc ei mane in memoriam
revocare, QUOD ESSET HOMO. Quare puero delegavit hoc officium,
neque ipſe prodibat antea ſicut fertur, neque quiſquam qui eum convenire
vellet, prius ad eum introibat, quam ſingulis diebus puer hoc proclamaſſet,
Hiſt var. l. 8.c.15. dicens, PHILIPPE HOMO ES, ſicut Ælianus, poſt alios, ſcriptum re-
liquit. Salutaris itaque eſt monitio Minucii ad Marcium Coriolanum, fero-
Roman. cem ſucceſſu rerum, apud Dionyſium Halicarnaſſeum: Qua in re inquit,
antiq.l.8. maximè potes, & in qua numen divinum tibi favet, in ea moderatè te geras,
& fortunæ beneficia prudenter diſpenſes, hiſque ſapienter utaris. Cogitans
res omnes eſſe mutabiles, & nihil unquam in eodem ſtatu permanere ſolere.
Quicquid enim excellit, quando ad ſummum claritatis faſtigium evaſit, indi-
gnationem Deorum effugere nequit, & rurſus ad nihilum redigitur, &c. Hoc
Ælian. l. 9. var.hiſtor.c. 41. autem potiſſimum accidit ſævis ac ſuperbis ingeniis, quæ humanæ naturæ
terminos transgrediuntur. Teſtis eſt Pauſanias. Is enim quum a Simoni-
de in convivio admoneretur, Meminiſſet SE HOMINEM ESSE, elatus
ſuperbia, & ſucceſſu rerum ferox, hanc monitionem tunc temporis nihil cu-
rabat, ſed paulo poſt quum in æde Minervæ incluſus, fame ſibi moriendum
eſſe videret, recordatus ſermonum Simonidis, ter magna voce exclamavit,
ô Cee hoſpes, magnum quiddam in tuo ſermone inerat: ego vero, *inani per-
ſuaſione* eram adductus, ut eum nullius momenti putarem. Cæterum ho-
mo ſeipſum rectè cognoſcere nequit, niſi perpetuo cogitet, ſe mortalem, ne-
que certum eſſe quo anno, quo die, qua hora, quo momento, cum mors ab-
ripiat. Hæ enim cogitationes eum veluti in freno continent, ne cupiditati-
bus & fluxis rebus, nimis indulgeat, ſed extrinſecis & caducis, quaſi fluxis, re-
jectis, intrinſeca bona retinere & augere, deſideret. Hoc monere voluit
Cap. 9. Eccleſiaſtes, deſcribens miſeriam & periculoſum ſtatum hominum. Neſcit
homo, inquit, tempus ſuum; ſed quemadmodum piſces capiuntur hamo, &
Cap. 7. In orat. funeb. volucres laqueis, ita quoque homines irretiti tenentur, tempore non bono,
Blanca Ma- quum ſubita calamitas, magno in eos irruit impetu. Quocirca diem mortis
ria conjugis alicujus præſtare dicit, diei quo natus eſt. Huc reſpexit Udalricus Zaſius,
Caſ. Max. I. ubi dicit: Non tam parentem quam ſeveram natura novercam ſe nobis exhi-
bet. Aut enim ægri vivimus, aut ſani. Ægros imperioſa, ne dicam periculoſa
medicorum juſſa conſtringunt, ſub quorū manu, (ut Plato voluit) vivere mi-
ſerrimum eſt. Sanos mille vincula circumveniunt: hunc ſuperciliosæ ſuper-

bia

biæ faſtus, alios creata ambitio, quoſdam invidiæ livor, impura Venus multos nectit, & colligat: & in ſumma quot ſenſuum affectionibus, quas paſſiones vocant, homo comprimitur, tot laqueis miſerè catenatur; atque adeo undique nobis anguſtiæ ſunt, & ut cum Propheta loquar, tot nos laquei prævenerunt ,.in medio tot laqueorum ingredimur , ut merito D. Antonius, mundum totum plenum laqueis eſſe exclamaverit. Non abſque ratione itaque mala res dicitur, vitæ cupiditas, quum non omnia divinæ providentiæ mandantur, & committuntur, ſed terrenis rebus, quaſi firmi aliquid habeant, inhiatur , unde peccatorum examina ſcatent. Vel ut Beatus Auguſtinus dicit: Amor temporalium eſt viſcus ſpiritualium pœnarum. Providit enim bonitas Dei ſicut ait Chryſoſtomus, ut in hac brevi, & exigua vita, breves agones eſſent, & labores: in illa vero quæ æterna eſt, corona, & præmia meritorum, ut labores quidem cito finirentur, meritorum vero præmia ſine fine durarent. *De reparat. lapſi.* Et alibi hanc viciſſitudinem diligentius idem inculcat. Univerſum terrarum orbem, inquit, ita Deus gubernat, ut modo hoc, modo illud, adhibeat, nec ſecunda ſemper ſuccedant, nec adverſa incutiat. Et quemadmodum nox diei ſuccedit, dies nocti, æſtas hyemi, & è converſo , eodem nos quoque modo, alios dolor vexat, alios voluptas permulcet, & nunc quidem ægrotatione laboramus, modo autem fruimur ſanitate. Non ergo admiremur, quoniam etiam quando nobis ſanitas adeſt, admirari oporteret: nec conturbemur, quando dolor nos exagitat, quoniam etiam quando gaudemus, conturbari par eſſet, &c. *Hom. 54. in Matth.* Licet itaque ob mobilitatem, & vanitatem extrinſecarum, & fluxarum rerum, exclamare:

O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta perfida,
Mundana cuncta ſordida,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta noxia,
Mundana cuncta peſſima,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
O miſera terrena omnia!
O umbra mundana omnia!
O vanitatum vanitas!

Sumpta hæc ſunt, ex Eccleſiaſte, ſive Concionatore Salomonis, ubi Paraphraſtes Theodor. Beza, ita addit: Hujus concionis ſumma eſt, falli vehementer, & certa cum ſua pernicie cunctos, qui in rebus ullis mundanis, ſive mundum ipſum ſupra & infra, ſive ſeipſos, foris & intus, ſive quæcunque in mundo geruntur; *Cap. 1.*

Digitized by Google

minis Majeſtatem affici debemus, exemplum relinquens. Ejuſdem inten-
tionis quo ad conſiderationem vitæ humanę fragilitatis, extra tamen ſolidam
conſolationem fuit Philippus Rex Macedonum. Quum enim in Chæro-
nea fudiſſet Athenienſes, licet fortuna evectus: tamen appetitum rationi ſub-
didit, neque contumelioſè, aut intemperanter, aliquid fecit; Proinde con-
ſultum eſſe putabat, quendam ex pueris quotidie hoc ei mane in memoriam
revocare, QUOD ESSET HOMO. Quare puero delegavit hoc officium,
neque ipſe prodibat antea ſicut fertur, neque quiſquam qui eum convenire
vellet, prius ad eum introibat, quam ſingulis diebus puer hoc proclamaſſet,
Hiſt var. l. 8. c. 15. dicens, PHILIPPE HOMO ES, ſicut Ælianus, poſt alios, ſcriptum reli-
quit. Salutaris itaque eſt monitio Minucii ad Marcium Coriolanum, fero-
Roman. antiq. l. 8. cem ſucceſſu rerum, apud Dionyſium Halicarnaſſeum: Qua in re inquit,
maximè potes, & in qua numen divinum tibi favet, in ea moderatè te geras,
& fortunæ beneficia prudenter diſpenſes, hiſque ſapienter utaris. Cogitans
res omnes eſſe mutabiles, & nihil unquam in eodem ſtatu permanere ſolere.
Quicquid enim excellit, quando ad ſummum claritatis faſtigium evaſit, indi-
Ælian. l. 9. var. hiſtor. c. 14. gnationem Deorum effugere nequit, & rurſus ad nihilum redigitur, &c. Hoc
autem potiſſimum accidit ſævis ac ſuperbis ingeniis, quæ humanæ naturæ
terminos transgrediuntur. Teſtis eſt Pauſanias. Is enim quum à Simoni-
de in convivio admoneretur, Meminiſſet SE HOMINEM ESSE, elatus
ſuperbia, & ſucceſſu rerum ferox, hanc monitionem tunc temporis nihil cu-
rabat, ſed paulo poſt quum in æde Minervæ incluſus, fame ſibi moriendum
eſſe videret, recordatus ſermonum Simonidis, ter magna voce exclamavit,
ô Cee hoſpes, magnum quiddam in tuo ſermone inerat: ego vero, inani per-
ſuaſione eram adductus, ut eum nullius momenti putarem. Cæterum ho-
mo ſeipſum rectè cognoſcere nequit, niſi perpetuo cogitet, ſe mortalem, ne-
que certum eſſe quo anno, quo die, qua hora, quo momento, cum mors ab-
ripiat. Hæ enim cogitationes eum veluti in freno continent, ne cupiditati-
bus & fluxis rebus, nimis indulgeat, ſed extrinſecis & caducis, quaſi fluxis, re-
jectis, intrinſeca bona retinere & augere, deſideret. Hoc monere voluit
Cap. 9. Eccleſiaſtes, deſcribens miſeriam & periculoſum ſtatum hominum. Neſcit
homo, inquit, tempus ſuum; ſed quemadmodum piſces capiuntur hamo, &
Cap. 7. In orat. funeb. Blancæ Mariæ conjugis Caſ. Max. I. volucres laqueis, ita quoque homines irretiti tenentur, tempore non bono,
quum ſubita calamitas, magno in eos irruit impetu. Quocirca diem mortis
alicujus præſtare dicit, diei quo natus eſt. Huc reſpexit Udalricus Zaſius,
ubi dicit: Non tam parentem quam ſeveram natura novercam ſe nobis exhi-
bet. Aut enim ægri vivimus, aut ſani. Ægros imperioſa, ne dicam periculoſa
medicorum juſſa conſtringunt, ſub quorũ manu, (ut Plato voluit) vivere mi-
ſerrimum eſt. Sanos mille vincula circumveniunt: hunc ſupercilioſæ ſuper-
biæ

biæ faſtus, alios creata ambitio, quoſdam invidiæ livor, impura Venus multos nectit, & colligat: & in ſumma quot ſenſuum affectionibus, quas paſſiones vocant, homo comprimitur, tot laqueis miſerè catenatur; atque adeo undique nobis anguſtiæ ſunt, & ut cum Propheta loquar, tot nos laquei prævenerunt, in medio tot laqueorum ingredimur, ut merito D. Antonius, mundum totum plenum laqueis eſſe exclamaverit. Non abſque ratione itaque mala res dicitur, vitæ cupiditas, quum non omnia divinæ providentiæ mandantur, & committuntur, ſed terrenis rebus, quaſi firmi aliquid habeant, inhiatur, unde peccatorum examina ſcatent. Vel ut Beatus Auguſtinus dicit: Amor temporalium eſt viſcus ſpiritualium pœnarum. Providit enim bonitas Dei ſicut ait Chryſoſtomus, ut in hac brevi, & exigua vita, breves agones eſſent, & labores: in illa vero quæ æterna eſt, corona, & præmia meritorum, ut labores quidem cito finirentur, meritorum vero præmia ſine fine durarent. Et alibi hanc viciſſitudinem diligentius idem inculcat. Univerſum terrarum orbem, inquit, ita Deus gubernat, ut modo hoc, modo illud, adhibeat, nec ſecunda ſemper ſuccedant, nec adverſa incutiat. Et quemadmodum nox diei ſuccedit, dies nocti, æſtas hyemi, & è converſo, eodem nos quoque modo, alios dolor vexat, alios voluptas permulcet, & nunc quidem ægrotatione laboramus, modo autem fruimur ſanitate. Non ergo admiremur, quoniam etiam quando nobis ſanitas adeſt, admirari oporteret: nec conturbemur, quando dolor nos exagitat, quoniam etiam quando gaudemus, conturbari par eſſet, &c. Licet itaque ob mobilitatem, & vanitatem extrinſecarum, & fluxarum rerum, exclamare:

De reparat. lapſi.

Hom. 54. in Matth.

O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta perfida,
Mundana cuncta ſordida,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
Terrena cuncta noxia,
Mundana cuncta peſſima,
O vanitatum vanitas!
O vanitatum vanitas!
O miſera terrena omnia!
O umbra mundana omnia!
O vanitatum vanitas!

Sumpta hæc ſunt, ex Eccleſiaſte, ſive Concionatore Salomonis, ubi Paraphraſtes Theodor. Beza, ita addit: Hujus concionis ſumma eſt, falli vehementer, & certa cum ſua pernicie cunctos, qui in rebus ullis mundanis, ſive mundum ipſum ſupra & infra, ſive ſeipſos, foris & intus, ſive quæcunque in mundo geruntur, *Cap. 1.*

runtur,

Digitized by Google

runtur, ſpectent, invenire ſe poſſe ſperant firmum quidpiam in cujus adeptione merito conquieſcant. Nam ego contra iterum atque iterum aſſirmo, nihil eſſe mundanum in mundo, quod non ſit inconſtans, fluxum, evanidum, vaniſſima denique vanitas: Ex quo illud conſequitur vaniſſima eſſe omnium illorum ſtudia, qui à rebus tam vanis, ſtabile quidpiam, nedum perenne expectent, &c.

Caput XXXVIII.

De vero ornatu mulierum, & quam fucus deteſtabilis res & hypocriſi comparandus ſit, deque fœtore humani cadaveris.

GRegorius Nazianzenus ornatum verum mulierum ita deſcribit, Mulierum ornamentum eſt, morum probitate, & elegantia florere, domi ut plurimum manere, colloquium cum divinis oraculis habere, fuſo & lanæ operam dare, (hoc enim fœminarum munus eſt) ancillis opera mandare, ſervos vitare, labiis, oculis, genis vinculum injicere; pedem limine non admodũ frequenter efferre, pudicis quidem omnib. mulieribus oblectari; cæterum eo duntaxat viro contentam vivere, qui tibi legitimo matrimonio, virgineam zonam ſolvit. Huc pertinet locus Juſtini hiſtorici; Verum, inquit, ornamentum matronarum pudicitia eſt, non veſtes. Idemq; paulo ante frugalitatem genitricem virtutum appellavit. Econtra antea comprobavimus, q̃ verſutum & intolerabile animal ſit fœmina, quæ repudiato honore, & virtutibus matrimonialib. tantum ſuas cogitationes & actiones eo redigit, ut oculotenus bella, & elegans videatur, & fuco atq; iis illecebris, vel libidine impulſa, vel lucri aviditate adducta, amatores ad ſe alliciat, & veluti blandimentis in caſſes adductos capiat, & perdat: Inprimis autem hoc facere ſolent in Italia, & alibi, fœminæ Curiales vel cortegianæ (ita enim ob morum elegantiam, veſtitum & ornatum, vocari volunt, pleræq; animo & corpore fucatæ.) præſertim Romæ, quas Bernard. Saccus Ticinenſ. hiſt. eleganter ſuis vivis colorib. ita depingit; Venus ſub hæc verna tempora ſuas vices, ſuaq; ſpectacula habet, & ſine amore Roma nullo modo eſſe poteſt. Curiales itaq; ſeſe oſtentant fœminæ, corporis venuſtate ac ornatu comptæ, quæ viſæ ignotos ſimul ac notos alliciunt, magiſq; & illecebris captos detinent, & longa expectatione fruſtrantur, aut bonis expilatos, pilis quoque denudant, pluresque interdum ex ſtultis inſanos faciunt,

Lib. 10.

Ca. 10. prior. Cent.

In hiſt. Ticinenſ. l. 1. c. 6

Digitized by Google

ciunt. Et viceverſa illa, quæ inter alias ſeſe providam & cautam cenſet, ac profitetur, prima omnium nonnunquam effluit, & implicatur, & dum eludere adoleſcentes cogitat, ipſa prior eluditur, ac deridetur. Rectè itaque ita deteſtatur fucum, & mala atque deformitatem inde provenientem Franciſcus Patricius: Quid enim eſt aliud pœnitere ſui ipſius, & ſeipſam odio habere, quam aliam faciem inducere? & viſco, ceruſſa, fuco, aliiſque pigmentis naturam violare? Quid quod paulo poſt ablatis adulterinis coloribus, ad formam priſtinam redit, non ſine irriſione omnium familiarium, & cum damno etiam nativæ venuſtatis? Ex illis namq; venenis rugæ ante tempus faciem arant, oculi caligant, dentes obſcuriores fiunt, animaq; uxoris peſſimè olet. His commentitiis coloribus fœditatem aſpectus, & contemptum ſibi comparant, odiumque viri. Et præſertim: *De inſtit. Repub. li. 4. c. 8.*

————*Quum miſeri viſcantur labra mariti.*

Ut facete admodum ille Satyrus refert.

Quo reſpexit Julius Cæſar Scaliger in hoc ſuo eleganti Epigrammate; *In hyppo-naƈt.*

Venale donis pectus improba mœcha,
Mœchos vel ultro prodigis emens donis,
Quæcunque fuco, lacteove lomento,
Mutat colorem, ſeſe & ipſam entitur,
Annosq; curvos, ſeculumq; derugat,
Inertiam auget, exprobratq; naturæ.

Hinc eruditè talis comparatio fucatarum mulierum cum hypocritis inſtituitur: Quemadmodum mulieres, quæ fuco faciem illinunt, quum ad Solem acceſſerunt, earum deformitas fit ita conſpicua, ut cogantur ſe occultare: ſic hypocritæ propter ſuas ſimulationes magna ſunt apud homines in exiſtimatione & admiratione, ab omnique vitio & culpa alieni eſſe videntur. Deus igitur illos ad tempus ſinit lucere coram hominibus, ſed tandem illorum hypocriſin deridet: ita ut omni illa ſpecie & forma ac veluti larva externa nudentur, & illorum garrulitas, & inanis loquentia, ambitio, ſplendor & ſimulatio plane deficiat. Idipſum elegantiſſimis elegiacis illuſtravit Nathan Chytræus, comprehendentibus ſalutarem doctrinam, qui digni ſunt, ut adſcribantur:

Turpis anus cupiens formoſior ore videri,
Ætas quam patitur, rugaq; fœda ſinit:
Ora genasq; linit fuco, frontemq; ſenilem,
Ad ſpeculumq; ſibi ficta puella placet:
Sed ſimul ardentes ac Solis contigit æſtus,
Ille ementitus mox color omnis abit:

At facies rugoſa manet, maculæq; pudendæ,
Conſpicua cunctis ora genasq; notant:
Et quo fucus erat ſpiſſus mage, turpior ipſa
Redditur hæc facies, & mage ſcabra cutis:
Scilicet has ipſas ſolvit ſimulatio pœnas,
Quando videri inſons, nec tamen eſſe cupit.
Et ſua verborum fuco dum crimina pingit,
Innocuam quamvis ut putet eſſe deam.
Sed ſimul ad ſolium ventum eſt ſublime Iehovæ:
Tum ſubito fictum quod fuit ante, fugit.
Tum ſol conſumit nive cum glacieq; pruinas,
Tum cernenda patent, quæ latuere prius.
Sic tua ſi peccata teges, mox deteget illa,
Et Soli oſtendet cuncta videre potens.
Aſt ea ſi reteges, deplorabisq; Iehovæ,
Mox ea clementi, conteget ipſe manu.
Defodietq; cavis tumulorum, aut merget abyſſo
Æquoris, haud ullis inde ruenda modis.
Si ſapis, haud celans, potius tua vulnera pande,
Promptior ut medica ſit tibi cura manus.

Emblem. 51. Idipſum ſane ingenioſo Emblemate illuſtravit Boiſſardus, cum hac inſcriptione; PRÆTEXTU NOCENTIOR, cui additum eſt hoc tetraſtichon:

Nulla eſt juſtitiæ peſtis capitalior illis,
Larvatâ apparent qui pietate boni.
Quo plura intulerint incautis damna nocentes,
Inde illi laudis plus meruiſſe volunt.

Præterea in explicatione hujus Emblematis ita dicitur: Hypocriſis teterrimum eſt vitium, qua ſocietatis humanæ, omnisq; amicitiæ vis corrumpitur, & concidit. Cumque in omni genere hominum reprehendenda ſit, in iis abominanda merito debet eſſe, qui ſuas iras, inimicitias, ambitionemque prætextu pietatis & religionis tegunt, & ſatiant: animæ malæ & incendiariæ, ſeditionum & diſcordiarum fomites, tecta fraude, ferentes, &c. Hinc videmus, licet hypocritæ ſuperbia ad cœlum uſque aſcenderit, & caput ejus nubes attigerit: tandem tamen quaſi ſterquilinium peribit, & qui viderant eum, dicent, Ubi eſt? *Iob. c. 20.* At qui Dominum timuerint, & in veritate permanſerint, in æternum non peribunt. Cum igitur fucus & externa ſpecies illa ſplendida mulierum, nihil niſi meram hypocriſin redoleat, vel potius latentem eam in ſe contineat; merito origo & fragilitas humana quan-

Digitized by Google

quantum fœtoris, & in ortu, in vita, denique in morte, ſecum circumferat, conſideranda diligentius eſſet; quod idem inſignis Poëta Nathan Chytræus ita depingit:

Quid niſi fœtor homo eſt? fœtores inter in alvo
Gignitur, & latitat: tenet è fœtente faviſſa,
Eruitur fœtens: totius tempore vitæ
Seſe intra fœtet, fœtores ejicit ex ſe:
Corpus inane anima tandem fœtore maligno,
A ſe abigit cunctos, & cum fœtore ſepulchro
Fœtenti infertur, quæſo unde ſuperbia tanta
Nos inflat? tanto cur cum torpore geluq;,
Cœleſtem patriam expertem fœtoris avemus?

Non ergo abſque ratione antea recenſuimus, quare ex fœtore cadaveris humani vermes, angues & ſerpentes naſcantur: quod etiam obſervavit Philippus Melanchthon, quia homo, inquit, eſt afflatus veneno ſerpentis in Paradyſo, diabolus vere aſſumpſit formam ſerpentis. Hodie adhuc in Aſia circumferuntur ſerpentes, in quibus habitat diabolus. Bonum eſt adoleſcentes hoc ſcire; ſunt quidam præſtigiatores in Aſia, qui circumeunt per totas Inſulas, & geſtant ſerpentes, quibus ſaltantibus, putant purgari domos, ſic ut nulli ſerpentes intrent, aut inficiant eas ædes, (audivi iſta à bonis & honeſtis viris qui viderunt.) Ita autem agere ſolent; Geſtant ſerpentes in vaſe cupreo, unum atque alterum, & cum veniunt in domus, aperiunt vas, & incipiunt ludere tympanis, tunc paulatim aſſurgit ſerpens, & aperit rictum oris, ex quo poſt incantationem prodit caput facie virginea pulcherrima. Eſt imaguncula ſimilis capiti virginis, tandem iterata incantatione ſenſim retrahit ſerpens, & abdit caput in os: ipſe vero ſerpens fit languidus, & quaſi exanimatus recidit, quia diabolus cruciat eum. Hæc non ſunt fabuloſa, & ſic diabolus transformavit ſe in ſerpentem, quando decepit Evam & Adam. Quod autem ex homine putrefacto naſcuntur ſerpentes, ſignificatur origo & fœditas peccati. Hucusque Melanchthon. Cæterum, ut ad fœminas redeamus, prudenter ſane Hypalia fœmina Alexandrina, apud Suidam, defectum & fragilitatem naturæ ſuæ conſideravit. Cum enim alio modo & conſilio nequiret amantis importunam ſolicitationem abrumpere, panniculos ei ſuos, fluore menſtruo maculatos, objecit; Hoc, inquiens, eſt adoleſcens, quod amas: nihil autem pulchrū. Elegans præterea hiſtoria eaque memoratu digna deſcribitur à S. Iſidoro Peluſiota, ſicut ex Græco à Jacobo Billio interpretata eſt. Quum aliquando inquit, juvenis quidam ad libidinem propenſus, ac mulierum ſervus pulcherrimam virginem conſpexiſſet, ejusque amore captus fuiſſet, atq; quo cupiditate

Cap. 11. Cent 1. In explica. Evangelii die Paſchatis.

Epiſt. 53. l. 2.

Digitized by Google

ditate ſua frueretur, nullam non machinam moviſſet, illa principio quidem ejus poſtulatum repudiavit. Nam & nobilis & caſta erat, ſeque & animum & corpus ab omni libidine intactum ſervaturum eſſe Chriſto promiſerat. Ut autem certior facta eſt, eum propterea furore ac rabie præcipitem agi, rationem excogitavit, per quam & pudicitiam ſuam incolumem retineret, & ipſius ignem extingueret. Attonſo enim, vel, ut rectius loquar, abraſo univerſo crinium ſuorum ornatu & elegantia, facieque ſua cinere aqua permixto delibata, eum ad ſe accivit, eique cum ingreſſus eſſet, dixit: Tune hanc deformitatem amas? Ille vero tanquam ex furore revocatus, non modo libidinis ignem extinxit: verum etiam ingenti poſtea caſtitatis amore flagravit. Itaque ipſa quoque admonetur, adſcititio ornatu, minime uti nec igni vi naturæ inſito fuci ac præpoſteri ornamenti materiam adjungere, ne graviſſimorum lapſuum cauſæ ſint. Præſtat enim futurorum malorum averſionem invenire, quam eorum, quæ jam acciderint, ſupplicium ſumere. In illa allegata epiſtola Iſidori, hæc doctrina hiſtoriæ præmittitur. Mulieres, quæ honeſtatis ac pudicitiæ exiſtimationem habere cupiunt, naturæ quidem pulchritudine contentæ ſunt: eam autem in melius excolere, non repudiant. At vero eæ, quæ vere pudicæ ſunt, in animæ cura ſtudium ſuum omne poſitum habentes, corpus quidem ut animæ organum mediocriter curare, minime defugiunt: at ipſum exornare ac delinire haudquaquam dignantur, ne quod naturæ ſervum eſt, adverſus animam, cui principatus attributus eſt, impudenter inſurgat, verum illud ordinem ſuum agnoſcere docent, nec libidinis igniculum, ac materiam tanquam eſcam proponunt, quin potius ignis hujuſce materias, quoad ejus fieri poteſt, eximunt. Hoc conſiderare & perpendere debuiſſet Veneta illa delicatula, de qua Leander & alij ita ſcribunt, ſicut hanc hiſtoriam ex Italico transtuli: Duxerat Dominicus Silvius Dux Venetus in uxorem fœminam nobilem Conſtantinopolitanam, plenam ſuperbiæ, & mollicici, ut ſicut Petrus Damianus refert, non dignaretur manus aliamvè corporis partem aqua pura, & limpida lavare; multo minus cibos nudis digitis attingere, ſed ſolummodo inſtrumentis aureis, quæ Italis forcelette ſunt, utebatur. Præterea tanta copia odorum, & fomentorum preciosiſſimorum in ipſius cubiculo continuo incendebatur, ut fragor eorum non aſſuetos, ſtupidos & attonitos efficeret. Veruntamen hæc mollicies, luxus, & deliciæ immenſæ, finem dignum ſortitæ ſunt, (quemadmodum res omnes momentaneæ & umbratiles, & quo immoderatiores, eo periculoſiores eſſe ſolent.) Eæ enim mox in tantam fœditatem degenerarunt, & hæc delicatula & mollis fœmina, quæ paulo ante aqua pura putabat ſe inquinari, ſuis deliciis, ita infecta fuit, ut ex toto corpore ſanies & corruptiſſimi humores, cum intolerabili fœtore, gutta-

guttatim effluerent, & hac ratione unusquiſque deprehendere poſſet, eam ſibi ipſi ex nimia mollicie & luxu hoc malum peperiſſe, &c. Hanc hiſtoriam attingit quoque parens meus, & dicit, nonnullos tradere, hanc fœminam fuiſſe ſororem Nicephori Botoniatæ Imperat. Græcorum, anno Chriſti 1066. fœminam excellente formâ & venuſtate corporis incredibili, & mirificè delicatam, adeo ut cibum non niſi minutè conciſum, tubulis aureolis attraheret, & nunquam aliter, quam aut cœleſti roris aqua collecta, aut roſacea lavaret. Quæ tandem fœdo & horrendo morbo membris omnibus putreſcentibus interierit, &c. Ita in fœtorem omnium deterrimum deſiit, quod antea res fœtida & lutida fuit. Recte itaque dicitur: Qui nitidiores ſolito ſunt, ſuſpecta ſua bona habere debent. Huc reſpexit quoque Jac. Auguſtus Thuanus, vir dignitate & eruditione præſtantiſſimus, atque Poëta eximius, in hoc ſuo tetraſticho: *In Chron. Niceph.*

Diſce homo de tenui conſtructus pulvere, qua te
Edidit in lucem conditione Deus.
Mox cinis in tumulo fies, totusque repente,
Quem modo velabat purpura, vermis eris.

Hac intentione conſolatus fuit Matathias moribundus filios ſuos, quum videret, formatam eſſe ſuperbiam & caſtigationem, ac tempus ac æſtus indignitatis, eosque ad conſtantiam hortatus fuit, ut exponerent animas pro lege & fœdere majorum, hiſce verbis: ET A SERMONIBUS VIRI PECCATORIS NE TIMEATIS, QVIA GLORIA EIUS IN STERCORA ET IN VERMES ABITURA EST. *1. Macch. 2.*

Idipſum inculcare vult inſcriptio illa Neapolitana, ſub ſtatua fœminea marmorea:

Quid me miraris, duro de marmore factum,
Reſpice te potius: vermibus eſca manes.

Poſtremo memorabile eſt epitaphium cujusdam Regis Galliæ, miram viciſſitudinem vitæ humanæ continens:

Riſi, ploro: fui, non ſum: ſtudui, requieſco:
Luſi, non ludo: cecini, nunc mutio: pavi
Corpus, alo vermes: vigilavi, dormio: dixi
Salve, dico vale: rapui, rapior: ſuperavi,
Vincor: certavi, pace utor: jure ego vixi,
Iure igitur morior: non obſto, obſtare nequirem:
Terra fui quondam, rurſum ſum terra: nihil ſum,
Terra caduca vale; vermes ſalvete, recumbo.

Caput XXXIX.

De veſtibus, & earum vero uſu & abuſu.

ETſi de vitijs ex libidine & pravis cupiditatibus, quæ depoſitis veſtibus, ex nuditate corporis conſpecta, plerunque oriri ſolent, in cap. 34. prioris centuriæ multa diſſeruimus: tamen ejusmodi peccata ex animis eorum, qui dediti & imbuti ſunt malis concupiſcentijs, ortum habent. Si enim animi caſtitate, pudicitia & pietate imbuti ſunt, nullum ab hac re caſtitatis aut pudicitiæ, periculum, nulla jactura aderit. Et ob hanc rem Lerium obiter introduximus, ſcribentem. Americanas nudas fœminas, licet noſtratibus pulchritudine corporis inferiores non ſint, in ſua ſimplici & naturali nuditate minus laſcivis moribus eſſe, neque libidinem excitare, quam Gallicas mulierculas quæ elegantibus & exquiſitis veſtibus ornatæ ſunt. Hæc enim ſunt ejus verba, cum reſpondet objectioni, quod frequens commercium cum barbaris nudis, ac præſertim cum fœminis, ad laſciviam & libidinem provocet: Dico, inquam, quamvis in ſpeciem nuditas illa concupiſcentiæ eſca non immerito cenſeatur; tamen, ut res ipſa comprobavit, inculta illa nuditate certum eſt, multo minus opinione viros ad libidinem pellici. Itaque auſim aſſeverare, ſplendidum illum cultum, fucos, ſuppoſititias comas, capillos calamiſtratos, ampla illa tanto artificio complicata amictoria pretioſa, mamillaria, laciniatas & undantes veſtes, cæteraq; ejuſmodi, quibus fœminæ noſtrates tam ſedulo formam mentiuntur, plura incommoda & mala parere, quam faciat barbararum nuditas, tametſi forma ab illis non vincantur. Ac ne diutius (pergit) immorer, eorum teſtimonium hic appello, qui mecum in Braſiliam navigarunt, quique vtrasque conſpexerunt, &c.

In hiſt. navigation. in Braſiliam.

Vera hæc eſſe nemo cum ratione negare poterit, ſi præſertim origo veſtium, ex transgreſſione videlicet primorum hominum, in Paradiſo nata, recte cōſideretur. Quod ſane pij viri in Geneſi obſervarunt, ubi dicitur, Deum feciſſe Adæ & Evæ veſtes pelliceas, quod voluerit in illo habitu primos homines, non ſecus ac prius poſt lapſum in nuditate conſpicere ſuam fœditatē, atq; ita peccati reminiſci: ſimulq; nobis exemplum propoſuerit, in quo nos ad frugalem ac minimè ſumtuoſum veſtitum aſſueſecerit. Hoc potiſſimum delicatis in mentem venire deberet, quibus nulla videtur eſſe ornatus mundicies, niſi quæ luxu diffluit; non quod præciſè damnandus ſit quilibet ornatus, ſed quia ubi curioſè appetitur immodica elegantia & ſplendor, non tantum ſpernitur magiſter, qui veſtitum eſſe voluit inſigne verecundiæ, ſed bellum quodammodo adverſus naturam geritur.

Cap. 3.

Eaſdem

Eaſdem pias cogitationes habuit Gulielmus Perkinſius, ubi dicit: Non eſt mirandum, Prophetam Iſaiam tam acerbè invehi in exceſſum veſtitus, & laſciviam. Quia eſt I. Profuſio donorum Dei, quæ in alios bonos uſus conferri poſſent. II. Eſt indicium, & quaſi vexillum ſuperbiæ, quia quis ſe aliis vult præferri. III. Eſt ſignum otii & ignaviæ: qui enim in cultu corporis multum operæ impendunt, ij plerunque aliarum rerum negligentes & laboris impatientes ſunt. IV. Eſt argumentum levitatis, quæ quotidie aliquid novi invenit, aut ſaltem imitatur. V. Eſt confuſio ordinum & officiorum, quæ in vita Deus conſtituit, quia homines plebeji more nobilium ſe amiciunt. Ideo pergit paulo poſt: In veſtitu debet eſſe decor ſanctus; decor iſte apparebit, ſi obſerventur veſtium fines, qui ſunt quinque: 1. Neceſſitas, ut corpora muniantur contra injurias caloris & frigoris. 2. Honeſtas, ut tegatur nudi corporis deformitas, quæ ſecuta eſt peccatum. 3. Commoditas, quâ pro ratione vocationis, & officij, & vitæ modo veſtes aptantur, hinc alia alijs decora. 4. Frugalitas, qua habitus eſt juxta proportionem facultatum. 5. Diſtinctio perſonarum, id eſt, ſexus, ætatis, officiorum, temporum, actionum. Nam alius habitus virum, alius fœminam, alius juvenem, alius ſenem decet. Ideoque indecorum eſt, à viro geri inſtrumentum fœminæ, vel contra. Præterea quid in veſtitu decorum ſit, modeſtorum, & gravium, & candidorum in omni ſtatu hominum judicio & exemplo definiendum eſt, & potius intra medium ſubſiſtendum, quam ultra illud progrediendum eſt. Hucusque Armilla. Utilis ſane & pia monitio eſt iſta: Nam ſi vel mas fœmina ve attentius cogitaret, qualis nuditas, amiſſa puritate & innocentia, ex transgreſſione primæva, & in nobis propagata, vel potius vitioſum factum, idq; nativum, ſub veſte licet pretioſiſſima lateret, certe depoſito omni faſtu inſolentia & ſuperbia, ad illud interius potius, quam ad externa reſpiceret, de quo D. Ambroſius piè ita monet: Neſcit, inquit, natura divites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim veſtimentis induti naſcimur, nec cum auro argentoq; generamur. Nudos fudit in lucem, egentes, cibo, potu, amictu: nudos recipit terra, quos edidit, neſcit fines poſſeſſionum, ſepulchro nos includit ceſpes anguſtus, qui & pauperi abundat & diviti, & terra, viventis quem non cepit affectum, jam divitem capit. Et alibi idem: Audi, omnes naſcimur nudi, & morimur: nulla diſtinctio inter cadavera mortuorum, niſi forte, quia gravius fœtent corpora divitum, diſtenta luxurie.

In armilla aurea. Cap. 32.

Deut. c. 22.

In tract. de Nebucadnezaro.

Idipſum obſervavit quoque Plinius, licet gentilis, ubi ita dicit: Ante omnia natura noverca, unum hominem animantium cunctorum alienis velat opibus: cæteris varia tegumenta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera. Truncos etiam arboreſque

In proœm. 11 lib. nat. hiſt.

Digitized by Google

resque cortice interdum gemino à frigoribus & calore tutata eſt. Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abjicit, &c. In hoc igitur ſtatu, ut exijt è matris utero, ita nudus revertitur, ut abeat, ſicut venerat, nec reportat quicquam ex labore ſuo, quod aſportet manu ſua, ſicut Eccleſiaſtes Salomonis nos monet. Hoc conſideravit Hoſpitalius, olim magnus ille Galliæ Cancellarius, in ſua eleganti Epiſtola ad Georgium Armeniacum Cardinalem, dum inculcat integritatem, & juſtiſſimum judicem, cui mortales in reſurrectione rationes dictorum & factorum omnium reddere tenentur, hiſce verſibus:

Cap 5. *Epiſt. l. 1.*

Quem fruſtra aggrediare dolis, & fallere verbis:
Tum vultus & frontis erit velamen inane,
Nudi omnes, nudo ante Deum ſe corpore ſiſtent,
Cui nihil obſcurum eſt, nil clauſum, aut denique tectum.

Cæterum quod ad veſtes attinet, veteribus in foro honeſtè veſtiri mos erat, domi quod ſatis eſſet: aliud enim homini, aliud humanitati ſatis eſſe cenſebant, ut ait Varro. Inde eſt alia veſtis domeſtica ſive οἰκουρούντων, alia forenſis, ſive τῶν εἰς ἀγορὰν προερχομένων Ciceroni ac Svetonio, & Plutarcho in Sylla. Qui igitur fœde veſtiti in publicum prodirent, odio erant & irriſui, ut indicat Juvenalis. De mundicia autem in veſtitu, locus eſt elegans Senecæ: Mundæ veſtis inquit, electio appetenda eſt homini. Natura enim homo, mundum & elegans animal eſt. Itaq; non eſt bonum per ſe munda veſtis, ſed mundæ veſtis electio: quia non in re bonum eſt, ſed in electione: qu'a actiones noſtræ honeſtæ ſunt, non ipſa quæ aguntur. Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtimo dicere. De hac re ſtudioſus Lector plura videre poterit apud Caſaubonum, in Theophraſti characteribus. Veſtimentorum autem veterum diſtinctio late deſcribitur. *in l. veſtis. § de auro & argento legato.* Inter alias hæc ibi reperitur: Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria, Et paulo poſt: Communia ſunt, quibus promiſcuè utitur mulier cum viro, veluti ſi ejuſmodi penula palliumve eſt, & reliqua ejusmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir, vel uxor utatur. De qua diſtinctione latius Alex. de Alexandris.

Satyr. 3. *Epiſt 93.* *Lib. 5. c. 26.*

Lex autem divina abſque diſtinctione prohibet: Ne induatur mulier veſte virili, nec vir utatur veſte fœminea. Abominabilis enim eſt apud Deum, qui facit hoc: Unde eam ita explicat Philo: Voluit lex, virum in veſtitu ſuo ſe, ut virum decet gerere, quam cum die noctuque circumferat, talis eſſe debet, ut cum ſemper decori honeſtatisque admoneat: ſic & mulieres, ornans pro dignitate, vetat viriles veſtes ſumere, longe ſubmovens tam effœminatos viros, tum plus æquo viriles fœminas. Et Flavius Joſe-

Deuter. 22.

Digitized by Google

Joſephus: Cavete maxime in bello, ut neque mulier habitu virili utatur, neque vir ſtola muliebri. *Lib. 4. antiquit.*

Præterea in Gangrenſi Concilio mulier anathemate feritur, quæ virilibus utitur veſtimentis.

Nonnulli autem myſticè hanc legem interpretantur, ſicut Clemens Alexandrinus dicit: Quam rationem habet hæc lex? An non vult nos eſſe viros, & nec corpore, nec factis, nec mente, nec verbis effœminari? Et Divus Ambroſius: Arbitror quod non tam de veſte, quam de moribus dixerit hæc lex, vel de uſibus atque actibus, quod alius virum, alius fœminam deceat actus. *Ephes. 15.* Simile eſt præceptum ibidem in lege divina: Ne induito veſtimentum variè commixtum. Cardinalis vero Cuſani ſententia eſt, hanc prohibitionem in lege divina, ne vir indueret veſtem muliebrem, & è converſo, propter idololatriam factam eſſe, quia mulieres veſtes viriles, & arma in honorem Martis induebant, & viri muliebres, in honorem Veneris. *Lib. 2. exercitat. in ſermone Ibant Magi.*

Qualis autem parſimonia & vilitas veſtium olim in ſobrio ſeculo fuerit, multis exemplis demonſtrari poſſet. Idcirco etiam antiquitas Herculem pelle leonina amictum pingebat, & fingebat cum clava, ut homines antiquum veſtiendi corporis morem recordarentur. Primum enim pellibus corpora texerunt, & nondum armorum uſu reperto, vim adverſariorum ſuorum lignis propulſarunt. Deinde elegantiorem atque operoſiorem veſtitum repererunt. Quoniam autem in Herculis mentionem iterum incidimus, ſciendum eſt, celebrem apud gentiles non ſolum Herculem Thebanum, (qui à Poetis patronymico nomine Alcydes vocatur, & à Græcis divinis laudibus effertur) ſed etiam Herculem Ægyptium fuiſſe, qui Gigantes una cum Oſiride in Italia deviciſſe fingitur, cujus templum & columnæ Gadibus olim fuit. Imo Hercules Alemanus colebatur, qui, teſte Beroſo, tempore Mancaleï XIV. Regis Aſſyriorum, apud Tuiſconas regnavit: ita dictus ob fortitudinem, quia omnes, qui aliquid fortiter egiſſent, Hercules vocabantur, ut Macrobius in Saturnalibus ſcribit. Et ob hanc cauſam, ut Tacitus eſt autor, Germani ituri in prælium, hunc Herculem canebant, animoſque militum hiſce carminibus accendebant, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurabantur. *De moribus German.*

Ut autem ad veſtimenta noſtra redeamus, ex legibus Francorum antiquis conſtat, quam frugales leges ſumptuarias habuerint, ex his una fuit talis: NEMO PLURIS VENDITO, AUT EMITO, QUAM SAGUM OPTIMUM ET DUPLUM XX. SOLIDIS: SIMPLEX X. VILNOS AUTEM MINORIS: ROCCUM MARTRIMUM, SEU LUTRINUM OPTIMUM XXX. SOLIDIS. SIS MUSINUM OPTIMUM X. SOLIDIS:

QUI SECUS FAXIT, XI. SOLIDIS MULTATOR, ET DELATORI XX. SOLIDOS EXSOLVITO.

Cæterum non ſemper veſtitus vel animi humilitatem, vel faſtum indicat, vel tegit, cum non ſolum ſapientia, ſed ſæpius etiam ambitio ſub ſordido pallio lateat, neque ulli homines magis ſitibundi gloriæ eſſe ſoleant, quam qui eam fugientium ſpecie perſequuntur. Non ſecus ac illa puella viripeta, quæ fingendo verbis, ſe plane à nuptiis abhorrere, motis manibus recuſanti ſimilis, citius illa, quam aliæ, eas exſiccaret. Hoc enim erat ſignum propoſi-
Epiſt. 5. tum utra prius nubere deberet. Unde Plato Diogeni Cynico, qui ſe in Platonis veſte ornatiore ejus faſtum calcare diceret: calcas, inquit, ſed alio faſtu. Et Ariſtoteles ſordidum ac neglectum Lacedæmoniorum veſtitum, ad arrogantiam refert, ſicut Muretus in verbis Senecæ, Ambitionem perverſa via ſequitur, notavit.

Poſtremo, quamvis ex prioribus ſatis ſuperque conſtet, qualis veſtis ſexui maſculino & fœminino decora & conveniens ſit, cum tamen fœminæ in veſtibus & ornamentis comparandis & oſtentandis plerunque curioſiores ſint, Chriſtianarum fœminarum veſtimenta & ornamenta vera & cultum, at-
In lib. de cultu fœminarum. que mundum non periturum, ex Tertulliano adſcribam: Prodite, inquit, vos jam medicamentis & ornamentis exſtructæ Apoſtolorum, ſumentes de ſimplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depingite oculos verecundia, & ſpiritus taciturnitate, inſerentes in aures ſermonem Dei, annectentes cervicibus jugum Chriſti: caput maritis ſubjicite, & plus quam in auro placebunt. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ, Deum habebitis amatorem, &c.

1. Pet. 3. v. 3. & 4. Quæ Tertulliani verba præclaram continent explicationem ejus, quod ſcribit D. Petrus de ornatu mulierum Chriſtianarum: ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος· ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος, καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πολυτελές.

CAPUT XL.

Comarum alendi uſus & deſuetudo, & quam ignominioſum olim fuerit capillorum & barbæ raſura.

ALLEGAVIMUS in cap. 36. prioris centuriæ nonnulla, ut mihi videtur, memoria digna, de barba & coma, & de utriusque myſtica ſignifi-
Cap. 21. catione, inprimis, quomodo Heſychius Hieroſolymitanus dictum Levitici,

tici, ubi prohibetur in lege divina filiis Aaronis, ne caput neve barbam radant, interpretetur. Quemadmodum autem ipſius pias cogitationes & interpretationes amplector, ita etiam aliæ cauſæ hujus prohibitionis eſſe poſſunt: inter quas non poſtrema eſt, quod plurima erant vetita in lege divina, quæ ritus gentium haberent, & aliquam redolerent idololatriam. Hinc illæ in Levitico ceremoniæ de raſura capitis vetita, quæ in uſu ido- *Cap.19.21* lolatris. Sic quia Ethnici comam ad delicias alerent, cœperunt viri noſtri pii comas tondere: Sic vetitum clericis comam alere, etiam barbam ra- *Carthag.* dere. Etſi verbum hoc poſtremum ſit de decretali raſum, ſicut Albericus *Concil 4. de* Gentilis notavit. Indicavimus quoque, apud Græcos uſitatam olim pœ- *vita & ho-* nam ſtupri fuiſſe, ſecuri barbas publice hujus flagitii convictis, præcidi, *neſtate cle-* atque ita illos ut infames, dimittere. Hoc illuſtratur memorabili & lepida *ricorum.* hiſtoria, quam ex Gulielmo Paradino tranſtuli: Quo ritu & ceremonia *Doctor.fa-* [illegible] loco juveni fere imberbi ex aulicis Comitis Sabaudienſis Ama- *bul c.7.* dei VI. hujus nominis, Conſtantinopoli publice barbæ naſcentis, vel *In Chronico* potius lanuginis erumpentis, pili à tonſore præciſi ſint, eo quod violen- *Gallico Sa-* ter compreſſerat nobilem virginem hoſpitis ſui. Quum vero poſt atro- *baudia.l.2.* cem accuſationem patri violatæ virginis, hac tonſa lanugine (nihil enim *c.155.* amplius petierat) ſatisfactum eſſet: Comiti autem res ludicra videretur tam atrox crimen, quod alioquin capitale eſſet, tantum abraſione pluſculorum pilorum, veluti expiari, noluit tamen tunc temporis (quum nobilem ſuum propter fidem & fortitudinem amaret) ſeverior lege municipali eſſe, & in illum graviori pœna animadvertere. Verum addidit hanc comminationem, ſi is, vel alius ex ſua familia denuo tale aliquid perpetraret, ſe more Sabaudico, cui caſtitas virginum magis cordi eſſet, non Græco, delinquentes ſeverè puniturum. Similem pœnam etiam olim erga homicidas apud Græcos uſitatam fuiſſe conſtat, cum à Græcis Genuenſes nonnulli Peræ habitantes, in ſeditione quadam occiſi eſſent. Imperator enim barbas homicidis in pœnam ſceleris radi juſſit, quæ mulcta apud eos admodum ignominioſa fuit. Qua non contenti Genuenſes, Imperator, ſed admodum ludicra & obſcœna, maleficii reos puniri juſſit, ſicut Poggius *In facetiis.* refert.

Cæterum quam gravis infamia & injuria fuerit olim præciſio crinium, antea quoque multis exemplis & hiſtoriis declaravimus: Sicut quoque accidit tempore Henrici Imperatoris (quem Aucupem appellarunt, eo quod illi in aucupio occupato, renunciatum fuerit, ſe Imperatorem à Principibus declaratum.) Quum enim ejus legati ab hoſtibus, qui munitiſſimum locum Hartesburgum in monte prope Goslariam occuparant, violati, & crinibus præciſis, virgis quoque male multati eſſent; mox punitis ſevere

 viola-

Lib. 2. c. 37. violatoribus pacis, munitionem illam Imperator funditus evertit, ſicut in Chronicis Slavorum Reineri Reineccii ſtudio editis, continetur.

Lib. 4. in vita Urchangaſi. Sane apud Turcas ſuperioribus ſeculis comas alere & barbas uſitatum fuit. Ita enim legitur in hiſtoriis Muſulmanicis Leonclavii noſtri opera editis: Barbam forficula tondere non erat in uſu. Tam proceres, quam cæteri Baſſæ Vizirlai prolixas barbas alebant: ſi cui Rex iratus eſſet, ignominiæ & pœnæ cauſa barbam homini præcidi jubebat. Mos ipſe tam præcidendi, quam tondendi barbas, à Franckis, (hoc eſt, Italis) ad Turcos manavit. *Lib. 10. in vita Emir Suleimanis.* Et ibidem refertur, quod Suleimanes, Chal[illegible] propter verba tum duriora, tum acerbiora, quæ audire principem a ſubdito prolata, nō par eſſet, ignominiæ cauſa, more nationibus illis familiari, barbam præcidi mandaverit, propter quam ſummam contumeliam is ad hoſtes transfugit, & autor fuit, ut Emir Suleimanes à ſuis proceribus & militibus deſereretur, qui mox captus & ſtrangulatus fuit, quod accidit anno Chriſti cIↃ. CCC[illegible]. Facile autem aſſentior iis, qui putant, cum experientia teſtaretur, ex longioribus comis in prælio & vulneribus multa impedimenta & pericula inferri, tum quoque valetudini obeſſe, præſertim fluxiones capitis alere, noſtrates & alios, de induſtria comas aliquo modo præſecuiſſe. Quo forte reſpexit Carolus Magnus in privilegio, quod Friſionibus Romæ in Lateranenſi palatio, anno Dominicæ incarnationis octingenteſimo ſecundo, conceſſit, in quo hæc verba certa ſunt.

ITEM STATUIMUS, UT FRISIONES VOLENTES MILITARE, ET IN SUBSTANTIA HABENTES, SINT USQUE AD SUMMITATEM AURIUM CIRCUMTONSI, AURO IN EORUM PALUDAMENTO UNDECUNQUE SPLENDENTES, UT PER HOC SUAM VALEANT OSTENDERE LIBERTATEM [illegible] A NOBIS ESSE COLLATAM. Hoc privilegium integrum inſeruit Ludovicus Guicciardinus in ſua deſcriptione Belgii. Cæterum plane contra, vel potius contraria ratione Claudius vel Clodion II. Rex Francorum, qui ob habitu comatus vel capillatus dictus fuit, cum Romanos continuis bellis [illegible]ere ex tota Gallia feliciter expuliſſet, mandavit ſuis militibus & ſubditis, ut in ſignum libertatis comas & prolixos capillos, portarent, quum antea Romani, tanquam in notam ſervitutis ex decreto Cæſarum, tonderi Gallos [illegible]. Accidit hoc circa annum Chriſti CCCC.XLIII. Huc reſpexit Sidonius in his verſibus:

Sic ripæ duplicis tumore fracto
Detonſus, &c.

id eſt, victus, humiliatus, comæ honore adempto.

Athe-

Athenis ſane olim quoque mos hic fuit: Juvenes comam alebant ad annos pubertatis, tum à parentibus ad tribules adducebantur, ut comam tonderent, & μαλλὸς & σκιᾶ: dicebatur. Fere autem & Græci & Romani, comam hanc primam alicui Deo conſecrabant, & cum illam alere ſe in ejus honorem dicebant; tum ibi tonderentur, illam in ejus Dei templo ponebant, cujus rei apud Pindarum, Æſchylum, Feſtum, aliosque ſunt teſtimonia.

Alius ritus fuit apud Perſas, teſte Curtio, qui in lugubri veſte Perſarum conjuges & liberos, in funere tonderi prodidit: Hancque tonſuram non modo ad homines, ſed ad jumenta quoque perveniſſe ſcribit Herodotus, cum de nece agit Maſiſtii, viri apud Perſas ſpectatiſſimi: Suetonius etiam Tranquillus, cum Germanici interitum deſcribit: Quin & barbaros, ait, quosdam regulos ferunt barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Eodem modo ſcribit Plutarchus, Græcos ſi quid eis adverſi accidiſſet, viros capillos aluiſſe, fœminas totondiſſe. Idem Herodotus ſcribit, Argivos capita totondiſſe, cum ſuperati à Lacedæmoniis fuiſſent, in agri Thyrai contentione, ac ſi in maximo luctu conſtituti fuiſſent. Unde ait, legem tulerunt, ne quis comam aleret, donec Thyreas recuperaſſent.

In lib. ult.

Gyrald. de vario ſepeliendi ritu.

Quo tempore autem apud nos & in inferiori Germania, uſus comarum & barbarum prolixarum deſiit, in prioris Centuriæ cap. 36. nonnulla indicavi, cum Philippus Bonus, Dux Burgundiæ, circa annum cIɔ. cccc. LX. morbo impulſus, comam raderet, & aulicis nobilibus ſuis, ut idem facerent, præciperet. Ad hoc deinceps acceſſit, ut teſte Bodino, Franciſcus I. hujus nominis Galliæ Rex accepto vulnere, capillos, quo facilius curaretur, tonderi juſſerit, tunc repente domeſticos omnes principes, nobilitatem, magiſtratum, opifices, omnes denique ordines, capillos omnino de capite decuti curaſſe; Ac ſi quis majorum veſtigiis inſiſteret, ac tonderi turpe duceret, cum omnium riſu exceptum. Cum tamen regum inſigne, ab hujus imperii primordiis ſemper antea fuiſſet, nec niſi patriciis, ac nobilibus capillitium nutrire fas eſſet. Cæteri ſervili habitu tonderi tamdiu coacti ſunt, quoad Petrus Lombardus Pariſiorum Pontifex obtinuit, pro ea, quæ tunc erat, in reges Pontificum autoritate, ut plebi capillos alere liceret.

De Republ. l. 4. c. 6.

Hoc etiam apud Græcos accidit. Theophilus enim Imperator Græcus, quum à natura paucos capitis capillos haberet, & eſſet calvaſter, edito Edicto juſſit, crines ab omnibus tonderi, neque ab ullo Romano ultra collum demiſſos geſtari: Sanxitque edictum, gravi flagrorum ſupplicio, priſcorum Romanorum virtutem revocare ſtudens, ſicut ejus Conſtitutiones

teſtantur. Poſtremo ut hoc caput concludam, hiſtoriam memorabilem vel potius ſtratagema ad emungendam pecuniam, ex Nicephori chronologi optimi parentis mei opera edita, referam, ex qua apparet, qualis mos & honos in oriente fuit, in barbis nutriendis & conſervandis. Balduinus à Burgo, inquit, qui Edeſſam teneret, duxerat uxorem cujusdam Armeni principis Melitenæ Gabrieli filiam, nomine Morphiam. Hic captus ad Carras, cum magna pecunia æſtimatus vix poſt quinquennium reverſus eſſet, laborare inopia pecuniæ cœpit, qua ſocer minus liberalis abundaret. Sic igitur rem componit: Suos equites, quibus ſtipendia debebantur, jubet ſe proficiſcentem ſequi ad ſocerum, & quaſi de improviſo petere ſolutionem ejus, quod debe[illegible]tur, aut obligatum pignus auferri ſinere. Contendentibus autem illis, quemadmodum convenerat, vehementius, clamoribus rixæ excitatus Ga[illegible], accedit, & quid rei, negotiique ſit, percunctatur. Cumque omnia [illegible]ſſet, pergit ſciſcitari: Quodnam igitur pignus auferre equites velint? Ibi [illegible]nus tacere, quaſi pudore verum confiteri prohiberetur. Tum is qui cauſam equitum ſuſceperat agendam: Barba, inquit, generi tui obligata eſt, & ſolutionis dies præteriit: aut pecunia igitur, aut barba nobis tradatur. Gab[illegible]elus mirari, & indignari: quærereque ex genero, verum ne diceretur? Qui [illegible]i invitus, ita eſſe reſpondit. At ille magis etiam commotus, qui neceſſ[illegible] impulſus tantam & tam pretioſam, & maxima cura tuendam viro rem, oppignoraverit, interrogat. Quia enim, inquit, urgebant equites ſolutionem debiti, & nullo alio pignore ſatisfieri poſtulationi eorum poterat. Ibi Gabrielus ignarus de compoſito rem geri, ignominiam extremam, ut arbitrabatur genero perſoluta pecunia, equitibus redimit, & ſalvâ barba, cu[illegible] fi[illegible]æ remittit. De coma vero qui plura cupit cognoſcere, is eruditiſſimum adeat Commentarium, quem de ea confecit Hadr. Junius.

CAPUT XLI.

De pudicitia veterum, & libidine, quæ oritur ex nuditate corporum & luxuria.

Cap. 34. ALlegavimus in priori Centuria legem Romuli talem: QUI SE NUDUM A FOEMINA VIDERI PASSUS FUERIT, CRIMIN[illegible] CA[illegible]TALIS REUS HABEATUR. Hujus legis reliquias tempor[illegible] Aug[illegible] Cæſaris adhuc duraſſe conſtat ex Dione. Quum enim Li[illegible] conjugi Auguſti, obviam facti quidam viri nudi, eaque de cauſa neca[illegible], ita e[illegible]puit morti, quod diceret, pudicis mulieribus hos nihil a ſtatu[illegible] differre. [illegible] modeſtia optimi Cæſaris Maximiliani I. antea quoque diximus, qu[illegible] ſe nec[illegible]

In hiſt. Roman. l. 58.

vi-

rum nec mortuum ab aliis nudum conſpici voluit. Nec minor probitas, & *De dict. & fact. Alphonſi lib. 3.*
modeſtia fuit in Alphonſo Rege Arragonum, cujus ab ore omnino verbum obſcœnum excidit nullum, ut Ant. Panormitæ verbis utar. Nunquam interiora membrorum ejus quempiam vidiſſe, nunquam juraſſe, niſi per oſſa patris, & id quidem raro & ob cauſam. Idipſum quoque Græcis, Gratiano, Valentin. & Theodoſio Impp. curæ fuiſſe, eoſque pudicitiam, & mundiciem [illegible]e, obſcœnam vero nuditatem pati noluiſſe, conſtat ex ipſorum legibus. Non ſolummodo flumina, prope caſtra fluentia, ab omnibus ſordibus pura eſſe voluiſſe, ſed etiam prohibuiſſe, ne aliquis nudatus publicos oculos inceſſet. Ideoque procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum ho[illegible]ſum fieri mandaſſe. Neque etiam tam projecta fuit impudicitia *L. cum ſupra C. de re militar. l. 12.*
meretri[illegible] Romanarum, quæ in honorem Floræ Deæ ludos nudæ celebrare ſol[illegible] non graves viros, memores turpitudinis propriæ venerarentur, [illegible] afficerent. Cato enim cum in theatrum, in quo ejusmodi ludi à nu[illegible]ſcortis celebrarentur, ingreſſus fuiſſet, ac mulieres tanti viri gravitate, & authoritate permotæ, nudare ſe noluiſſent, monitus is fuit à Favonio, ut diſcederet. Sicut hæc, & alia docte & erudite ex Seneca, & aliis authoribus *De habitu Imperat.*
[illegible]avit Henricus Salmuth, in ſuis utiliſſimis Notis ad librum Guidonis P[illegible]roli JC. clariſſimi, & præceptoris, dum Patavii eſſem, mei obſervandiſſimi, Rerum memorabilium jam olim deperditarum, &c. ubi addit, Eodem reſp[illegible] Martialis, dum in epiſtola libro illi præfixa, ita ſcribit, Epigrammata *Lib. 1. Epigram.*
illis ſcribuntur, qui ſolent ſpectare Florales. Non intret Cato theatrum noſtrum, aut ſi intraverit, ſpectet. Hinc illi hoc natum Epigramma:

Noſſe jocoſa dulce cum ſacrum Floræ:
Feſtosque luſus, & licentiam vulgi:
Cur in theatrum, Cato ſevere veniſti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

[illegible]em vero theatrum illud, idem & proſtibulum Iſidorus putavit, eo quod *Lib. 18. de ſpectac. c. 10.*
poſt ludos exactos, meretrices ibi proſternerentur, ut Tertullianus non abſque ratione, eas tanquam publicæ libidinis hoſtias, in ſcena proferri dicat. Eodem modo Britannis longo tempore mos inolevit, conjuges, & nurus nudas, & ſucco herbarum delibutas, ad templa ducere, & ita ſupplicare, ac captivorum ſanguine Diis litare. Recte itaque D. Auguſtinus ita ratiocinatur. Si nihil in libidine illa ineſſet pudendum, non texiſſent ſua genitalia primi homines, poſt peccatum. Nam genitalia potius, quam ora, per quæ comederant, [illegible]xerunt, & occultarunt: atque ea ipſa non manu, ſed ficu, ne ea vel [illegible] attingerent, tanta nimirum turpitudo in iis poſt peccatum inhæſit, &c. Horreſco legens impudentiam, lubricitatem, libidinoſam cæcitatem vete[illegible], inprimis autē de Venere Gazæa, In trivio, enim, vel quadrivio ſtabat ſta-

tua

tua marmorea, cujus effigies erat Veneris, uti habebatur, inſtar nudæ fœminæ, quæ palam oſtendebat verenda ſua. Statuam hanc in honore habebant omnes cives maximè vero mulieres, lucernas accendentes, & thure ſuffientes. Dicebant etiam, eam in ſomniis reſpondere iis, quæ volebant inire matrimonium. Decipiebantur autem: ſæpe vero juſſis à dæmone contrahere matrimonia, peſſimè illis cedebat. Plerunque enim rixæ, & divortia inde oriebantur. Tali forma alibi quoque Venerem cultam eſſe, multi hiſtorici teſtantur. Sed tranſeamus ad eos, qui tanquam monarchæ totius orbis obſervabantur. Nota enim eſt flagitioſa vita, & mores turpiſſimi Tiberii, Heliogabali, & aliorum Imperatorum obſcœnorum, qui nudas puellas, ſibi cœnantibus, miniſtrare, atque etiam currum trahere, voluerunt, & ejuſmodi obſcœnis, & libidinoſis actionibus, uſque publicis, admodum delectati ſunt. Unde non immerito Euripides mulieres, & virgines Laconicas (quæ lege Lycurgi, nudæ in publicis ſpectaculis ſe exhibebant & exercebant) appellat ἀνδρομανεῖς, quod impudica ſuorum corporum nuditate, multos ad furorem turpis amoris, & libidinis adigerent. Rectè itaque reprehenditur potentiſſimus ille Tartarorum Imperator, quem vulgo Tamerlanem vocant, quod inter alia ludibria, quibus Bajazeti captivo ægrè faceret, uxorem ejus, quam una ceperat, eamque præ reliquis, unicè amaret, crepidulis tantum calceatam, ſagoque militari breviſſimo indutam, denudatis obſcœnis partibus, dedecorose ante mariti oculos, Scytharum proceribus una diſcumbentibus, pocula infundere, & ſervire coëgerit. Quæ ignominioſa obſcœnitas, Bajazetem Zelotypum in furorem adegit, ut cum alia inſtrumenta ad manus ſibi inferendas deeſſent, capite frequentibus ictibus ferreæ caveæ, proſecto, illiſoque cerebro, violentam mortem accelerarct. Verum hæc hiſtoria, & colloquium inter Tamirum, & Bajazetem infra prolixius recenſetur. Cæterum licet Turcæ, ſicut antea monuimus, ob nimiam Zelotypiam uxores ſuas, & pellices plerunque domi contineant, & abdant, inprimis autem caveant, ne in conſpectu virorum lavent: ac ſi in publicum neceſſitas evocet, ita tectas, & pannis obvolutas emittunt, ut meræ larvæ, aut ſpectra, occurrentibus videntur, tamen nudæ in balneis muliebribus, nonnunquam inter ſe illicito amore, & libidine, invicem accendantur, ut manifeſto appareat, nullam cuſtodiam à libidine tutam eſſe, niſi animus honeſtate, & pudicitia antea probe ſit munitus. De qua re audiamus Busbequium Legatum Cæſareum recenſentem mira, quæ vitia in nudis mulieribus, licet viri abſint, inter eas nonnunquam pullulent. Cum vero, inquit, mulieres promiſcuis ſui ſexus balneis utantur, in quibus puellæ multæ ſint, eximia forma, ex diverſis orbis regionibus, variis caſibus collectæ, quæ cum nudæ,

Cap. 51.

nudæ, ut in balneis, reliquarum oculis exponantur, miros in quibuſdam excitant amores, nihilo minus, quam quibus apud nos adoleſcentium animos, virgines commoverint. Unde quid proficiat cuſtodia? Quanquam non omnia fugit, qui vitavit adulterium. Mulieres inter ſe amant, conciliatrices vero nefariorum amorum ſunt balneæ, à quibus propterea quidam ſuas mulieres, quoad poſſunt, arcent, penitus tamen abſtinere non poſſunt, permittente lege. Evenit ut in tali cœtu, mulier magno natu caperetur amore juvenculæ, filiæ cujuſdam incolæ Conſtantinopolitani, hominis in tenui re. Cumque apud eam precando, & blandiendo non tantum proficeret, quantum ejus inſania poſtulabat, rem auſa eſt noſtris moribus penè incredibilem; mutato cultu mentitur virum, conducit ædes in propinquo, ubi habitabat puellæ pater: nomen edit inter mancipia Imperatoris, de numero Chiauſſorum, brevique (ut fit inter vicinos) inſinuat ſe in ejus conſuetudinem, nec multo poſt de filiæ nuptiis mentionem injicit. Quid multa? viſa eſt conditio patri non adſpernanda; libenter annuit: dicitur dos pro facultatibus, & item dies nuptiis: qua ingreſſus in thalamum ad novam nuptam, bellus ille ſponſus, ubi capitis tegmen depoſuit, & colloqui cœpit, ſtatim agnoſcitur. Exclamat virgo, & parentes revocat: illi cognoſcunt ſe non viro, ſed fœminæ collocaſſe filiam. Poſtridie ducunt ad præfectum Gianizarorum, qui per abſentiam principis urbi præerat. Is increpat mulieris tam grandis natu veſaniam, ecquid puderet propudium tam fœdæ libidinis, tanquam vecordis incœpti: tum illa, Abi ſis, inquit, neſcis, quid valeat amor: faxit Deus, ne ejus vires unquam experiaris. Ad vocem tam abſurdam, non tenuit riſum Præfectus, ſtatimque è conſpectu amoveri illam, & profundo mergi juſſit. Sic vetulæ malè proceſſerunt ſui amores. Turcæ in occulta flagitia non valdè inquirunt, ne locum aperiant calumniæ: manifeſtaria & comperta graviter puniunt, &c. Cæterum de mulierum incontinentia & luxu, apud veteres quoque graves querelæ extant. Inter quas Senecæ memorabilis præ cæteris eſt hæc. Maximus ille Medicorum & hujus ſcientiæ conditor, fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hæ jam & capillis deſtituuntur, & pedibus ægræ ſunt. Non mutata fœminarum natura, ſed vita eſt. Nam cum virorum licentiam æquaverint, corporum quoque virilium vitia æquaverunt. Non minus pervigilant, non minus potant, & oleo, & mero viros provocant. Æquè invitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur, æquè nivem rodunt, ſolatium ſtomachi æſtuantis. Libidine vero, nec maribus quidem cedunt, pati natæ. Dii illas, Deæque malè perdant, adeo perverſum commentæ genus impudicitiæ, viros ineunt. Quid ergo mirandum eſt, maximum medicorum, ac naturæ peritiſſimum, in mendacio prehendi, cum tot fœminæ podagricæ calvæ-

Epiſt. ad Lucilium 95.

calvæque ſint. Beneficium ſexus ſui, vitiis perdiderunt, & quia fœminam exuerunt, damnatæ ſunt morbis virilibus, &c.

Caput XLII.

De turpi amore virorum erga viros, ementito ſexu ſub prætextu nuptiarum, & falſa fœminarum ſpecie, nec non & declaratio L. cum vir nubit, &c. ſingularis.

PRæbuit mihi occaſionem Busbequiana hiſtoria, in proximè antecedente capite relata, de mutuo amore, & libidinoſis actionibus mulierum Turcicarum, ulterius cogitandi, & inveni, in converſo caſu, olim tempore Romanorum, nonnunquam tam profligatæ pudicitiæ mares inventos fuiſſe, qui ad excitandam libidinem, veſtibus, habitu, & omnibus aliis muliebribus ornamentis (ſicut Turcica illa fœmina, veſtitu virili, fœminam decipere, & ducere conata fuit) vir viro ementito ſexu, ſub quadam falſa muliebri ſpecie nupſerit, & nuptias contraxerit. *Li. 7. de providentia.* De quibus ſcribit ad hunc modum Salvianus Maſſilienſis Epiſcopus: Quis credere, aut audire etiam poſſet, convertiſſe in muliebrem tolerantiam, viros non uſum ſuum tantum, atque naturam, ſed etiam vultum, inceſſum, habitum, & totum quicquid penitus aut in ſexus aut in uſu viri? adeo verſa in diverſum omnia erant, ut cum viris nihil magis pudori eſſe debeat, quam ſi muliebre aliquid habere videantur, nihil viris quibuſdam turpius videretur, quam ſi in aliquo viri viderentur. Et paulo poſt idem Salvianus deplorat veſaniam eorum, qui ſub fœmineo habitu & velamento, viri viris ſecurius nuberent. Cum, inquit, muliebrem gradum fingerent, cum indicia quædam monſtruoſæ impuritatis ſibi innecterent, atque hoc publicè in civitate Romana, urbe illic ſumma, & celeberrima, quid aliud quam Imperii dedecus erat, ut in medio Reipubl. ſinu execrandiſſimum nefas palam liceret admitti? *De juris ambiguit. lib. 4. c. 20.* Quo in loco Jacobus Rævardus (qui hæc diligenter, & eruditè obſervavit) pro monſtruoſæ, menſtruoſæ, legendum cenſet, quaſi dixerit Salvianus, non eos ſolum habitum, formam, & inceſſum muliebrem aſſumpſiſſe, ſed etiam indicia quædam menſtruoſæ impuritatis ſibi innexuiſſe. Qualis *In vita Heliogabali.* autem obſecro olim fuit monſtruoſa & veſana libido Varii Aurelii Heliogabali Baſſiani. Is, enim, ut teſtatur Aurelius Vi[…]or, cupiditatem ſtupri, quam adſequi naturæ defectu nondum poterat, in ſe convertens, muliebri nomine Baſſianam pro Baſſiano juſſerat appellari. Veſtalem virginem, quaſi matri-

monio

monio jungens ſuo, abſciſſiſq; genitalibus fortè antea efferà libidine putridis
& corruptis, matri ſe Magnæ ſacravit. Hic poſtquam occiſus, & corpus ejus
per Urbis vias, more canini cadaveris, à milite tractum eſt, militari cavillo, in-
domitæ, & rabidæ libidinis catula appellatus fuit. Hoc Joh. Bapt. Egnatium *In vita Varii*
quoque movit, ut tali encomio eum celebraret: Nullus principum ad hanc *Heliogabali.*
diem majore libidinis flagravit infamia, uti ſe in muliebrem ſexum excæcari
curarit, &c. D. Neronis, veſani, libidinoſiſſimi hominis fortè fuit iſte Helio-
gabalus veſanus ſectator, qui ſimilibus vitiis imbutus fuit. Nam Suetonio te- *In vita Ne-*
ſte, puerum Sporum exſectis teſticulis, etiam in muliebrem naturam transfi- *ronis.*
gurare conatus eſt; cum dote & flammeo per ſolenne nuptiarum celeberrimo
officio deductum ad ſe pro uxore habuit. Extatque cujuſdam non inſcitus jo-
cus; Bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem habuiſſet
uxorem. Hunc Sporum Auguſtarum ornamentis excultum, lecticaque ve-
ctum & circa conventus, mercatuſque Græciæ, ac mox Romæ circa ſigillaria
comitatus eſt, identidem exoſculans. Quin etiam contaminatiſſimus, & libi-
dinoſiſſimus homo, Doryphoro liberto, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit, ut
voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus fuerit. Quare
ibidem Suetonius ita concludit: Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſimum ha-
buiſſe eum, neminem hominum pudicum, aut ulla corporis parte purum eſſe:
verum pleroſque diſſimulare vitium, & calliditate obtegere. Ideoque profeſ-
ſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque conceſſiſſe delicta. Ita obſcœna, &
turpes actiones Imperatorum corruptiſſimorum, cauſam præbuere, ut multi
alii (ſicut fieri ſolet, quod exempla principum, veluti contagia ſerpant ad ſub-
ditos) imitati, eorumq; gratiam tam impudicis moribus aucupati ſint. Ideo-
que poſterioribus temporibus hujuſcemodi atrocibus delictis & libidinoſis,
atque turpibus actionibus ne altius ſerperent, neve impunè committeren-
tur, laudati Imperatores & Cæſares, quibus ſua ſuorumque pudicitia & ho-
neſtas curæ fuit, obviam ire, & pœnis capitalibus conſtitutis coercuerunt.
Idcirco ex ejuſmodi obſcœnis, malis, & peſſimis moribus, bonæ leges ita ut
ſit, ortum ſuum habuerunt. Imprimis autem extat lex Conſtantii, & Conſtan-
tis memorabilis, in noſtro Codice, quæ incipit, cum vir nubit, &c. *C. ad l. Iul. de
adulter.* quæ licet ab Accurſio & aliis interpretibus de iis, qui muliebria paſſi
ſunt intellecta, ideoq; ob turpitudinem Sodomiæ in ſcholis publicè lecta non
fuerit: mihi tamen Ræyardi opinio, utpote ſincerior, & commodior magis *De Iuris am-*
arridet. Sic autem illam reſtituendam putat: Cum vir nubit, ut fœmina, viris *biguit. lib. 4.*
paritura, quid cupiatur, ubi ſexus perdidit locum? Id eſt, cum vir nubit, ut fœ- *c. 20.*
mina viris paritura, cur ibi quæritur ſexus, ubi ſexus perdidit locum? Cum vir
nubit, ut fœmina hujuſmodi ſcelus eſt, cujuſmodi ſcire non proficit, inquiunt
Imperatores: credo, quia ſexus perdidit locum. Cum vir nubit, ut fœmina,

Digitized by Google

Venus mutatur in alteram formam. Quomodo ita, nimirum, ut vir ſub falſa muliebri, ſive Venerea forma, deliteſcat. Denique cum vir nubit, ut fœmina, amor quæritur, & ille qui quæritur amor, non videtur. Quæritur enim ab impuro marito, abominanda quædam in yirum libido viri, & quia ſub forma muliebri libido hujuſmodi, cum vir ut fœmina nubit, occultatur, ideo ille, qui quæritur amor, non videtur. Nec ſanè dubito, quin ad hanc conſtitutionem tunc etiam reſpexerit Salvianus, &c. Hæc Rævardi interpretatio hujus legis, cum ſit ſingularis & contra communem opinionem interpretum, quemadmodum mihi, ut commodior, ſemper placuit, ita ad firmandam eam, alia quoque fulcra conquirere, conatus fui. Inveni autem in Antonii Gomezii Juriſconſulti celeberrimi commentariis, nonnulla, ſi non in totum priori correctioni legis, attamen in effectu, congrua; quæ me in dicta ſententia admodum corroborarunt. Ita enim ſcribit, cum plurimos DD. allegaſſe, qui Accurſii opinionem *in d. l cum vir*, &c. ſecuti ſunt; De qua lege dicit Bartolus, quod non conſuevit legi in ſcholis, propter turpitudinem materiæ: Dicit etiam Albericus, quod illius legis eſt pulcher ſtylus, turpis materia, ſententia juſta. Verum tamen eſt, quod verba illius legis, ſi benè inſpiciantur, non probant hunc intellectum, nec videtur loqui in noſtro caſu. Nam dicit, cum vir nubit in fœminam: Unde videtur loqui, quando maſculus, matrimonium cum alio maſculo, contrahit, & ad eum habuit acceſſum, ſub colore matrimonii; Et iſte videtur ſenſus illius legis, in quantum dicit; Cum vir nubit in fœminam, id eſt, vir nupſit alteri tanquam fœmina: & iſtud crimen propriè punit illa lex, non vero ſimplex crimen Sodomiæ, ſine matrimonio, & iſtum intellectum aperte tenet gloſſ. ordinaria, *in c. ſecundum leges, de hæretic. lib. 6.* Et circa hoc interrogavi peritiſſimum in lingua Græca, & Latina commentarium proprietatis cathedræ, in hac noſtra Salmâticenſi Univerſitate regentem, qui dixit mihi, quod iſte erat verus, & realis ſenſus illius legis, & verborum ejus. Hoc etiam confirmatur ex libris authenticis poetarum, quibus cavetur, quod illo tempore antiquo, contrahebantur talia matrimonia inter maſculos, & dotes conſtituebantur, ut habetur in Suetonio, in vita Neronis, de puero Sporo, quem exectis teſtibus, in muliebrem naturam transfigurare conatus cum dote & flammeo, pro uxore habuit. Habetur etiam per Juvenalem; dicentem:

In 2. Satyr.

Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia, dotem
Cornicini.

Et in eadem Satyra:

Traditur ecce viro, clarus genere, atque opibus vir.

Et paulo poſt:

Quæ cauſa officii? quid quæris, nubit amicus.

Pro

Pro hoc intellectu etiam facit text. *in l. ſtuprum. ad leg. Iul. de adult.* ubi expreſſe ſtatuitur, quod ſtuprum committitur cum virgine vel vidua, vel puero: ergo aperte ibi probatur, quod pro delicto ſimplici Sodomiæ non imponatur pœna mortis, ſed tantum pœna ſtupri, quæ eſt longè minor. Hucuſque Gomezius. Quod autem de pœna ſimplici puerum ſtuprantis hic dicitur, aliæ leges correxerunt, præſertim Juſtin. Conſtit. Ne luxurientur contra naturam, & conſtitutio Carolina in criminalibus ordinationibus Imperii, cap. 116.

Caput XLIII.

De legibus Maſſilienſium nonnulla memoratu digna.

NOn abſque ratione, inſtituta & leges Maſſilienſium laudantur, ex quibus nonnullas in cap. 47. primæ centuriæ recenſuimus, & plures Valerius Maximus recenſet, qui etiam refert, venenum cicuta temperatum in ea civitate publicè cuſtodiri, quod datur ei, qui cauſas ſexcentis (id enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda, cognitione virili benevolentia temperata: quæ neque egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet, ut vel adverſa, vel proſpere minus uſi fortuna (utroque enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeveret, hæc ne deſtituat, rationem præbuerit) comprobato exitu terminetur. Equidem primo illo haud aliud humanius, honeſtius, & prudentius, ſi mors naturæ injuria minimè eſt, ſed tributum. Ecquid ignavius, quam ea à volentibus rationi non dari, quæ poſtmodum ſpaciis temporum vel inviti daturi ſumus? Quid ſtultius, quam properum aliorum exitum ululando, noſtrum inſuper accelerari? Nimirum ut nova ſemper materia fletibus præparetur. Sic enim leges adverſus eos, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciviſſent. Ii qui ex animi dolore, aut ſceleratæ vitæ conſcientia, aut pœnarum acerbiorum metu ſibi manus attuliſſent, ſepultura fruebantur: quia etiam eorum teſtamenta rata erant crudeliſſimi Tiberii principatu, quo tempore, Tacitus ſcribit, pretium illud fuiſſe feſtinandi, ac mortis præoccupandæ. Ingenioſa & ſpecioſa ſanè commenta nonnullorum ſunt iſta, ſed non Chriſtianæ fidei & pietati congrua. Quis enim neſcit, non ſolum prohibitum eſſe alium occidere, vel lædere, ſed etiam ejuſmodi violentos actus in proprium corpus ſeverè interdictos eſſe. Ob hanc rem etiam Juriſconſulti cenſent: occidentem alium, etiam ipſo petente,

Lib. 1. de iis qui ante ſentent.

Digitized by Google

tente, non eſſe immunem ab injuria, cum & ille non ſit dominus membrorum, nec vitæ ſuæ: Eodem modo, qui ſeipſum interficit, injuriæ reum eſſe, de
Lib. 1. c. 23. quibus latè Petrus à Placa in ſua Epitome. Sanè Petrus Quinqueranus Bel-
De laudibus Provinciæ lib. 3. lojocanus, Epiſcopus Seneceňſis, licet huic noſtræ ſententiæ tandem adſtipuletur, inſtitutum hoc Maſſilienſium Chriſtianæ pietati haud leviter refragari, tamen quodammodo defendere videtur: Ratione, inquit, temporum habita, neſcio an utiliſſimum iſtud, non dico omnium, quæ Maſſilia obſervabantur, ſed cæterarum quoque gentium meritiſſimum aſſeram. Utque interim non dicam, quam humanum inde iis auxilium, qui deplorato morbo doloribuſque ductim excarnificantur, quid utile magis inhibendæ eorum procacitati, qui velut ſenex ille Æſopicus, momentum (dicam) mortem queſtibus evocat? Adde, quod ex hujuſmodi cogitationum licentia, quanquam non verè mors appetatur, ſubit tamen quadamtenus vitæ tædium, morumque & formæ ſuæ & fortunæ gravedo quædam, quæ minutim intabeſcentem animum diſſolvit, prorſus ignavum gerendis rebus efficit, & veluti inutile terræ pondus deſtituit, &c. Sed ornetur hoc inſtitutum qualibuſcunque coloribus & rationibus; manet tamen, & manebit vera lex divina, qua tam de alio, quam de ſeipſo mandatur, NON OCCIDES. In aliis non inficior, Rempublicam Maſſilienſem multis ſalutaribus legibus & præceptis, ex di[illegible] Græca ornatam & commendatam & celebrem fuiſſe; inprimis autem frugalitatis vitæ & continentiæ maximum hoc indicium exiſtimari poteſt: quod
Lib. 4. dos apud eos maxima, teſte Strabone, centum aurei fuerint, & eo amplius in veſtem quinque, & in mundum muliebrem aureorum quinque, amplius autem doti dicere non liceat. Quoniam autem in dotis mentionem incidimus,
Lib. 5. c. 2. rectè Bodinus de Republica cenſet, in omni Reipublicæ ſtatu certas de dotibus leges eſſe oportere, tum ne dotium magnitudine domus exhauriantur; tum etiam ut dote moderata fœminæ ad pudicitiam & obſequium virorum facilius cogantur. Quibus autem dotes ampliſſimas dari videmus, neceſſe eſt, turpiter viris imperare, & contra decus & dignitatem viros uxoribus inſervire. Danda igitur ſunt frena impotenti naturæ, & ut Cenſorius Cato dicere ſolebat, indomito animali. Nam ut ſemel pares eſſe cœperint, extemplo ſuperiores erunt. At in Maſſilienſium (pergit Bodinus) Republica, quam omnium florentiſſimam Cicero judicavit, centum aureorum dotes maximas, & quinque aureorum veſtes nubentium pretioſiſſimas fuiſſe legimus. Veneti tamen lege de dotibus lata, mille ſexcentis aureis patriciæ dotem definierunt, ne familiarum illuſtrium opes dotibus exhauriantur: Si vero patricius plebejam uxorem duceret, duobus quidem aureorum millibus dotem terminaverunt. Nobis vero, inquit, lata lex eſt, Carolo IX. Rege, qua dotes omnium maximæ decem libellarum millibus terminantur: pœna mille aureo-

rum

rum conſtituta, qui fraudem legi feciſſet. Sed lex iſta non antiquitate, ſed novitate ſua evanuit, tametſi nec Philippus Bellus Elizabethæ Anglorum Regi nuptæ: nec Carolus V. filiabus Regum majorem dotem conſtituiſſent. Quod ſi quis putet, auri & argenti ſummam, quæ tunc erat in Europa, inopiam, legibus illis cauſam dediſſe, non quidem malè putabit: ſed ætate noſtra dotem filiarum Henrici II. Regis Francorum conſtitutione quadringentis aureorum millibus definitam fuiſſe videmus, qua ratione centum viginti dotes majorum uni exæquantur. At lege divina, maximam dotem quinquaginta ſiclis, id eſt, tredecim circiter aureis noſtris conſtitutam habemus, qua mulcta tenetur erga patrem is, qui virginem ſeduxit, quam etiam domum ducere, ſi quidem pater puellæ aſſentiat, per legem cogebatur. Cæterum quod ad inſtitutum Maſſilienſium à nobis ex Valerio Maximo introductum de armis in urbe ſeponendis attinet, multis iiſdemque egregiis rationibus nititur. Ex iis Bodinus tales recenſet: Arma, inquit, ſeditioſis eripi poſſunt, quod non modo tuendæ civium ſaluti ſingulare eſt, ſed etiam bellorum civilium curandorum neceſſaria medicina. Quanquam Italiâ, ac multo magis etiam Orientis principes arma ferre, aut longioribus gladiis ſubditos, præterquam eos, quos adhibent ad corporis cuſtodiam, accingi non patiuntur: Neque novum eſt illud inſtitutum, ſed ab ultima ætate repetitum. Nam Ariſtoteles barbaros in ipſis civitatibus ferro accinctos eſſe miratur: At noſtris æque, ac Germanorum & Anglorum moribus, id non modo licet, verum etiam Helvetiorum legibus neceſſarium eſt; unde cædes ac ſeditiones ſæpe derivantur. Nam qui armatum ſe contuetur, arrogantior fit, & ad inferendam tenuibus injuriam audacior, leviſſimâque affectus injuriâ, ad cædem ferocior; qui vero exarmatus eſt, nec quenquam injuriâ violabit, nec violatus occidit, nec ignominiam contrahet eorum, qui ferro accincti injuriam illatam armis repellere, ac vitæ diſcrimen ſubire recuſant. At Turcarum legibus, etiam militi exarmatum eſſe oportet, ſi hoſtes longius abſunt, arma vero curris ac jumentis fere circumferuntur. Ob eamque rem ibidem cenſet, Turcarum Regem, ac cæteros principes Orientis, inventum illud Nolarum, cum à ſuis civitatibus quam longiſſime repuliſſent, maximam bellorum civilium occaſionem à ſuis cervicibus depulerunt. Quod factum etiam eſſe ſcribit in Monſpelienſi ac Burdegalenſi ſeditione, quas tamen reſtitui non ſine magna mercede placuit, quam ſapienter, non vult diſputare. Lutetiæ quidem (pergit Bodinus) Pariſiorum, ne breviſſimos quidem gladios bajulis ferre licet, quod antea in contentionibus, quibus ſæpiſſimè implicantur, ad cædem irati prorumperent. Eadem lex in omnes, ſi valeret, plures cædibus ac ſeditione vacuas civitates haberemus. Neque enim prudentis legiſlatoris eſt, parricidia tam acerbè ulciſci, quam ne fiant proſpicere, ac modis

Deut. 22.

De Rep. c. 7. lib. 4.

In Polit.

modis omnibus cavere. Sententia itaque nonnullorum politicorum eſt optimum eſſe arma privatis adimere, quæ ſunt inſtrumenta rebellionum & addunt animos rebellibus, non minus, quam tyrannis. Allegant ad hoc inter alia exemplum ex ſacris literis; Quod tempore Sauli Regis non inveniebatur faber ferrarius in Iſraele: caverant enim Philiſtini, ne forte facerent Hebræi gladios & lanceas, cumque veniſſet dies prælii, non eſt repertus enſis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha. Verum hæc exarmatio ſubditorum, metu rebellionis diuturna eſſe nequit, præſertim iis, qui libertati antea aſſueti fuere: ſicut multa exempla allegari poſſent. Nihil enim violentum diuturnum eſſe poſſe, experientia docet. Utantur igitur hoc remedio violento ii, quibus magis placet ſubditos metu, quam benevolentia & amore regere. Rectè enim dicitur: Arma in manu viri prudentis pacem apportare. Cæterum de hac re diſputat Albericus Gentilis: An Cato, victis Hiſpanis, rectè ademerit arma, cum tamen nec vitam ſine armis habendam duxerint. Sed quid faceret? inquit, Hiſpanorum inquieta, avidaque in res novas ingenia: gens nata inſtaurandis reparandiſque bellis: ferox, bellicoſa, fera, barbara, temeraria, ut cenſebat, qui nec fidebat eis propterea, Annibal ille eorum alumnus, affiniſque. Conſciverunt ſibi mortem multi, ademptis à Catone armis. Quid tum? illi in Gallia juſtius pœnam iſtam deprecabantur, quod ſibi finitimi omnes eſſent inimici, à quibus ex[illegible] armis non poſſent. Et eſt huic caſui proſpiciendum: num injuſtùm fuerit hos ſic tradere interficiendos. Etiam Hiſpanis arma relinquenda fuiſſent, ſi reli[illegible] ſine perjurio potuiſſent:

1.Reg.c.13.

De jure belli l.3. c.11.

Cæſar. 2. l. Gall.

Iuvenal. Satyr, 8.

Curandum inprimis, ne magna injuria fiat
Fortibus, & miſeris tollas licet omne, quod uſquam e[illegible]
Auri atque argenti, ſcutum gladiumque relinquas,
Et jacula, & galeam, &c.

Caput XLIV.

De cauſis incrementorum & decrementorum Rerumpublicarum.

ROMANAM urbem, quum adhuc Ariſtocratica gubernatio ibi eſſet, præ cæteris floruiſſe, & moderato illo & æquabili imperio, magnam partem orbis in ſuam poteſtatem redegiſſe, ex multis hiſtoriis conſtat, ita ut eam

ut eam veluti æternam & caput orbis, & nunquam interituram prædicarint. Manſit ſane hoc Imperium florentiſſimum, & auctum fuit, quamdiu publica utilitas charior privata fuit. Verum quum regnandi cupiditas, occultum odium, privatum commodum, inſuper conſilia juvenilia accederent, tunc tuta ab externis hoſtibus victrix Regum, viribus ac opibus abundans, ſeipſam vincere, inteſtinis bellis & malis aggreſſa eſt. Et hoc ideo accidit, quod illa harmonia corporis & membrorum, quæ mutuo vinculo connexa eſſe debet, obſervata non fuit, capite alio, & membris in diverſum, rupta illa pulcherrima compage concordiæ, tendentibus. Ob hanc cauſam antea e- *Cap. 52. cent. 1.* gregiam illam ſimilitudinem allegavimus, humani generis ſocietatem corporis unius inſtar eſſe debere, ut unumquodque membrum ſuum officium faciat, ne alij impedimento ſit. Sed ea rectius ex Halycarnaſſæo intelligi poterunt. Ille igitur introducit Menenium Agrippam inter alia ad popu- *Roman. antiquit. l. 6.* lum Romanum, qui ſeceſſione à Senatu & patricijs facta, in montem ſacrum ſe contulerat, ita dicentem: Reſpublica quodammodo humano corpori ſimilis videtur. Utrumque enim eſt compoſitum, & conſtat ex multis partibus, quarum ſingulæ nec eandem vim habent, nec uſus pares exhibent. Si igitur humani corporis partes ſingulæ proprium ſenſum & propriam vocem ſeparatim accipiant, deinde orta inter eas ſeditione, reliquæ omnes partes conſpirent contra unum ventrem, & pedes dicant, ſibi totum corporis onus incumbere; manus vero, ſe artes exercere, & victum comparare, & cum hoſtibus pugnare, & multas alias utilitates in commune conferre; humeri verò, ſe omnia onera ferre; caput, ſe videre & audire; os ſe loqui, & reliquos omnes ſenſus, quos à natura accepit, in ſe complecti, quibus ipſa corporis univerſitas conſervatur: Deinde ventri dicant; Tu vero quid horum facis? quam gratiam nobis refers, & ad quid prodes? certe tantum abeſt, ut nos aliqua in re juves, & aliquid in communem utilitatem conferas, ut etiam nobis ſis impedimento, nobiſque officia, & negotium faceſſas, quia cogis (id quod minime ferendum eſt) nos tibi inſervire, & undique conquirere, quæ tuas cupiditates expleant. Eja cur non aſſerimus nos in libertatem, & tot moleſtijs nos liberamus, quas hujus gratia perferimus? Si igitur hæc ipſis placeant, & nulla corporis pars amplius ſuum faciat officium, fierine poteſt ullo modo, ut corpus diutius duret, ac non intra paucos dies fame, peſſimo mortis genere conſumatur? Nullus certe eſt, qui poſſit aliter dicere. Eodem ſane modo & de civitate ſentiatis, &c. Quæ quum diſtinctè & diſerta oratione ibi explicaſſet, tandem ſuam orationem ita concludit: Hoc igitur ſciatis, Quirites, quemadmodum venter in noſtris corporibus, convicijs immerito à multis petitus, dum alitur, alit corpus, & dum ſervatur, id ſervat, eſtque veluti commune quoddam penuarium, quod omnibus membris id im-

pertitur, quod ipſis conducit, & quod pacem omnium conſervat: Sic etiam in civitatibus Senatum, qui Rempublicam adminiſtrat, & qui ſolicitus eſt de eo, quod unicuique convenit, omnia ſervare, cuſtodire & corrigere. Quare deſinite invidioſas in eum voces jactare, &c. Et ea quæ ſequuntur, &c. Hac commoda ſimilitudine Symmetriæ corporis, & diſtinctione membrorum, quodque Senatum non in ſuperiori loco inſtar capitis, omnia regentis, ſed in medio loco ventriculi reliqua membra nutrimento ſuo ſervantis, collocaſſet, tantum apud iratam plebem Menenius effecit, ut depoſita indignatione, rurſus in urbem rediret, & membra divulſa cum corpore ſuo veluti coaleſcerent. Hoc tamdiu, ut ante dixi, duravit, quam diu unitas & conjunctio illa manſit, & tandem ea diſſoluta, cum internecione tam feliciſſimæ & potentiſſimæ Reipublicæ corruit. Idipſum Salluſtius in ſua oratione, veluti oculatus vates prædixiſſe videtur, ubi ita dicit: Ego ſic exiſtimo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate urbi Romanæ fatum excidij adventarit; cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos, & exangues Regi aut nationi prædæ futuros. Aliter, non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere queant hoc Imperium. Jovianus ſane Pontanus gravis ſcriptor, quum pleraſque Reſpublicas Italicas inter ſe contuliſſet, & cauſas augmenti & decrementi earum indicaſſet, in Senenſi graviter taxat diſſenſionem civium. Senenſis, inquit, Reipublicæ adminiſtratio, propter diverſa civium ſtudia, inquietior eſt, nec ſatis ... libera. Itaque cives dum parum inter ſe conſentiunt, quæ Reipublicæ in commune bonum haberi poteſt ratio? Memini me quoque audire & legere rythmos, ſatis vulgares in noſtra vernacula, continentes, oc... cupiditatem nimiam propriorum commodorum, & juvenilia consilia, Trojam & Romam, itidem Moguntiam & Leodium evertiſſe, & ... Rebuspublicis & civitatibus in aliorum ditionem perveniſſe; Et ibi clauſula admonitoria addita erat, ut aliæ civitates liberæ, cautiores aliorum exemplo ſint, ne eandem fortunam ferre cogantur. Rythmi illi facti dicuntur, quum Leodium (in quo loco olim Eburones habitaſſe dicuntur) à Ludovico XI. Rege Galliarum, & Carolo Burgundiæ Duce expugnatum & direptum eſſet. Moguntia autem inter liberas civitates Imperij eſſe deſiit, tempore diſſidij inter duos Epiſcopos, Ditherum Iſenbergenſem, & Adolfum Naſſavienſem, anno Chriſti cIↃ. CCCC. LXI. Recte itaque monet Sleidanus: Nihil eſſe proclivius, quam ut talis Reſpublica nutet, langueſcat, intereat, & collabatur tota, quando hoc illi proprium eſt, ut in ea ſuum quiſque privatim ſpectet emolumentum, & cogitet, quemadmodum ipſe vel tueri ſua poſſit, vel amplificare etiam. Quod ubi fit, quis alius expectari poſſit exitus, quam quidem Græciæ fuiſſe videmus. Quamdiu conjunctis viribus, & communicatis

De Ferd. 1. Rege Neapol. lib. 2.

Orat. ad principes & ordin. Imp. in fine.

con-

conſilijs libertatem illi ſuam defendebant, erant invicti: Diſtractis autem animis, & in ſua privatim commoda reſpicientibus, facti ſunt præda tyrannis, & ita peſſundati, nullus ut hodie ſit populus calamitoſior, gravi ſervitute preſſus immaniſſimi vaſtatoris, &c. Poſtremo operæ pretium duxi adjungere hiſtoriam memorabilem, eamque peculiarem, ex Antonino Nebriſſenſi, quam etiam Annibal Scotus in commentarijs ad Tacitum allegat. Intercedebant Henrico à Methymnia Aſinciciæ Duci, ex Guzmanorum familia oriundo, veteres ſimultates cum Roderico Ponze de Leon, Marchione Gaditano. Quumque Marchio conſilium cum alijs, intercipiendi urbem Alamam à Mauris Granatenſibus iniĳſſet, & expeditionem inſtituiſſet, Ducem hujus rei participem eſſe noluit. Ille vero à Rege Granatenſium in eodem oppido obſeſſus, quum undique auxilia convocarentur, iterum Dux neglectus eſt. Verum ipſe ſimultatum, quæ illi cum Marchione intercedebant, magnanima oblivione memoriam delens, equites peditesque ſuæ di[illegible]t ſua æra merentes, evocando, amicos rogando, & omnes in communes ad ferendam laborantibus opem accendendo, maximum exercitum comparavit, & cum ipſo mature adveniens Alamam, ſolvendo obſidionem, Marchionem cum omnibus obſeſſis liberavit. Hoſtes enim adventum ejus non expectaverunt, ſed fugam arripuerunt. Quumque poſtea Marchio ſi[illegible]s, prior Ducem adiiſſet, atque illi pro tanto beneficio gratias referret; magnanimiter & breviter illi Dux reſpondit: Miſſa iſthæc fac Marchio; neque enim decet in cauſa maximè religionis Chriſtianæ, bonos viros privatarum ſimultatum meminiſſe; quin potius omnes offenſas, ſi quæ hinc inde aut illatæ, aut acceptæ ſunt, condonemus patriæ, ac nomini Chriſtiano, æternâq; oblivione ſepeliamus. Nunc quando bene utrisque ceſſit, genialis agatur iſte dies, atque inter nos gratiæ reconciliatæ teſtis ſempiternus. Sicque hoſpitiâ junxerunt, & amici poſtea ſemper vixerunt. Digni itaque ſunt verſus Græci cujusdam poetæ, ut aſſcribantur:

Vbi magiſtratus ſophiſmatibus ſcatent,
Faciuntque pluris odia ſua, quam patriam,
Quæ genuit ipſos, & adeo æternum Deum:
Hanc civitatem ſtatue tandem: proſpero
Ceſſante curſu, iri procellis obrutum.

CAPUT XLV.

Commendatio publicæ utilitatis, & quod omnibus modis privatæ ſit anteponenda.

LAudatur, & quidem meritò M. Vipſanius Agrippa. Is enim, quum Auguſto Cæſari familiariſſimus eſſet (nam cum eo & Mecœnate o[illegible] ſua ſecreta communicare ſolebat) omnia ſua opera publicæ utilitati potius deſtinare voluit, quam privatæ. Quo facto, non modo invidiam nullam, ſed magnos honores apud Cæſarem, omnesque alios, invenit. Etenim in omnibus rebus Cæſari, quam maxime clementium, glorioſarumque & utilium actionum auctor adjutorque cum eſſet, nihil tamen ejus gloriæ ſibi arro[illegible] honoresque ab eo ſibi tributos, non in privatum ſuum commodum [illegible] voluptatem; ſed in Auguſti, ac Reipub. utilitatem convertebat. Huc p[illegible] præceptum Claudiani: Tu civem patremque geras, &c. quod Henri[illegible] phanus ita in verſus Jambicos tranſtulit:

Dio. Roman. hiſt. l. 53

In muſa monit. ce. princ. car. 2.

Sic geritu civem patrem ut interim geras:
Et omnibus fac conſulas ſed non tibi;
Te damna publica moveant, ſed non t[illegible]a.

Et hac intentione peculiare caput antea multis hiſtorijs [illegible] doctrinis complevimus, eique titulum fecimus: Privata beneficia a [illegible] ſeparanda, hæcque illis præponenda eſſe. Quam materiam, quum illa [illegible] lum prolixa, ſed etiam utilis ſit, pluribus exemplis & rationibus de[illegible] peræ pretium duxi. Adducam itaque primo egregiam doc[illegible] Sophocle, quæ conſtat hiſce verſiculis:

Cap. 32. prior. cent.

In Antigone.

Ego, ſi quis in gravi periculo civium,
Verè ſalutarem ſciens ſententiam,
Eam timore victus, occultat tamen,
Nunc judico civem eſſe maluvi ac inutilem,
Et ſi quis antefert ſaluti patria,
Privati amici ſententiam, atque munera,
Hic omnium mortalium eſt injuſtiſſimus,
Ergo Deum teſtem invoco ſi patria
Diſcrimen impendere videro meæ,
Me voce dicturum, atque mente libera,
Sententiam, veriſſima quæ videbitur.

Hanc Ethnici ſalutarem monitionem, ſi etiam noſtro tempore homines illi, qui ſolummodo privatæ rei augendæ, ſepoſito & neglecto publico emolumento, ſtudent, conſiderarent & obſervarent, res Germaniæ affli-

ctior,

ctior, quam exiſtimatur, in ſtatu feliciori maneret. Rectè enim à Solone dicitur: Intrant in thalamos publica damna tuos. Dolendum itaque, quod plerique homines, proprij commodi cauſa, tam cæcutientes reperiantur, ut propria cuique proxima ſint: quæ autem damna, atque incommoda & tempore longo remota ſunt, & non privatas rationes, ſed communem utilitatem tantum tangunt, de ijs mortales, minus laborent. Quum tamen illis in mentem venire deberet, id quod Pericles apud Thucydidem, prudenter ita monet: NAM QUUM EVERTITUR PATRIA, IS CUI PRIVATIM BENE EST, NIHILO TAMEN MINUS ET IPSE EVERTITUR: CUI AUTEM MALE, IS IN ILLA PROSPERE AGENTE, MULTO MAGIS INCOLUMIS EST. Quo reſpexit etiam Cæſar, in ſua oratione ad ſuos Legatos & Centuriones, apud Dionem: AC PRIVATIM, inquit, QUIDEM NEMO OMNIUM, ITA POTEST LÆTIS REBUS UTI, UT NON IDEM CUM REPUB. CORRUENTE PERIBAT: AT RESPUB. SI PROSPERO SUCCESSU UTATUR, ETIAM PRIVATORUM OMNES POTEST CALAMITATES SUBLEVARE. *De bello Pelopon. l. 2.* *Rom. hiſt. l. 38.*

Idipſum conſideravit Antoninus Pius, quando ijs, qui publica ſalaria habebant, neque Patriæ inſervirent, eadetraxit, teſte Julio Capitolino dicens: Nihil ſordidius eſſe, imo crudelius, quam ſi Rempubl. ij arroderent, qui nec tamen ullam in eam ſuo labore conferrent. *In vita Antonini Pij.*

Extant quidem inſignia exempla nonnullorum, qui neglecta ſalute, & vit[illegible] vel pro ſalute & incolumitate patriæ, vel amore Imperatorum, & Ducum ſuorum, ſeipſos devovere, & morte ſuâ, patriam conſervare, conati ſunt. Deciorum ſane, patris, & filij, in devovendo, pro patriæ dignitate (quemadmodum ipſis tanquam gentilibus perſuaſum erat) cupiditas & pertinacia, trita eſt, ſicut ex Livio & alijs hiſtoricis conſtat. Formulam autem alterius ſuperſtitioſæ & ambitioſæ devotionis, memini me non legere alibi, [illegible] quam (quantum ex alijs concipere potui) tradit Joſephus Scaliger, illam videlicet.

JANE JOVIS PATER, MARSPITER, QVIRINE, LASES, DIVI NOVENSIDES, DII INDIGETES: DIVI, QVORUM EST POTESTAS POPULI ROMANI QVIRITIUM MEIQVE: DIIQVE MANES, SUB VOS PLACO VENERORQ. VENIAM PETO, OBSECROQVE UTI POPULO ROMANO QVIRITIUM VITAM SALUTEMQUE PROSPERETIS UTI EGO ANIM PRÆ ME FORMIDINEM METUMQVE; OMNEM COELESTIUM, INFERUMQVE OMNIUM DIRAS. SICUT VERBIS NUNCUPASSO ITA PRO REPUBLICA POPULI ROMANI QVIRITIUM VITAM SALUTEMQVE MEAM DIIS MANIBUS TELLURIQVE DEVOVEO. Similes devotiones, Manibus & Terræ, erant in monumentis Hiſpaniæ, *In conjectaneis ſuper Terent. Varronem de lingua Lat.*

ſpaniæ, una cum inſcriptione, Piedra de Vique: HIC MULTÆ QVÆ SE MANIBUS Q. SERTORII TURMÆ, TERRÆ MORTALIUM OMNIUM PARENTI DEVOVERE. DUM EO SUBLATO SUPERESSE TÆDERET ET FORTITER PUGNANDO INVICEM CECIDERE, MORTE AD PRÆSENS OPTATA IACENT VALETE POSTERI.

Tali vel ſimili Epitaphio digna eſſent aliquot ſigna Hiſpano[illegible], qui noſtra ætate, neſcio ob quæ delicta, juſſu Viceregis Siciliæ, [illegible] prætextu, triremibus impoſiti, & in Inſulam quandam arenoſam & [illegible] quaſi aquandi cauſa id fieret expoſiti, diſcedentibus triremibus, & cuſtodientibus littora, ne illis ſubſidia, vel annona adveherentur, quum viderent ſibi ſite & fame moriendum eſſe, unanimi conſenſu duas acies, veluti hoſtiles ordinarunt, & infeſtis armis & animis concurrerunt, ſeque mutuo trucidarunt, arbitrantes glorioſius eſſe fortiter ferro cadere, quam [illegible] miſere conſumi. Sed alteram, ſimilem priori, inſcriptionem devotionis, ex Hiſpanicis monumentis adſcribam, ex qua apparet ardentiſſimus amor & affectus militum, erga Sertorium, cujus titulus eſt, Piedra [illegible] de Logrono.

DIIS MANIBUS Q. SERTORII M. F. BERRICIUS CALAGURRITANUS DEVOVI. ARBITRATUS, RELIGIONEM ESSE, EO SUBLATO, QVI OMNIA CUM DIIS IMMORTALIBUS COMMUNIA HABUIT, ME INCOLUMEM RETINERE ANIMAM. VALE VIATOR, QVI HÆC LEGIS ET MEO DISCE EXEMPLO FIDEM SERVARE. IPSA FIDES ETIAM MORTUIS PLACET CORPORE HUMANO EXUTIS.

Inſigne præterea teſtimonium erga patriam extat in monumento prope Eboram Luſitaniæ, Fabij Metelli, qui labente Republic. R[illegible]a, ipſe quoque diutius ſuperſtes eſſe noluit, ſicut ex hac inſcriptione apparet:

FABIO METELLO F. M. FILIO, QVI LABENTE REPUB. ROM. CUM PATRIA CECIDIT, MORTE OPTATA, LUCE INVISA, QVUM OMNIA QVORUM TÆDERET, AMISSA JAM LIBERTATE ROMANA, INTUERETUR,

SERVILIUS P. E. CIPPUM AMICO LIBENS DEDIT.

Conſtat ſane, & multis exemplis demonſtrari poſſet Hiſpanos & Luſitanos, pertinaciſſime, vel ſuis Ducibus, vel opinioni & libertati inhæſiſſe,

hæſiſſe, & ab ea niſi morte divelli non potuiſſe. Quod etiam J. Florus teſtatur, hiſce verbis: In Edulij montis obſidione, quem perpetua 15. millium paſſuum foſſa comprehenſum (de Cæſare loquitur) cinxit, undique ſimul adeunte Romano. Poſtquam extrema Barbari (Cantabros puta) vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxis, exprimitur, præripere mortem, ſeque pars major à captivitate, quæ videbatur, vindicavere, &c. Ubi I. Stadius commentator addicit: Cantabros ex more toxicum, quod ex herba apio ſimillima, componunt, ſemper, ne quid inviti patiantur, in promptu habere, Strabo quoque teſtatur. Eoſdem morti ſe, etiam pro iis quibus ſunt propenſi devovere, & immolandos præbere, quo more etiam pro Auguſti ſalute Sextum Pacuvium, ſe devoviſſe, Dio ſcribit. Itidem bello Cantabrico, à matribus filios, ne in hoſtium poteſtatem vivi venirent, interemptos, Strabo tradit. Quendam etiam puerulum, parentes & fratres ſuos, quum vinculis eſſent aſtricti, juſſu patris univerſos gladio confeciſſe: itidem mulierem quandam, captivos neceſſitudine ſibi junctos, trucidaſſe: aliquot etiam, cum captivi ipſi in crucem agerentur, lætitiæ carmina ceciniſſe, &c. Huc reſpexit quoque Juſtinus: Dura, inquit, omnibus Parſimonia (de Hiſpanis loquitur) bellum quam ocium malunt: Si extraneus abeſt, domi hoſtem quærunt. Sæpe tormentis pro Silentio rerum creditarum, immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ celebratur. Non prætereundus quoque eſt inſignis amor, atque pietas, erga patriam, duorum fratrum *Philenorum*; qui ut fines patriæ Carthaginenſium dilatent, optione illis a Cyrenenſibus data, ut vel illi, quo loco fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione, ſeſe, quem in locum vellent proceſſuros. Phileni conditione probata, ſeque vitamque ſuam Reipubl. condonarent, ita vivi obruti. Carthaginenſes, in eo loco, Philenis fratribus, aras conſecravere, aliosque illis domi honores inſtituere, ſicut Saluſtius latius hanc hiſtoriam deſcribit. Ut autem ad recentiores hiſtorias veniamus, recenſebo memorabile exemplum regis Quiloæ & quidem Mahometani, qui contempto regno, & privata utilitate, atque dignitate, amici ſui filium, a priore Rege interfecti, utpote hæredem, publicæ utilitatis ergo, ſibi anteponere maluit. Eam hiſtoriam ex Oſorio ſuccincte referam: Franciſcus Almeida prætor Regis Luſitaniæ, quum in Quiloæ portu claſſem conſtitueret, miſit confeſtim, qui Regem illius nomine ſalutarent. At ille ſceleris conſcientia perturbatus, noctis ſilentio, urbem deſeruit. Almeida nomine Regis Emanuelis ei Mahumetem Anconium faventem Luſitanicis rebus ſubſtituit. Qui quum fidem ſuam juramento aſtrinxiſſet;

De geſt. Rom. li. 4.

Lib. 3.

Lib. 15.

Lib. 44.

De bello Iugurtino.

Lib. 4.

Digitized by Google

ſet, fore ſe ſemper Imperio Regis Emanuelis obſequentem, & noxius ille Rex Almeidam de more ſalutaret, inter alia poſtulata omnium præclarius interpoſuit: Mihi quidem, inquit, fuit magnus uſus, & amicitia, ſancto admodum fœdere conſtituta, cum Alfudailo rege, quem tyrannus hic, quem regno expuliſti, per inſidias interemit. Alfudaitus ſi in vita maneret, ego illi regno cederem. Nec enim is ſum, qui ullas regias opes, fidei, & officio præferendas exiſtimem. Sed quoniam is vita privatus eſt, te quantum poſſum oro, & obſecro, ut facias mihi poteſtatem accerſendi illius filium, quem regni hæredem inſtitutam. Filij mihi quidem ſunt iſto honore, ut mihi videtur, non prorſus indigni. Verum ſi filios meos, in regni ſucceſſione liberis defuncti Regis quocum conjunctiſſimè vixi, prætulero, videbor mihi maculam ignominiæ ſempiternam ſubire, quæ non mihi tantum ſed univerſæ poſteritati meæ ſit inſigne dedecus allatura. Itaque malo liberis meis, fidei, & honeſtatis exemplum, quam ampliſſimum patrimonium teſtamento relinquere. Attulit (pergit Oſorius) hoc poſtulatum magnam admirationem noſtris, quum animadverterent, hominem Mahumetanis diſciplinis imbutum, ea fide amicitiam colere, & tanta animi magnitudine, regni opes contemnere, ut facile officium, amico mortuo debitum, caritati filiorum præponeret. Omnes igitur illum certatim laudant, & eo ſolo nomine, quod regnum vellet à filijs ſuis ad Regis filium transferre, majori regno digniſſimum judicant. Itaque defuncti Regis filius accerſitur, & ab omnibus civibus Almeidæ juſſu fides datur, ut poſt Mahumetis illius obitum, illum regium adoleſcentem, Regem habeant. Hucuſque Oſorius. Laude dignus ſane eſt hic Mahumetanus, quod dignitatem, & utilitatem propriam, ſuorumque filiorum, poſtpoſuerit legitimo hæredi, in quo procul dubio etiam ad publicam utilitatem Regni, & commodum ſubditorum reſpexit, non minus ac Ferdinandus Arragonum Rex, qui fratris filium, adhuc infantem, quum ſibi regnum omnium votis deferretur, in ſolium regium collocavit, ad cujus pedes ipſe primus procumbens, in ipſius verba juravit, idemque ut omnes facerent, exemplo ſuo adegit: Sicut antea ex Hæzello prolixius retuli. Huc pertinet Scoti Gulielmi Setonij, præfecti Bervici ejuſque conjugis eximia fides, & conſtantia, qui poſtpoſita propria, & duorum filiorum ſalute, eam urbem Regi ſuo, ſalvam conſervare, quam fidem frangere, & privatum commodum reſpicere maluerunt. Hanc hiſtoriam ex Buchanano ſuccincte referam. Hujus præfecti duo filij, in poteſtate Anglorum, acriter obſidentium Bervicum erant, unus captus in excurſionibus: alter obſes, ex pacto, ni ante III. Calend. Auguſti auxilia à ſuis miſſa, obſidionem ſolverent, urbem Anglo ſe dedituros. Antequam autem dies conſtitutus adveniſſet, Eduardus Rex, miſſo feciale, ut pactis ſtaret, præ-

Cap. 12. Cent. 1.

Lib. 9. Rer. Scot.

præfectum monuit, cum comminatione, niſi oppidum ſtatim dederet, ſe animadverſurum in filios; Ibi, quum caritas, miſericordia, metus, & officium erga patriam varie animum paternum verſarent, & propiorem terrorem Anglus admoveret, crucemque in loco, ad quem proſpectus ex oppido patebat, erigi juberet, & duos præfecti filios, ad ſupplicium produci juberet, uxoris ejus, matriſque juvenum, perſuaſione, propoſita ante oculos fide erga regem, charitate in patriam, dignitate nobiliſſimæ familiæ, liberos alios, illis extinctis ſupereſſe, nec dum ſuam illiuſque ætatem, aliis gignendis, præteriiſſe, aliiſque rationibus, quæ auctor diſertè enarrat, tandem confirmatus eſt, ut filiorum ſalutem patriæ poſtponeret; Ideoque ne ſupplicii fœditatem oculi perferre non poſſent, maritum in diverſam partem, unde conſpici nequibat avertit. Et ita de illis nobiliſſimis juvenibus ſupplicium ab Anglo, etiam pleriſque ſuorum ingratum ſumptum eſt. Digna ſane eſſet iſta fœmina, & virago, ut in ſuperiorem numerum heroinarum, ejus nomen referretur. Verum enimvero, ne diutius in externis exemplis, cum habeamus in Germania præclara, hæreamus, adjiciam alterum non minore laude, quam priora, dignum, quod Æneas Sylvius, deſcribit, quum Alberto Duci Bojariæ, mortuo Alberto Rege, Bohemicum regnum offerretur. Albertus, inquit, eâ virtute, atque animi moderatione uſus eſt, quæ poſtquam Reges eſſe cœpere, rariſſime comperta fuit. Nam venientibus ad ſe Bohemorum legatis, amplum, & nobile regnum offerentibus, gratias egit, qui ſe unum ex omnibus elegiſſent, cui parere vellent: dignúmque tanto imperio judicaſſent: multa ſe idcirco debere Bohemis, neque id unquam beneficii oblivioni daturum. At cum Regis Alberti ſoboles extet, indecorum eſſe, cum alterius injuria, regnum quærere: paternam hæreditatem nulli auferendam: qui pupillos ſuo jure diſpolient, Diis atque hominibus inviſos, pœnas aliquando patrati ſceleris dare: cognoſſe ſe, non vano rumore, fœdus antiquum inter Bohemos & Auſtriales extare, deficiente maſculina ſobole, principem ne foris aſſumant: fidem ſervare, pulchrum, ne cui temere noceatur, cavendum. Sceleſtam execrabilemque vocem illorum, qui regnandi cauſa, jus violandum aſtruunt. Atque ita maiorem se regno monstravit; et si verum fateri licet, claris. egit regem: nam regnum apud eos qui spernunt, non qui cupiunt. *In hiſt. Bohem. c. 57.*

Huc ſpectat etiam quod non ſolum publicæ res, privatis anteponendæ ſint, ſed id in perſonis quoque obſervandum ſit, ut videlicet, Rex tanquam perſona publica, vindictam exercere non debeat, in illis, quæ ſibi antequam ad eam pervenerit dignitatem evenere, vel ut verbis Alberici Gentilis, utar: Iniuria, quam privatus sustinueris, non est in ma-

De Legatio-nibus lib. 2. GISTRATU EXERCENDA. Id enim non boni exempli eſt, quod Livius non ſemel monet; Adrianus Imperium nactus quid egit in eos, quos privatus habuit inimicos? Dixit illis, EVASISTIS: ſignificans, non ſpectare ad Imperatorem iſta. Quid Rex Galliarum Ludovicus XII. Dux Aurelianus quum eſſet, injurias quaſdam ſuſtinuit, quas ut rex factus ulciſceretur, reſpondit monentibus; Regem non decet Galliarum inimicitias perſequi Aureliani Ducis. Idipſum Regio & Generoſo animo imitatus eſt Franciſcus I. Rex, Succeſſor Ludovici XI. Privatus enim adhuc Carolum Borbonium ob quædam ad Ludovicum ab eo delata, ad duellum provocarat, palam è domo Borbonia quæ Lutetiæ circa arcem Luparam ſita eſt. *Ferron. in vita Franciſci I.* Harum ſimultatum tantum aberat, ut regnum illud adeptus meminiſſet, ut ultro Magiſtrum eum equitum deſignaret. Ratio ejuſcemodi eſt, publica perſona non vindicat privato ſibi illata. Ergo nec in publica perſona vindicantur à privato patrata. Meminiſſe autem debemus potiorem perſonæ publicæ rationem eſſe, quia hæc eſt dignior, & dignius quod eſt, id rapere minus dignum ad ſe, certum notumque dicitur, &c. *Lib. 3. de Por & Caſtil. reg. conjun.* Quamobrem non immerito Henricus Rex Luſitaniæ, ſucceſſor Regis Sebaſtiani in Africa interfecti, reprehenditur à Coneſtagio, quod privatam vindictam, publicæ utilitati anteponens, contra quam Ludovicus Rex Galliæ fecit, conſtituit vindicare & pœnam ab iis exigere, à quibus cum Cardinalis eſſet, ſibi injuriam allatam judicabat: Si cinjuriam Principi facere poteſt inferior, qui non ſtatim ei ſummam exhibet reverentiam. Sed ne juſtos fines hujus capitis excedam, reliqua huc convenientia in ſequentia conjiciam.

CAPUT XLVI.

Amicos veteres retinendos, & de Symbolis, ſignificationeque dextræ, ac ſiniſtræ manus:

Cap. 25. Cent. 1. ALLEGAVIMUS antea morale præceptum Solonis: φίλυς μὴ ταχὺ κτῶ, ὃς δ᾽ ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. Amicos ne cito compares; quos autem acquiſieris, ne rejicias, contemnaſve. Et recte quidem. Etenim ob hanc cauſam omnes Principes, qui ſapientia maxime inſignes fuerunt, in amicorum copia magna, ſibi & poſteris comparanda, diligentiam præcipuam adhibuerunt. Inprimis autem Octavii Auguſti, qui ſex & quinquaginta annos florentiſſima in pace, univerſum fere orbem ſervavit, exemplum eſt

eſt memorabile. Is enim præter multos alios, Mecœnate, & Agrippa, fideliſſimis ſemper amicis eſt uſus, eoſque beneficentia, & muneribus ampliſſimis ſibi benevolos, & amantes, ad ſummum reddidit: poſtquam vero ii obierunt, & ipſe Juliam filiam impudicam, relegaverat, quadam die ſolus in cubiculo ſtans, ad eorum memoriam illachrymavit, & eos nomine vocavit, ſæpe exclamando: HORUM mihi nihil accidiſſet, ſi aut Mecœnas aut Agrippa vixiſſet, ut eſt apud Senecam. Tanti prudens Princeps æſtimavit, duos bonos amicos, ut ſe, dum illi vixerint, res ſuas in tuto, & cum decore ſervare potuiſſe ſperaverit; poſt mortem vero, domum ſuam in damna, & dedecora infinita incidiſſe, evidenter confeſſus fuerit. Ex hoc fundamento, amicos certos eligendos, neque electos, temere rejiciendos eſſe myſticum illud Pythagoricum: Non unicuique dexteram porrigendam, id eſt, non temere eſſe quempiam in amicitiæ familiaritatiſque fœdus admittendum, adduximus, atque multis argumentis, hiſtoriis, & rationibus, comprobavimus, Dexteræ vim maximam apud veteres autoritatem habuiſſe. Idque ita eſſe, præterea conſtat Fl. Joſephi teſtimonio. Artabanus, inquit, Rex Parthorum, Anilæo Judæo, porrecta dextra, per patrios deos dejeravit, tutum acceſſum habiturum, fratrem Aſinæum, quod apud Barbaros conventuros, certiſſimum eſt argumentum fiduciæ. Nam poſt datam dextram apud eos nec fallere, fas eſt, nec diffidere, ceſſantibus omnino ſuſpicionibus. Ideoque cum inſtigaretur à Magiſtro militum Artabanus, ut Aſinæum interficeret, negavit ſe hoc permiſſurum in hominem, qui ſe crediddiſſet ſuæ fidei, data dextra cõfirmatæ, & juramento adhibito, &c. Eodem modo Romani milites, Imperatorum victrices dextras deoſculabantur, quod fidei illorum Imperio, hoſtes viciſſent. Darius ſane, cum à Beſſo, & aliis proditoribus, vulneratus eſſet, militi Alexandri, qui forte in eum inciderat, moribundus, unicum pignus fidei regiæ, dextram ferendam Alexandro dedit, poſt hoc porrecta manu expiravit, ſicut Juſtinus & Curtius ſcriptum reliquerunt. Dextræ porro manus ſignificatiò, metaphorica translatione, eximiæ poteſtatis, & quandoque regiæ majeſtatis ſignum fuit: Quandoque etiam paternam, quandoque poſſeſſionem & dominium ſignificavit. Imo Phyſiognomia, poſt faciem in manibus potius, quæ Chiromantia dicitur, quam in ulla corporis alia parte, locum habere ſolet. Imprimis autem humanæ manus forma talis laudatur: Bene magna multis lineis deſcripta, neque omnino glabra, neque piloſa, & longi digiti, nec ad naturalem proportionem inæquales, qui facile, & adducantur, & abducantur: Eam enim ſapientiæ, & bonorum morum indicem eſſe perhibent. Curta vero, rotunda, brevibus digitis, & æqualibus, glabra nimis, aut valde piloſa, qualis erat Eſau, aut ungues habens incurvos, & longos, & nullis aut pauciſſimis lineis, diſtincta, hęc beluina

De benefic. lib. 6. c. 32.

Lib. 18. c. 12.

Alex. ab Alex. 4. 5. c. 3.

L. 2. juncta gl. De orig. jur. l. fi. De emancip. cum gl. L. manumiſſiones. ubi Iaſ. de juſt. & jur.

Digitized by Google

cenſetur, & ad aliqua brutorum genera referuntur. Quare piloſa manus ſignificare videtur hominem agreſtem & ferum more urſi: ungues incurvi, rapacem, more accipitris: rotunda ac brevis, & ſine lineis, ſtupidum, qualia quadrupedum plurima. Ita etiam, & à paſſionibus, qui contractas ſemper gerunt manus, timidi, & avari, eſſe dignoſcuntur. Contra qui extentas, audaces & liberales; qui pendentes, aut demiſſas, aut aliam ſuper aliam, deſides: qui elatas aut mobiles, ſoliciti & negocioſi; qui ad faciem, autos adducunt, cogitabundi. Ex his (tandem ita concludit Franciſcus Valleſius) conſtat chiromantiam, niſi ultra phyſiognomiæ fines ſe effundat, vanam non eſſe: niſi vero intra illos ſe contineat, vaniſſimam, velut & ipſa phyſiognomia, ſuos egreſſa fines vana fit, ut cum phyſiognomi non ſolum naturales cujuſque mores, & ingenium volunt dignoſcere, ſed & fortunam pronunciare, dicentes alios eſſe Joviales, & fortunatos, alios Saturninos, & infelices. De his autem alias plura diximus. Cæterum ut ad ſacras ſignificationes, de manuum Symbolo veniamus. Ea certe magnam vim in demonſtrandis myſteriis habuit. Obſervatum enim eſt, eos qui benedicere ſolebant, impoſitis manibus, ſignificare voluiſſe, auxilium & favorem Dei: Ideoque eum cui imponebatur manus, denotare voluerunt, eſſe ſub favore, & protectione Dei; & benedici à Deo. In benedictione, optabatur auxilium, & favor Dei: In ſacrificiis hoſtiæ dicabantur Deo: in ſanationibus manus Dei ſe exeruit, dum ſanitati reſtituit, ſua potentia, ægrotos: ſimiliter in donationibus Spiritus ſancti, manus ſignificabant præſentiam Dei: in conſecrationibus ſacerdotum, hæc erat ſignificatio impoſitionis manuum, quod qui ordinabantur, dicarentur Deo, tanquam hoſtiæ, probarentur Deo, & ordinabantur ad opus divinum. Dexteram Dei autem felicitatis, & dignitatis locum eſſe, ſiniſtram vero infelicitatis, & miſeriæ, ex ſacris literis diſcimus, non quod Deus immenſus, & incomprehenſibilis, pro ſua divinitate, membris humanis indigeat, vel præditus ſit, ſed ut imbecillitas humana, facilius id quod eo notetur comprehendere poſſit. Cum enim ſcriptura Deo adſcribit os, oculos, aures, manus, pedes, & ſimilia, non propterea corporeum debemus imaginari, quod olim Anthropomorphitæ fecerunt. Tales enim loquendi formæ, non tam exprimunt qualis ſit Deus, quam ejus noticiam incomprehenſibilem tenuitati noſtræ accommodant. Iis enim, veluti nutrices cum infantibus ſolent, balbutire nobiſcum voluit Dominus: ut cum naturam ejus intelligere nequeamus, quaſdam ſuas proprietates, membrorum nomine, nobis adumbraret: Ut providentiam oculis, fortitudinem brachio, iram naribus: Atque ita de reliquis, ſicut pie notavit Chytræus. Ideoque Dextra Dei in ſacris literis, varie accipitur. Dextra enim Dei, pro unigenito filio ejus, acci-

In Pſal. 18.

accipitur: De quo in Pſalmo, ex perſona hominis aſſumpti: Dextera Dei fecit virtutem: Dextera Domini exaltavit. Aliter autem dextra Domini gloriam patris ſignificat, id eſt, æternam beatitudinem, de qua Regius Propheta ex perſona patris ad filium: Sede à dextris meis, &c. Dicitur autem etiam dextra Dei, omnis electa creatura in cœlo & in terra: ſicut per ſiniſtram ejus intelligitur reproba creatura, id eſt, dæmones, & omnes impii, qui ad lævam poſiti, æterna ſupplicia ſuſtinebunt. Manus Dei patris filius accipitur pro eo, quod per ipſum facta ſunt omnia, ſicut eſt in Eſaia Propheta: Omnia hæc manus mea fecit & ſancta ſunt omnia. Aliter vero, manus poteſtas ejus intelligitur, de qua poteſtate in libro Jeremiæ ſcriptum eſt: Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea, domus Iſraël. Manus Domini flagellum ipſius accipitur, de cujus percuſſione in Sophonia Propheta ſcriptum eſt: Extendam manum meam. De qua percuſſione beatus Job ait de ſemetipſo: Manus Domini tetigit me. De dextræ & ſiniſtræ autem manus ſignificatione Benedictus Arias plura collegit, quæ lectu digna ſunt: Manus dextera, inquit, agentem, & qui præcipuus in opere eſt, indicat: contra, ſiniſtra eum, cujus nihil in opere efficiundo intereſt: ut, Neſciat ſiniſtra tua id, quod dextera facit tua. Significat etiam opus, actionem, & efficientiam: ut, Ne dicet, forte mendacium eſt in dextera mea. Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes. Et, qui duxit ad dexteram Moyſem. Et, dextera tua ſuſcepit me. Et, à reſiſtentibus dexteræ tuæ. Et, dextera tua inveniat omnes inimicos tuos. Et, hæc mutatio dexteræ excelſi. Et dextera Domini fecit virtutem. Dextera præterea Meridiem, & læva Septentrionem ſignificat: ut, Ad dextram enim & ad lævam penetrabis. Potentiam & Imperium, ut, Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus. Et, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Gratiam quoque divinamque tutelam, ſignificat dextera, & ſiniſtra improbationem & repudiationem: ut, Statuet oves quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Auxilii vim habet: ut, Avertit retrorſum dextram ſuam, à facie inimici. Rectitudo, & conſilium rectum, dextræ nomine indicatur, contra vero ſiniſtræ: ut, Cor ſapientis in dextera ejus, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Juramenti ſymbolum dextera, ſicut ſcriptum eſt: Juravit Dominus in dextera ſua. Et apud Ezechielem clariſſimæ rei ſymbolum habet dexterum latus: ut, cum compleveris hæc, dormies ſuper latus tuum dexterum. Secundo. SINISTRA manus ad res agendas minus habilis, quam dextera eſt; ad ferenda vero onera, atque ad res fortiter comprehendendas aptior. Jaël enim manu dextera malleum, ſiniſtra vero clavum arripuiſſe legimus. Et Gedeonis milites tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas. Eſt autem ſiniſtra infe-

Auguſtin. tomo 4. de eſſentia divinitatis. *Pſal. 118.* *Pſal. 110.* *Cap. 18.* *In libro Joſeph ſive de arcano ſermone.* *Matth 6.* *Iſaia 44.* *Iſaia 63.* *Pſal. 17.* *Pſal. 18.* *Pſal. 16.* *Pſal. 20.* *Iſaia 54.* *Pſal 86.* *Pſal. 110.* *Matth. 25.* *Thren. 2.* *Eccl. 10.* *Iſaia 2.* *Ezech. 4.* *Iud. 5.* *Iud. 7.*

Gen.49. inferioris conditionis, in quocunque argumento. Quamobrem Jacob manum dextram poſuit ſuper caput Ephraim, minoris fratris: ſiniſtram vero ſuper caput Manaſſe, dicens: Iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur; ſed frater ejus minor, major erit illo. Unde pro inferiori nota uſurpatur: ut, non declines ab ea ad dextram, vel ad ſiniſtram. Dextera & ſiniſtra vel claram, vel minus perſpicuam rationem ſignificat: ut, Nec declinet in partem dexteram, nec ad ſiniſtram. Significat etiam errorem ſiniſtra: ut, Cor
Deut.17. ſtulti in ſiniſtra ejus. Ut dextra Meridiem, ſic etiam errorum ſiniſtra Se-
Eccleſ.10. ptentrionem ſignificat: Si ad ſiniſtram quid agam, non apprehendam eum.
Iob.13. Iſaia.54. Et, ad dextram enim & lævam penetrabis. A dextris & à ſiniſtris, pro ſecun-
1.Cor.6. dis & adverſis rebus, dixit Paulus Apoſtolus, &c. Hiſce teſtimoniis, ex ſa-
Cap.49. cris literis adjicere volui ex Iſaia Propheta conſolationem omnium efficaciſſimam, qua pii & afflicti in mœroribus & tentationibus rectiſſime conſolari ſe poſſunt, nempe Deum magis ſollicite eos curare ac juvare, quam matrem ſuos liberos, eosque in MANIBUS ejus deſcriptos eſſe. Hunc enim homines morem habent, ut quæ probè animo, & memoriæ infigere ac perpetuo ob oculos ſibi ſtatuere volunt, ea in manu annotent, vel etiam annuli alicujus certo poſitu ſibi repræſentent, aliove quopiam charactere ſubjiciant. Sic igitur & Deus piorum curam ſollicitiſſimam gerit. Cui conſolationi & altera accedat ex Pſalmo:

Dextera Dei in melius vertere cuncta poteſt.

In viatico itineris extremi. Hanc egregiam & omnibus afflictis præſentiſſimam conſolationem, ita elegiacis elegantiſſimis expreſſit Nathan Chythræus, dignam ſane, quæ aureis literis in corda piorum inſcriberetur.

Gemitus cujuslibet peccatoris:

Reſpice me miſerum tanto in ſqualore jacentem,
Inque bonam partem Chriſte memento mei.

Chriſtus reſpondet:

Sis invicto animo. Numquid mater ve pater ve
Infantis poſſunt non meminiſſe ſui?
Si tamen usq; parens adeo offerretur iniqua:
Immemor ipſe tui non tamen eſſe queo.

EN SCULPSI IN MANIBUS MIHI TE, TUA CUNCTA, NEC ESSE
DE TE DEQUE TUIS DESINO SOLLICITUS.

CAP.

Caput XLVII.

Qui ſit optimus conſiliarius, de periculo & clade ſecuta, ſi rectè conſulenti non obtemperetur, nec non de pravis conſiliis.

PRudenter Dionyſius Haly carnaſſæus introducit T. Romilium, ita loquentem: Optime adminiſtratur civitas, quæ ſe pro rerum ſtatu fortunæ accommodat; Et optimus consiliarius ille est, qui non privatis inimicitiis impulsus, aut gratia adductus, sed publica utilitate commotus, suam sententiam dicit. Et optime de futuris consultant, qui rerum futurarum exempla ex præteritis sumunt. Talis fuit Pericles, teſte Thucydide. Is enim quum ſuaſiſſet, Athenienſes ita demum contra Lacedæmonios, & ſocios, victores evaſuros, ſi bello abſtinerent, rem nauticam curantes, neque imperium acquirerent in bello, neque civitatem in periculum vocarent. Illi tamen hæc omnia è contrario agerent, & cætera quæ extra bellum eſſe videbantur, ex ſua quiſque ambitione atque privato quæſtu, in ſuam ſuorumque perniciem adminiſtrarent: Quæ ſi proſpere ceſſiſſent, fructuoſa privatis hominibus, & honorifica potius fuiſſent; quum vero improſpere ceſſerint, perniciosa in bellum Reipublicæ extiterunt. Tandem quum domi invicem perturbantur, mutuiſque certaminibus de principatu contendunt, re infeliciter in Sicilia geſta, bellicoque apparatu, cum majore parte claſſis amiſſo, intra urbem ſeditione laborantes, deficientibus ſociis & prioribus hoſtibus, Siculis inprimis ad hos adjunctis, poſt triennium, non prius ſuccubuerunt, quam ipſi privatis inter ſe colliſi diſcordiis defecerunt, & in miſeram ſervitutem redacti ſunt. Pericles autem tanquam fidus & optimus conſiliarius in ſuo propoſito conſtanter erga patriam manſit, usque ad extremum ſpiritum vitæ. Quum enim animam agenti, nec vires modo, verum etiam ſenſus pene eum defeciſſent, contigit, ut inter amicos, qui in lecto jacenti adſtabant, de ejus victoriis atque eloquentia, quæ in eo mira fuit, mentio haberetur, eamque ceu admiratione capti, laudibus efferrent. Hæc cum ipſe moribundus audiret, apertis oculis aliquantiſper nixus, ut loqueretur, mirari ſe dixit, quod victorias eloquentiamque in eo laudarent, quod earum rerum partem fortuna ſibi vendicabat: Ipſos quidem potius laudare debere, quod quum longo tempore Athenas rexiſſet, nemo ipsius causa lugubrem vestem unquam induerat.

Roman. antiq. l. 10.

Lib. 2.

Fulgoſ. de bonitate & clement. l. 5.

Quali-

De ſacri Conſiſtorii conſult fol. mihi 353. Qualitatem autem boni conſiliarii Paleotus quoque deſcribit. Hæc tria verba, inquit, amicitia, benevolentia, charitas inprimis, ea omnia excludit, quæ puro ſincero que majori adverſantur, ne ſcilicet aliquis unquam quidquam Reipublicæ noxium, aut quod dedecus afferre poſſit, ſive quod minus honeſtum aut juſtum, aliqua ſpe gratiæ aut ambitionis adductus, ſive periculi metu deterritus, vel quocunque proprii amoris velo obcæcatus conſulere audeat. Unde olim apud Athenienſes, quoties advocabatur concio, legimus, præconem maxima voce horrendisque verbis dirum exitium illi, atque ejus poſteritati imprecari ſolitum, qui malum perfidumque conſilium Reipublicæ dediſſet, &c. Experientia ſane ſatis ſuperque demonſtrat, quam atrocia pericula & damna ex malis conſiliis orta ſint. Nihil enim novi accidit, quod nonnulli reperiantur, qui licet alioquin polleant acumine ingenii, doctrina & eruditione: tamen privatis & lividis affectibus ſuis, ambitione quadam & inſolentia ita indulgeant, ut actiones & conſilia ipſorum tecta, & involucris verborum ambiguis atque aculeatis, de induſtria fallendi cauſa contexta, potius eo dirigantur ac ſpectent, ut iis quos verſutia ſua opprimere, quibusve nocere ſtudent, ægre faciant quam ut aperte ac ſincere animi ſenſus ad Reipubl. utilitatem proferant, ita ut de iis recte dici poſſit: VEL INVIDENT, VEL FALLERE CONANTUR, QUI OBSCURE DICUNT DOCENTQUE, AC MONSTROSA ORATIO, MONSTROSÆ MENTIS CERTUM INDICIUM PERHIBETUR. Hoc genus hominum, ea quæ proferunt & agunt, ideo obſtinate defendunt, non quod *illis ea vera*; & utilia Reipubl. eſſe videantur: ſed quia voluptati eſt, ab illis, qui *aliter* cenſent, præfracte diſſentire. Ideoque contentionis, quam *veritatis cupidiores*, ſuam ſententiam, fucatis coloribus ornatam, pertinaciter & mordicus tenent, & diſſentientes ab ipſorum opinione, eorumque ruſticam inſolentiam flocci facientes, aculeatis dicteriis, odioſiſſime, ſuperbis & elatis ſuperciliis criminantur, & cavillis ſuis exagitant. Sic enim facere ſolent, non tantum ut prorſus imperiti, de quibus recte Comicus:

Homine imperito nihil quidquam eſt injuſtius,
Qui niſi id, quod ipſe facit, nihil rectum putat.

Verum etiam, & quidem inprimis, qui per αὐθάδειαν, ſapientiæ & intelligentiæ dono ſibi conceſſo, abutentes, injuriæ loco ducunt, ſi quis ab ipſis diſſentiat. *De bello Pelopon. l. 2.* Hos callide tergiverſantes Pericles ſapientiſſimus prætor apud Thucydidem, graviter reprehendit. Nam, inquit, qui novit, neque id, quod ſentit, explicat, perinde eſt, ac ſi neſciret: Qui vero utrumque habet, niſi ſtudioſus Reipublicæ fuerit, is peræque nihil ex utilitate civitatis loquetur. *Lib. 1. de of.* Et de his ita ſcribit Cicero: Peſtem nullam majorem & capitaliorem

lorem eſſe generi humano & juſtitiæ, quam eorum, qui, dum maximè fallunt, id agunt, ut boni viri eſſe videantur: vel ut Senecæ verbis utar, Oratio vultus animi eſt, ſi circumtonſa, & fucata eſt, & manu facta, oſtendit, illum quoque non eſſe ſincerum, & habere aliquid fracti. Rectè quoque alius monet: VITIA VIRTUTIS SPECIE, VENENUM ESSE VALIDISSIMUM. Huc ſpectat vera & gravis, licet rythmis, quorum illud ſeculum ſtudioſum fuit, comprehenſa monitio: *Epiſt. 115.*

O Conſultores rectos aſſumite mores:
Publica privatis præponite commoda gratis:
Ne damnet veſtras animas divina poteſtas.

Habemus certè exemplum memorabile apud Buchananum, quum prorex Scotiæ, & Cancellarius, à quibus pendebat ſalus regni, impubere adhuc Rege Jacobo, propter inteſtina bella, odia, & factiones, conſilia pro patria, ſepoſitis ſimultatibus privatis, communicarent, in quorum colloquio multæ egregiæ ſententiæ leguntur, quorum unam vel alteram huc aſſcribam. Una ratio (inquit prorex) eſt, ſi privatas obliviſcamur injurias, omnia noſtra conſilia & cogitationes conferamus, ad publicam utilitatem, meminerimus Regis incolumitatem noſtræ fidei commiſſam, regni ſalutem ita nobis creditam, ut rationibus obnoxii ſimus. Igitur, veluti antea pravo ſtudio certavimus, uter noſtrûm honoribus & auctoritate auctior eſſet, ita in poſterum contendamus, uter moderatione & juſtitia alterum antecedat; ita demum efficiemus, ut plebs, quæ nunc adverſa eſt, & nobis calamitates imputat ſuas, nos amet & revereatur. Et paulo poſt: Privatam ſi quam à te accepi injuriam, eam publicæ ſalutis cauſa libenter condono: ſi quam feci, bonorum virorum arbitratu ſatisfaciam, neque committam poſthac, ut mea vel damna, vel emolumenta publicam utilitatem remorentur, &c. Cui inter alia reſpondit Cancellarius: non committam, ut modeſtiâ provocatus, mea pertinacia commodis publicis obſtare videar. Et paulo poſt: Illud breviter profitebor, mea me omnia privata incommoda & injurias patriæ remittere: civium incolumitate nihil unquam aut fuerit, aut erit mihi antiquius, &c. Hæc conſilia ad ſalutem & utilitatem patriæ ſpectantia, omiſſis & obliteratis privatis ſtudiis & odiis, laudanda ſunt: ſicut non abſque ratione antea allegavi optimi Regis Alfonſi, Regis Arragoniæ, memorabile dictum, ſe videlicet, ſi vixiſſet tempore priſcorum Romanorum, conſtructurum fuiſſe templum Jovi poſitorio, in quo priuſquam venirent in ſenatum patres conſcripti, odium, amorem, ac privatos affectus omnes deponerent. Norat enim prudentiſſimus Rex ex præceptis Ciceronis: Ferendo injurias, majorem laudem, quam ulciſcendo mereri: Et eos, qui injurias ſuas perſequi volunt, *Rer. Scotic. lib. 11.* *Cap. 33. Cent.* *Act. 1. in Verrem.*

Digitized by Google

lunt,dolori ſuo,non Reipublicæ commode ſervire. Præte
que inimicitias privatas Reipublicæ concedere, magni cujuſ
perſapientis videri. Quare à Livio tam præclarum encom
Lib. 5. millus,ubi de eo ita ſcribit: MALUIT HIC TANTUS VIR PAT
SUÆ INIURIÆ MEMOR ESSE; ideo etiam alter Romulus app
duximus quoque antea duorum præſtantiſſimorum Conſilia
Plutarch de torum Ariſtidis & Themiſtoclis reconciliationem, quando
precept. ge- agcretur. Ii enim quoties ad obeundam legationem aut du
renda Reip. tum proficiſcerentur, inimicitiam in finibus patriæ depoſue
domum, eam reſumpſerunt: ſicut & Veneti ingredientes in
rias apud D. Marcum ſeponere ſolent, de quibus antea dixit
De civ. Dei bus capitibus, plura dicemus. Rectè itaque beatus Auguſ
lib. 5. tem introducit Catonem: Nolite exiſtimare, majores noſt
publicam ex parva magnam feciſſe, ſed alia ſunt, quæ illos m
DOMI INDUSTRIA: FORIS IUSTUM IMPERIUM: ANIMUS I
LIBER, NEQUE DELICTO, NEQUE LIBIDINI OBNOXIUS.

CAPUT XLVIII.

De Reipubl. Venetæ, & aliorum regnoru[m] ... tate & diuturnitate.

ANtecedente 44. capite de Rep. omnium potentiſſima
eam ex diuturna felicitate, infeliciſſimam fecerit, attigi
de Veneta Republ. (quæ cautiſſima eſt, ne ſibi eadem conti
Cap. 35. bis inſtituendus erit. Non fruſtra igitur in cujuſdam capiti
principio, cui titulum fecimus, privatos affectus in conſulta
abeſſe debere, introduximus laudabilem morem Venetoru
gredientium in ſenatum: Eos videlicet privatas inimicitias
iſ ſos apud D. Marcum deponere ſolere, ut liberiori & tra
de rebus pertinentibus ad ſalutem Reipublicæ deliberare p
venit votum Friderici hujus nominis tertii Imperatoris. I
ſolitus, ut ejus conſiliarii in palatii veſtibulo duas res depo
LATIONEM ET DISSIMULATIONEM. Felix itaque & flore
ſit Veneta Reſpublica. Licet enim inteſtinis ſeditionib
Bochonianis, Falerianis, Tepolianis, Bajomontanis, iten

Scævolarum, Seliorum, Baſſierarum, ſæpius miſerè afflicta fuerit, ſicut Bodinus eas recenſet; Licet etiam ſæpenumero potentiſſimos hoſtes, qui eam ad extrema propemodum coegerint, habuerit, tamen nunquam oppreſſa fuit, aut ſuccubuit; At libertate non ſolum retenta, in Italia amiſſa recuperavit, ſed etiam imperium dilatavit. Ratio autem hujus felicitatis ex Oratione Leonardi Lauretani Ducis Venetorum, de oppugnanda urbe Patavina invenitur, ſicut à Guicciardino refertur. Inter alia enim ibi ita Dux diſſerit: Habuit patria noſtra eodem tempore & originem ſuam, & libertatem, neque unquam Venetiis civis aliquis natus & mortuus eſt, qui non liber & natus & mortuus ſit, neque ejus libertas unquam turbata fuit, tanta felicitate EX CIVILI CONCORDIA manante; quæ ſic in hominum pectoribus radices egit, ut eodem tempore Senatum noſtraque conſilia ingrediantur, & privata diſſidia controverſiaſque deponant: hujuſce rei cauſa eſt adminiſtrationis forma, quæ ex optima quaque Reipublicæ ratione temperata, itaque compoſita, ut omnibus inſtar ſuaviſſimi concentus, optima proportione ſibi invicem reſpondentibus, tot jam ſeculis, ſine civili ſeditione, ſine armis, ſine ſuorum inter ſe civium ſanguine, inviolata immaculataque perſtiterit; quæ laus noſtræ Reipublicæ propria eſt, quod nec Roma, nec Carthago, nec Athenæ, nec Sparta, nec ulla ex iis Rebuſpublicis, quæ apud veteres clariores fuerunt, gloriari poteſt; imo talis Reipublicæ forma apud nos re ipſa conſtituta cernitur, qualem illi, qui civili ſapientia cæteris præſtiterunt, neque excogitare, neque deſcribere unquam potuerunt, &c. Hanc felicitatem mirificè auget pacis ſtudium, de quo Bodinus ita ſcribit: Ac ſiquidem bella non niſi propulſandæ injuriæ ac pacis fruendæ cauſa ſuſcipienda ſunt: ac beata civitas eſſe putetur, quæ parta pace, ſuis finibus contenta ſit: profectò Reſpublica Veneta videatur, quæ non modo Imperii ſedem in loco, arte & natura inexpugnabili collocarit, verum etiam continentes arces ad Imperii adjumentum valdè opportunas tantis præſidiis firmarit, ut nec hoſtium impetus valdè metuere debeat, & ſubditos imperiis ac legibus facilè tueri poſſit, propagandi vero Imperii curam penitus omiſerunt: Quin etiam bellorum cauſas omnes ſtudioſiſſimè declinant, & illata difficillimè ſuſcipiunt; ſuſcepta vero finire, ac pacem modis omnibus, magnoque ſæpius cum detrimento inire conantur, ut videre eſt in fœderibus cum Julio II. Pontifice, cum Maximiliano Imp. cum Alphonſo Rege Neapolitan. iiſdem temporibus, & non ita pridem cum Selimo principe Turcarum percuſſis, à quo pacem petere, amiſſa Cypro non dubitarunt. Idipſum confirmat Joannes Jovianus Pontanus, ubi de incremento urbis Venetæ ita ſcribit: TANTAM rerum felicitatem concordiæ ſtudium maximè peperit, ac vivendi inter ſe æquabilitas è ſtatuendis & ſervandis legibus nata. Hunc itaque tuendarum legum con-

De Republ. lib. 6. c. 4.

Hiſt. Ital. lib. 8.

Lib. 5. de Republ. c. 5.

De Ferdin. I. Rege Neapo. lib. 1.

conſenſum, ſecuta eſt adminiſtrandæ Reipublicæ concor
Nam ne unquam nobilium animi per ambitionem inſoleſ
initio conſtituere, unum & quidem ſummum ſtatuerunt ma
qui gereret, Ducem vocavere, Senatus quidem Principem
juſſu Senatus nec pace agere, nec bello publicum quicquan
pſe Senatum conſulit: Senatus auctor decernit, cujus tam
nomine feruntur, &c. Hoc concordiæ ſtudium, & æquab
di effecit, ut, politico more loquendo, adverſus omnem vim
poris, mille jam & ducentos annos incolumis maneat: q
ſemel ad illius interitum potentiſſimi Reges incubuerint,
De bello Pelagico. ties preſſa, attamen nunquam oppreſſa ſit. Quam felicita
tentiſſimæ urbes, nunquam habuerunt. Etenim Troja,
In epitome, De temporibus. urbs, anno trecenteſimo poſtquam condita fuit à Dardano
rant poſt Marſilium, Archilochus & Euſebius, occupata
ab hoſtibus fuit. Taceo nunc de Roma, quæ caput orbi
tur. Quoties enim ea ab hoſtibus oppugnata, occupata, v
fuit? Diligenti enim ſupputatione facta, comperies ex cer
ſtoriis, eam ſexies à Veſtrogothis, Oſtrogothis, Herulis, V
Longobardis, intra centum & quadraginta annorum de
mœnia convulſa, caſtella dejecta, ædificia combuſta, nobil
ſpoliatam & relegatam, urbem denique ipſam longo temp
ſe. Non fruſtra itaque antea plenus admirationis dixi, nu
plum in hiſtoriis me recordari legiſſe, quod regnum vel ur
Venetiarum excepta, nunquam victa & debellata ſit. Ni
inſula ab Ariſtotele & Claudiano Iernæ nominatur, & inco
Erinos appellant, hæc felicitas aſſeribenda eſſet. Ita enim
Rer. Anglic. lib. 2. c. 26. lielmus Neubrigenſis: Hanc ſingularem præ cunctis regio
vam & dotem à natura habet, ut nullum gignat venenatum
reptile noxium. Quinimo certa citaque mors eorum eſt
bernici aeris attractum, ſi forte aliunde advehantur. Por
avehitur, contra venena valere probatum eſt. SANE H
Inſula mirabile eſt, quod quum major Britannia, æque C
ſpacio longiori ſejuncta, tantos bellorum caſus experta
gentibus prædæ fuerit, totiens externam dominationem
gnata & poſſeſſa primo à Romanis, deinde à Germanis, c
nis, poſtremo à Normannis: HIBERNIA, Romanis etiam
larum dominium tenentibus, inacceſſa, nec ab ullo unq
ſubacta eſt, nunquam externæ ſubjacuit ditioni, uſque ad a
ginis CIↃ.C.LXXI. qui fuit Regis Anglorum Henrici II. oct

Licet autem concederetur, Hiberniam aliquo modo participem fuiſſe felicitatis Venetæ urbis, quod tamdiu libera manſerit: & hac in parte natura loci, ſicut Venetiæ, adjutam fuiſſe: (Sita n. eſt in mari importuoſo & reciprocante, & tali quidem loco, ad quem paucis in oris appellere conceſſum eſt:) Tamen maxima pars felicitatis, Hiberniæ defuit, qua Veneti floruerunt, videlicet concordia, & bonæ leges: Habet enim Hibernia, teſte eodem Neubrigenſe, populos moribus incultos, & barbaros, Legum & diſciplinæ ferè ignaros, in agriculturam deſides, & ideo lacte, magis quam pane viventes. Huc addo majorem perniciem, odia & bella inteſtina perpetua, cum quibus in hodiernum diem adhuc conflictatur. Omiſſa ſanè Hibernia, ſi inquam felicitati Venetæ Reipubl. regnum aliquod comparari vel etiam præferri poſſet, quoad perpetuam libertatem conſervatam, puto rectè nominari poſſe Abyſſinum, vel Æthiopicum, in finibus Africæ, verſus mare rubrum. Illi enim Reges continua ſerie elapſis bis millenis ſexcentis annis, recto tramite de maſculo ſemper ad maſculum, ex Melecho filio Salomonis Regis, quem ex Regina Sabæ Maqueda genuiſſe dicitur, (ut ipſi gloriantur) regnarunt. Et licet Abyſſini, undique cincti ſint ferociſſimis gentibus, & potentiſſimis Regibus, tamen ſuam libertatem, impigrè eam defendentes, hactenus conſervarunt. Sicut eorum Rex Athanc Thingil, id eſt, thus virginis, qui & David nominatur, in Epiſtola quadam ad Papam Anno CIↃ.D.XXIV. ſcripta, inter alia his verbis utitur: Prædeceſſores mei, nulla alia ope adjuti, quam divinâ fidem in latiſſimis regnis propagarunt, quod & ego quotidie efficere contendo. Maneo etenim inter maximos regnorum meorum fines, ut leo ingenti ſylva circumdatus, & ſeptus adverſus Mauros obſidentes, & alias nationes fidei Chriſtianæ inimiciſſimas, quæ nolunt audire verbum Dei, neque cohortationes meas, & ego gladio accinctus eos perſequor, & paulatim extrudo, divino ſcilicet fretus auxilio, &c. Æthiopes vel Abyſſini patrum noſtrorum memoria, ex legationibus, ad Papam, & Reges Luſitaniæ miſſis, notiores eſſe cœperunt, quum ad eos in mediterraneis Africæ locis interioribus, intruſos, rarus acceſſus antea patuerit. Qui etiam non ita pridem à Turcis, occupatis vel obſtructis omnibus portubus maris rubri, per quos ad eos perveniri antea poterat, prohibetur. Neque quantum ego ſcio, in hiſtoriis Romanis eorum mentio reperiatur, neque arma Romana, multo minus Macedonica, quæ tamen fere totum orbem concuſſerunt, ad illos pervenerint. Compertum autem eſt ex eorum literis, eos ſemichriſtianos & Judæos eſſe, retenta circumciſione & baptiſmate. Illum ritum à Melecho, hunc vero ab Eunucho Reginæ Candacis, qui inter Gazam & Hieroſolymam domum revertens à Philippo Apoſtolo baptiſatus fuit, accepiſſe & hactenus conſtanter retinuiſſe: Sicut liber Franciſci Alvareſii, & epiſtolæ & confeſſio fidei eorum, *De Æthiopum morib.*

rum, Damiani à Goes opera editæ, pluribus demonſtran-
dum lectorem remitto. Sed ut ad Rempublicam Venetam
inter alias ſalutares leges, tam diuturnam potiſſimum conſer-
vatos quidem nobiles patiantur, de minimis injuriis inter ſe
odia, & inimicitias fovere; ſed eos in Senatum ſuum vocan-
tis, rogant, hortantur, uti ſe omnes ſancti Marci (quod ill
nomen indiderunt) filios eſſe meminerint, fratres & cive
& feliciſſimi Imperii, indignum illis eſſe, alere privatas ſimu
quæ poſtea in publica converti queant, ſummo cum peri-
Ad conjunctionem autem animorum retinendam, multum
Venetum, quod etiam in aliis Italiæ Urbibus præcipuis vig
miſſis inter conjunctos. Hac enim ratione, materia fer
ſumptuum, adimitur, ita ut abſque graviſſimis cauſis, aliis al
libito vocare conceſſum non ſit. De hoc ſtatuto extat pec
Antonii Blanci Juriſconſulti Patavini. De origine autem V
ab Henetis Paphlagoniæ populo, quum bello Trojano v
giſſent, in hanc oram intimam Adriatici maris claſſe appulſa
de ab vicinis, Attilæ tyrannide, expulſis Urbis formam aſſu
res prolixè ſcripſerunt, ſicut quoque de ſitu ejus quod in
abſque mœnibus poſita ſit, inter quos Franciſcus Sanſo
Lib. 12. quatuordecim ſcripſit, & allegat nonnullos ſentientes, Prop
lis de hac civitate interpretari poſſe, ubi dicit: Aſcendam a
muro; Veniam ad quieſcentes habitanteſque ſecurè. Hi om
muro, vectes & portæ non ſunt eis, &c. Videri quoque pot
repetit. §. non alias. n. 775. ubi ait ex Strabone, Venetos ſinu
lentes deductos eſſe à Venetis Britonibus Gallis: quod ide
tus habet lib. 4. de honeſt. diſcipl. cap. 14. Et idem Igneus
Franciæ recognoſcat Imp. diſputat, potuiſſe Venetos contr
ſcribere n. 59. Qua de re etiam agit in d. §. non alias. n. 686.
verſus de mirabili ſitu ejus urbis talis:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toto ponere jura mari,
Nunc mihi Tarpejas, quantumvis Iuppiter arces
Objice & illa tui mœnia Martis, ait:
Si Pelago Tybrim præfers, urbem aſpice utramque
Illam homines dices, hanc poſuiſſe deos.

Cæterum ne prolixior contra decorum ſim, ſi quis plura
te, ejus origine, ſitu, gubernatione, legibus, incremento &

deſiderat, habet Contarenum, Bembum, Sanſovinum, Leandrum, Stephanum Forcatulum, poſtremo Johannem Michelem Brutum de inſtauratione Italiæ, Bodinum de Republ. alioſque auctores, lectu digniſſimos, publicè editos, in quibus deſiderio ſuo ſatisfacere poterit.

Caput XLIX.

Quo pacto & quibus rationibus Oſtrogothi & Longobardi ſuum imperium in Italia firmarint.

Nihil novi eſt, quando metus eſt inſidiarum, vel rebellionis, Reges, vel Principes armorum uſum, ſubditis ſuis, ut contineantur ſub imperio interdicere, eoſque exarmare ſolere. Hac enim ratione ceu ſolido fundamento olim Theodoricus Rex Oſtrogothus, Theodimeri filius, qui in Italia circa annum CCCC. LXXXVIII. victo, & interfecto Odoacro Herulorum Rege, rerum potitus eſt, firmavit ſuum Imperium. Omnibus enim Italis armis ſummo ſtudio interdixit, telis è domibus ablatis, quod poſt Blondum notat Sabellicus, & Nauclerus, ut militiæ deſuetudine Itali prorſus imbelles fierent, ac imbecillitate torpentes Gothicum jugum patientius ferrent, minimeque ad imperium aſpirarent. Nullus itaque ſub eo Italus miles, nullus armiger militavit, & bellicâ re cogente Gepidarum copiis Gothorum phalanges adjuvit, Hilba duce uſus. Idem Italiæ fines Alpibus viciniores, ſuis proceribus in poſſeſſionem dedit, clauſitque Italiæ aditus, oppidis etiam communitis, præcipuè Tridento, ita ut neque vicinitas Italis, cum externis gentibus, neque familiaritas conſtitui poſſet. Iiſdem rationibus ductus munivit etiam Falconis montem, cum non ita pridem ante Grandiſia ab Odoacro, qui tunc Italiæ imperitabat exædificata fuiſſet: Quam tamen paulo poſt, Theodoricus à Zenone Imperatore, contra Odoacrum cum exercitu miſſus, occupavit. Harum arcium & munitionum extruendarum cauſa eadem fuit, quæ Venetos ad ædificandam Palmam, contra Turcos movit. Sicut Lazarus Soranzius obſervavit. Quos præterea viros, aut ingenio, aut potentiâ ſuſpectos habuit aut ex ſuis civitatibus in remotiora loca relegavit, aut carceribus indictâ cauſa, aut etiam morti deſtinavit, Symmacho, & Boëtio Severino Romanis patriciis, ac conſularibus, è medio ſublatis. Iiſdem fulcris, & munimentis ad ſtabiliendum ſuum imperium uſu ſunt Longobardi, quadruplici ratione. Concordiam miram inter ſe ac inviolatam ſocietatem ſerva- *In Ottomanno ca. 80.*

Digitized by Google

Lib 3. *c*.7. ſervarunt: erga finitimos vero præſertim Romanos, immit
re, quos ſibi tributarios, ac pene colonos effeciſſe, refert I
tertia parte frugum ſingulis annis ab iis exacta. Alterum
Lib.7.*c*.1. *Decad*. mentum Regni, in quo cura illorum viguit, fuit in alendo
enim præſtantiſſimarum equarum eos habuiſſe, atque ab
Lib.2.*c*.7.*in fin*. liam traduxiſſe, præter boum armenta conſtat, ut ſcribit I
Lib.5.*Octava Ennead*. Diaconus, cujus quidem equitatus copia, atque præſtant
plura confeciſſe eos unius anni ſpacio bellica negocia in Ita
le ſit, Sabellicus notat. Loca autem præcipua, in quibus
collocata primum à Longobardis perhibentur, Aquilienſes
ſes ſaltus fuiſſe accepimus: equique illius tractus ac etiam
ter Transpadanos, hodie etiam valde probantur, tanquam
biliores que. Tertium, in quo belli gerendi compendia co
butorum quota, æqua lance ab omnibus ducibus Regi per
enim æris ſui unuſquiſq; regi pependit. Quartum fuit, quo
lia poſt dimiſſos Saxones, alio milite, quam Longobardo,
rum uſi ſunt, habuiſſeque eos equitatum viginti millium vi
Li.7.*c*.11.& *lib*.18.*c*.14. ginta millium peditum, primoſque eos compoſuiſſe ferrea
lis conſertas (quas maculas malias vocant) aliqui putant.
ctus ac brachia noſtrates hodie tutiſſimum, & ornatiſſimum
gobardæ etiam immanitate, in alabardam redacto, auctore
bardi, Hæc & alia Ticinenſis hiſtoria Bernardi Sacci nos d

CAPUT L.

Difficilius eſſe rem partam ſervare, q acquirere.

Rom.hiſt. *lib*.43. IN Dione legimus, cum C. Cæſar in Pharſalicis campis
honores à ſenatu illi decretos, quos admiſit, fuiſſe, ut cu
Jovem ſpectans in Capitolio collocaretur, ipſe quoque ſ
bis terrarum poſitus ſtatueretur, cum hac inſcriptione, SE
ſi non fallunt me conjecturæ, in heroicis Gabrielis Sime
pingitur Cæſar, ſtans ſuper globum mundi, ſiniſtra tenens
ro gladium, cum inſcriptione: EX UTROQUE, quæ pictura
centuriæ ſubciſivarum operarum mearum, præbuit mihi
differerem, adductis non vulgaribus rationibus, & hiſtor
tueri parta, quam quærere: vel ut Claudiano placet:

——*Plus eſt ſervaſſe repertum,* *In Poliție.*
Quam quæſiſſe novum.

Unde doctiſſimus Lipſius ita ſuadet Regibus & Regulis, quies vobis tutior, nec de obtinendo laborate, ſed tenendo; ſcitote (refert ex Livio) teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam ad omnes ictus, ubi exſerit partes aliquas, quodcunque nudavit obnoxium, atque infirmum habet. Quare non abſque cauſa ibidem Auguſtum Cæſarem introduximus admirabundum, quum Alexandri Magni res in oriente geſtas legeret, dixiſſe, eum non induxiſſe in animum ſuum, qua ratione & via quæſita conſervaret, ac regeret, ſed tantum, quomodo quæſitis alia adjiceret. Hujus enim cupiditati immoderatiſſimæ, ne totus quidem hic terrarum orbis & ſi plures fuiſſent, ſufficere poſſe videbantur, quum imperium vix deguſtare cœpiſſet, juſtas totfuſi ſanguinis, non ſolus ipſe veneno ſublatus, pœnas luit, ſed etiam integra ipſius ſoboles, non matre Olympiade, non fratre, non ſorore, non liberis, & eorum nepotibus exceptis. Nec tot ipſius ſucceſſores, diviſa inter ſe majore parte orbis terrarum, feliciores & ſtrenuiores in conſervandis regnis fuere: Id enim demonſtrant diuturna & fere continua bella inter ipſos geſta, quibus univerſum pene terrarum orbem cruentarunt. Idipſum movit Senecam, ubi comparationem Herculis & Alexandri inſtituit. Quid enim, inquit, ſimile habebat veſanus ado[illegible]s, cui pro virtute erat felix temeritas, Hercules nihil ſibi vicit, orbem terrarum tranſivit, non concupiſcendo, ſed vindicando. Quid vinceret malorum hoſtis, bonorum vindex, terrarum, mariſque pacator? At hic à pueris latro, gentiumque vaſtator, tam hoſtium pernicies, quam amicorum, qui ſummum bonum duceret, terrori eſſe cunctis mortalibus; oblitus non ferociſſima tantum, ſed ignaviſſima animalia timeri, ut virus malum. Prudenter itaque Demoſthenes ſuos cives hiſce verbis hortatur: Jam cum duo ſint commoda in tota vita humana: Unum, quod maximum atque præcipuum eſt fortunæ proſperæ: alterum, hoc illud quidem inferius; ſed inter cætera maximum, conſilij boni. Non ſolet utriusque ſimul copia contingere hominibus. Neque quiſquam rebus ſecundis terminum ſibi conſtituit, neque finem imponit cupiditatibus acquirendi plura. Itaque permulti ſæpenumero dum majora concupiſcunt, ea, quæ jam obtinebant, amiſerunt. Et paulo poſt: nam qui cupiditate acquirendi plura aggrediuntur, atque tentant ea, quæ fas non eſt, maximis difficultatibus implicantur, conatusque irritos, & ſpes vanas fortuna deridet, & fruſtratur. Hinc recte & prudenter ratiocinatur Dionyſius Halycarnaſſæus. Non eſſe prudentum, neque generoſorum hominum res alienas fortitudine quærere, & pati ſuas per ignaviam amitti. Huc reſpexit Baſilius Imperator, Conſiliariis, inquit, utere iis, qui

De benefic. l.1.c.10.

In orat. contra Ariſtogitonem.

Roman. antiquit. l.11.

Digitized by Google

In monitione ad filium cap. 18. rebus proprijs bene conſuluerunt; non autem qui per i
Nam qui ſuis rebus male proſpexerit, nunquam ille bene
Eaſdem cogitationes habuit Plutarchus ubi dicit : Bo
In Philopœmon. poſſidere eum, qui alienis velit abſtinere. Recte itaqu
De providentia Dei l. 1. c. 21. dreas Corrutius, poſtquam multas, easque memorabile
rias, de ijs, qui potius aliena regna invadere, & acquirere
cè frui voluiſſent. Percurrantur omnium regnorum hiſt
culum inveniemus, in quo divinæ providentiæ luculenti
dita in illos exempla, qui ſuis non contenti aliena invaſer
pulcherrima, & certiſſima ſingularis ipſius benevolenti
mus in illos, ſeu privatos homines, ſeu publicum munus
ſoliis ſublimibus collocatos, qui ſuis contenti, & vitæ in
dæ ſtudioſi, Spartam à Deo acceptam ornare ſtuduerunt
rum princeps, licet alioquin barbarus, notare voluit, cum
Cap. 1. culo ex capti Moſci calvaria, ut fertur, majuſculis literis i
Ælian. var. hiſt. l. 4. c. 14. ALIENA APPETENDO, PROPRIA AMISIT. Recte itaq
tagentes circa aliena, & propria negligentes Antigonum
ſimilaſſe, diximus, qui ſpe futuri lucri proprias opes pro
contentus eſt eo, quod in alea vicit. Non ſecus ac p
In lib. de regno. cum labore, qui ſigillatim per obolos vix comparaver
ti (inteſtinum) marſupium effunditur. Quemadmod
Lib. 7. ſic etiam nummos capere facilius eſt, retinere vero dif
xagoras inquit, magno cum negocio pecunias cogi, ſe
Lib. 4. ra conſervari & cuſtodiri. Huc reſpexit Strabo : Diffici
vinciam obtinere, quam facere: Viribus parantur, jure
verbis utitur Lucius Florus, cum Vari Quintilij cladem
Non abſque ratione igitur monemur, non minus nobis
luſtres eſſe hos dies, quibus conſervamur, quam illos q
terum non ſolum priſci Monarchæ, reges, & principes p
iam recentiores, admodum ſoliciti fuere, quò pacto ec
res ejuſmodi artibus in bello & pace inſtituerentur, q
gna non tam acquirere, quam tueri & conſervare poſſen
Cap. 2. niani Imperatoris legem, & alia exempla introduximus
re volui Alfonſi I. Aragoniæ & Neapolitani regis fortiſ
Rer. geſtar. Alph. I. regis Neapolitani inprinc. l. 9. qui non tam in armis, quam in bonis literis curavit inſti
dum, cui tale elogium tribuit Bartholomæus Facius; In
ad cunctas optimas artes docili, liberalibus diſciplinis i
civili operam dedit: ut unà arma legibus jungeret, quæ
bernandas aptiſſima putantur. Armorum quoque trac

didicit, equitandi peritiſſimus, lucta, ſaltu, jactu, equeſtrique certamine, vel cum veteranis contendere, facilitate & modeſtia, cum omnibus certare, gloriæ cupidus, calorem, frigus, inediamque laboremque facile pati. Cumque æquales gloria & dignitate ſuperaret, ab omnibus tamen (quod rarum eſt) valde diligi, atque obſervari. Idipſum Jovianum Pontanum movit, ut ſuam hiſtoriam ita concludat: Igitur Neapoli Ferdinandus pace parta, rebusque è ſententia compoſitis, ſupra triginta annos regnavit, cum interim multa bella pro ſocijs atque amicis ſuſcepta fortiſſime geſſerit. Turcas quoque qui Hydruntum, bonamque Salentinorum partem ex improviſo adorti, occupaverant, Alphonſi filij induſtria atque opera victos Italia expulerit. Qui, ſi quibus artibus in initio regnum ſibi comparavit, eaſdem in pace, ocioque retinuiſſet, ut maxime felix eſt habitus, ſic inter optimos fuiſſet principes numeratus. Hæc cum ita ſeſe habeant, non immerito ab Ennio reprehenduntur ij, qui contempto juris & æquitatis ordine, mox abſque legitima cauſa ad arma proſiliunt, & neglecto juſtitiæ cultu, fortitudinem in violentia quærunt, in his verſibus:

De Ferdin. Alphonſi l. ſilio in fin. l. 6.

Non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro,
Rem repetant, regnumq́ petant, vadant ſolida vi.

Hi enim merito conſiderare deberent; Nihil violentum poſſe eſſe diuturnum, & ſi non adſit juſtitia cuſtos acquiſitorum, ea fluxa & momentanea eſſe, & ſicuti floſculos præcoces evaneſcere.

Animadvertere id quoque Turcicam gentem, in eodem capite ex Jovio retulimus, licet ipſorum imperium magis metu & violentia partum ſit, & adhuc conſervetur, quamdiu Deo viſum fuit, dum Taliſmannus æditus novo Imperatori ingredienti in ipſorum delubrum peculiare ad ſacra Mahumetica peragenda, occurrat & ſuggerat, ut meminiſſe velit imperium juſtitia & virtute bellica partum, non alijs, quam ijſdem artibus conſervari, propagarique oportere. Et vere quidem, niſi enim legi Mahometicæ prudentiores & juſtiores inter ipſos viri præficerentur, qui tam metu & pœnis quam præmijs & honoribus tam latum imperium, in varias & barbaras atque ferociſſimas gentes, & nationes diſtinctum, continerent, fieri non poſſet, illud tam diu florere & in tantam amplitudinem creſcere. Recte itaque ſcribit Leonclavius noſter: Hoc genus barbarorum longe omnium vaferrimum eſſe & tam præſentibus, quam futuris circumſpiciendis ac penſitandis ſolertiſſimum.

Pand. Turc. hiſt. c. 24.

Ad conſervationem autem partorum omnino requiri, gravitatem & auctoritatem magiſtratus, qua ſubditis timorem & reverentiam quandam incutiant, non abſque ratione monuimus, quod etiam Plutarchus inculcat, ubi dicit; hominem homini obſequentem ultro cicuremq; nihil aliud facere, quam

Buchan. de reb. Scoticis lib. 11. re, quam fidem benevolentiæ, integritatisque & juſtitiæ
perientia enim teſtatur, obedientiam, quæ Regibus debe
lem, niſi adſit timor quidam & reverentia. Siquidem au
artibus comparatur, ita malis amittitur, majeſtas quoq
levi momento evaneſcit. Unde M. Cicero apicem ſe
tem eſſe, dicit, quod Poetas movit, ut auctoritatis vel ma
reverentiam tanquam filias, finxerint. Confirmatur
Caroli ſapientis Regis Galliæ. Is enim cum videret totu
perioribus bellis, regnantibus patre Johanne, & avo Phi
& cladibus attritum, inprimis autem Aquitaniam totam
manniæ, & Picardiæ ab Anglis occupatam, eſſetque illi re
omnium, quicunque in Anglia regnarunt, feliciſſimo &
do III. quique paucos ante annos Gallos magnis prælij
Accedebant ad hæc mala, ingentes ſeditionum procellæ c
tetiæ, tum alijs in Galliæ locis, is, inquam, cum videret to
bus regni opes attritas, non ſolum de reſtaurando, ſed c
eo cogitavit, ideo plura conſilio, quam vi gerenda cenſen
hil improvide, nihil niſi conſultum & cogitatum ageba
ducebat, ſed ubi opus eſſet, & belli artium rudis non era
ſtrenuos legere norat. Ergo Rex Eduardus, quum ejus
morum ſuorum aciem retundi, & labefactari victorias ſu
cui rex alius viſus eſt, vel magis armorum inſolens, vel q
laborumque molem ſtrueret? totos dies domi ſedens,
me gravius inermis, armatum literis fatigat, quam pa
ma, copiæque fecerunt. Adeo pollebat prudentia Caro
dem hoſtis tribuere non dubitaret. Quippe non modo il
te prius, ac miſeria perditum, primum pace, deinde larg
vit; verum etiam tam ingentes cumulavit divitias, quas r
non tantum ſapientis cognomen, ſed etiam divitis ferret.
tes requiruntur, in acquirendo & conſervando imperio
ſuos & hoſtes. Cæterum non eſt rarum, quod tam ſæpe
præclaræ, quam victorijs bello partis illæque his non ſol
Lib. 1. Offic. præferuntur. Nam ut ait M. Cicero: Non minorem util
togati præſunt publicè, quam qui bellum gerunt. Itaque
pe, aut ſuſcepta, aut confecta bella ſunt. Et in Catone maj
Græciæ nunquam optat, ut Ajacis ſimiles decem habeat
quod ſi acciderit, non dubitat, quin Troja ſit brevi perit
Ita vitidem Tullius pronunciare:.

Cedant arma togæ: concedat laurea linguæ.

Poſtremo colloquium Cyneæ cum Pyrrho apud Plutarchum eſt memorabile.

CAPUT LI.

De infelici gubernatione & furore imperitæ plebis, & ejus odio erga bonos ac peritos.

PRUDENTER Seneca ſuum Lucilium monet, beatum eum non eſſe, quem VULGUS appellat, ad quem pecunia magna confluxit: ſed illum, cui bonum omne in animo eſt: erectum, & excelſum, & MIRABILIA CALCANTEM, qui neminem videt, cum quo ſe commutatum velit, qui hominem ea ſola parte æſtimat, QVA HOMO EST: Qui natura magiſtra utitur, ad illius leges componitur, ſic vivit, quomodo illi præſcripſit: cui bona ſua nulla vis excutit; qui mala in bonum vertit, certus judicij, inconcuſſus, intrepidus: quem aliqua vis movet, nulla perturbat; quem fortuna, quum in eum, qui habuit telum nocentiſſimum, vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat, &c. Recte ſane, mi Seneca, tanquam vir prudens, & maximarum rerum experientia diuturna præſtans, dixiſti: ſed multo rectius, imò rectiſſimè dixiſſes, ſi Chriſtianis præceptis (ſicut multi putant, te primordia, Paulo Apoſtolo præceptore hauſiſſe) imbutus fuiſſes. Nihil enim nocent homini vere Chriſtiano, & firma conſcientia recte factorum munito, ictus, aculei, obtrectationes inſulſæ & ſtolidæ plebis, & eorum, qui ab ea veluti poplicolæ pendent. Sed pergamus in exemplis Ethnicis, qui ſolum modo ſua integritate & innocentia freti, plebis conatus contemptim deriſerunt. Inter quos fuit Polycletus, qui eodem tempore duo ſimulachra fecit: alterum ad arbitrium plebis; alterum juxta peritiæ artisq; normam: gratificatus vero plebi hoc modo eſt; Ad ſingulorum acceſſum tranſpoſuit & commutavit aliquid, morem gerens uniuscujusque voluntati & dictationi. Itaque propoſuit utrumque, & alterum quidem omnes admirationi, alterum verò ludibrio ac riſui habuerunt. Reſpondens autem Polycletus: At hoc, inquit, quod vituperatis & reprehenditis, vos feciſtis; quod vero ſuſpicitis, ego. Eodem modo Hippomachus tibicen, quum diſcipulus ejus aberraret ab arte inter canendum, & nihilominus plauſum auditorum aſſequeretur, percuſſit eum baculo, dicens: perperam ceciniſti; nam alio qui tibi non applauderent. Huc ſpectant verſus:

Epiſt. 45. Ælian. lib. 14. c. 8.

Bellua multorum capitum cur nominor? atqui
Cordatis nullum credor habere caput.

Pulchra itaque & memorabilis doctrina eſt Divi Baſilij, u
σωφρονοῦντα τὸ πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα
τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου, &c. hoc eſt : N
dum ſapienti, atque illud, ne ad aliorum opinionem vi
pulus probet, circumſpiciat, ſed rectam rationem pc
bernatricem vitæ ſtatuendam eſſe : UT, SIVE OMNI
ADVERSANDUM, SIVE PROPTER HONESTATEM PER
EUNDA, DE RECTA SENTENTIA TE DEPELLI NU
Cap. 41. cent. 2. TIARIS. Experientia ſane demonſtrat, & antea mem
pliis demonſtravimus, quam calamitoſa gubernatio inſti
lus, repudiatis ſalubribus conſilijs, pro ſuo libito admin
Rom. antiquit. l. 2. cam; vel vi, vel dolo ſatagit. Quare prudens eſt mor
dij Sabini, apud Dionyſium Halycarnaſſæum, Rempub
uni homini, dicentis, in quo per quandam proportionem
animus, ſenatum; corpus vero plebem refert. Si igitur
dementem imperare Senatui, ita illos facturos dicebat, u
pori ſubjiciunt, & qui non ex rationis præſcripto, ſed p
vunt. Quod ſi aſſuefecerint plebem, ut patiatur ſe reg
Ita facturos, ut qui animo corpus ſubjiciunt, vitæque ge
ctantur, quod eſt optimum, non autem quod eſt jucundiſſ
ſpectat Maximi Tyrii Philoſophi ſimilitudo : Non vide
gubernator navigationem moderetur, ut animus corpu
impellant, quemadmodum virtutes fortunam? Qui ſi te
manente navi, incolumique gubernatore, ſalutis nunc
ſpes, ſive navis ipſa recto feratur curſu, ſive arte tempeſt
tamen à gubernatore regatur. At ſi gubernatorem ipſum
tilis navis efficietur, etiamſi firmitatem propriam ſerva
ventorum afflatus, etiamſi ſecundus ac proſper fuerit, pr
ri, & navi, & in navigatione pretioſiſſimus eſt gubernator
ſtræ curriculo animus ſupremum ſibi vindicat honorem
In Catone. dum in navi gubernator, &c. Nobilis etiam eſt illa M. T
tore ſententia : Similes, ait, ſunt, ut ſi qui gubernator
agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per fo
ſentinam exhauriant, ille autem clavum teneat, ſedens i
numero autem bonos, & de patria bene meritos viros,
rem imperitæ plebis expertos eſſe, multis hiſtoriis demonſ
ſpiciamus enim Scipiones, Cicerones, Rutilios, Metello
nos, qui rebus præclarè geſtis malam gratiam retulerun
pud Græcos, Hermodoro, Ariſtidi Juſto, Themiſtocli,

quæ accidit, ab Athenienſibus, qui patria pulſi ſunt. Miltiadem vero carceribus, Socratem veneno iidem necarunt. Inprimis autem Phocionis exemplum, cujus antea obiter mentionem fecimus, memorabile dignum eſt, ut prolixius recenſeatur. Quamvis enim non modo Athenienſium, ſed etiam omnium ſuæ ætatis virorum clariſſimus haberetur, & qui quadragies quinquies Athenienſis exercitus Imperator creatus, vitam ſumma integritate atque innocentia, ſine ullo probro tranſegiſſet, nihilominus calumniator quidam de fece plebis auſus eſt ad populum, quem intelligebat Phocioni iratum, rogationem hujusmodi ferre: VELLENT IUBERENT PHOCIONEM AC SOCIOS NECARI. Hanc vocem populus tanto plauſu excepit, ut omnes aſſurgerent, ac manibus elatis cives fortiſſimos ac innocentiſſimos capitis damnarent; nec defuerunt, qui ſertis & corollis redimiti, cum ſervis ac fœminis in comitium profecti ſunt, ut ſententiam capitalem ferrent. Qua re perſpecta, Me quidem à vobis, inquit Phocio, damnari facile patiar; ſed cur iſti? Ad quem populus: Quoniam, reſpondit, tibi ſunt amici; nec prius furor plebis inſanientis conquievit, quam omnes ſine judicio, ſine accuſatione, ſine ulla cauſa necarentur. Nec vero, inquit Bodinus, quum hanc hiſtoriam ex Plutarcho retuliſſet, ſperandum eſt, UT PLEBEM, QUUM BONIS INSULTARE CEPERIT, PUDOR ULLUS A TURPITUDINE, AUT RATIO A FURORE REVOCARE POSSIT. Non deſunt autem plerunque Oratores turbulenti: & Demagogi ſeditioſi, tumultus, bella & diſſenſiones inter optimates & plebem excitantes, nec non & principes ac populum ad vim & cædem, atque arma civilia multis modis inflammantes. Sicut idem Bodinus multa exempla vetera & recentia refert. Inter alia autem Neſtorium introducit, qui coram Imperatore, & tunc in clariſſima Conſtantinopoli luce, auſus eſt ita dicere: Da mihi Cæſar, da, inquit, terram hæreticis vacuam, ego tibi cælum: exſcinde mecum hæreticos, ego te victoriam de Perſis ſpondeo relaturum. Hunc propterea πυρόφορον (Gallice boute feu) appellarunt. Recte itaque ibi ſubjungit Bodinus: Eſt igitur ab eloquentia improborum civium multo magis metuendum, quam à peſte, quam à gladio furentis; ea tamen nihil laudabilius aut admirabilius eſt, ſi quis vir bonus, ad laudem utatur: ut & ſceleratis exitio & innocentibus præſidio, & improbis terrori, & probis ornamento ſit: & ea quæ ibidem ſequuntur. Huc ſpectat monitio Antonij ad Octavium Auguſtum, apud Dionem: Plebs, inquit, ut ex Græcis literis nuper didiciſti, eſt res inſtabilis inſtar marinorum fluctuum, accedentium & recedentium; quemadmodum & in noſtra Republica ſæpe cultores ſuos, plebs in altum ſublatos, dejecit in genua, &c. Falluntur itaque, vel potius admodum decipiuntur, qui

Cap. ſi. contra · *De Republ. l. 6. c. 4.* · *De Republ. prope fin. l. 4.* · *De bello civil. l. 34*

qui præſidia in promiſcua multitudine quærunt : qu
Herodot. Polymnia. neque ſeipſam commode regere poteſt. Quod anim
Lacedæmonius, qui Xerxem bellum Græciæ inferente
Seneca l. 6. de benef. c. 31 ras copias tumentem, monuit ; Multitudinem indige
tuendam eſſe ducenti : non enim vires, ſed pondus hab
RARE, QVICQVID REGI NON POTEST. Et recte q
mus carens certis & ſalutaribus ſapientiæ & prudentiæ p
tos fines ſibi præſcribit, quos non transgredi, & hi
nunquam ſatiari, ſed ſemper nova abſque certo jud
Rom. antiquit. l. 5. Quod Claudius Sabinus apud Dionyſium Halycarna
nimadvertit, dicens : Nequeunt hominum expleri am
etiamſi, quæcunque petierint, conſequantur: ſed contin
tunt, & in infinitum progrediuntur : quod præcipuè
Quæ enim unusquiſque ſolus, aut pudore proprio, a
facere veretur, ea ſi more publico recipiantur, ab eo i
rum exemplo & conſuetudine confirmato facilius &
QVUM IGITUR CUPIDITATES STULTI VUL
PLEBILES ET INFINITÆ, EARUM PRINCIPI
EST, QVAMDIU SUNT ADHUC INFIRMÆ,
QVANDO JAM ITA SUNT CORROBORATÆ
EVELLI NEQUEANT. OMNES ENIM INIQVI
RUNT, SI REBUS SIBI CONCESSIS PRIVENTU
BUS SPERATIS FRUSTRENTUR. Indicavimus p
Cap. 40. Cent. 1. Rom. hiſt. lib. 48. plebs commodè, modum nullum tenere poſſit, ſed pro
modo hos, modo alios pro amicis inimicisve absq; cert
Quamobrem Dio hiſtoricus conqueritur, quum Octav
pidus triumviratum conſtituerent, & alter in alterius gr
deliter in proſcriptos ſæviret ; Adeo, inquit, in ſeditio
præter rationem eveniunt, ubi non jure, ſed utilitate ſua
inimicosque ſuos, ij qui rerum potiuntur, æſtimant, a
temporis, eoſdem & hoſtes & neceſſarios ſuos judicant.
inſuper ibidem monuimus, quando vulgus & plebs rel
tionis prætextu commovetur, eam vel multo atrocius fu
eorum mentes ſolere, adductis, non vulgaribus doctrin
etiam reſpexit lex Numæ Pompilij II. Regis Romanoru
ligionibus & ceremoniis feroces animos vulgi & hom
dos, alioquin non poſſe eos in officio retineri, niſi Deo
Livius dicit : Præſtat eſſe ſuperſtitiones & pravas religio

nullas. Exemplum memorabile hac de re nobis tradidit Tacitus, ubi diſertâ oratione ſeditionem legionum Pannonicarum deſcribens, eam religione quadam, ex defectu Lunæ ſepitam expreſſit. Noctem minacem, inquit, & in ſcelus erupturam fors lenivit. Nam luna clariore pene cœlo viſa langueſcere. Id miles rationis ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris adſimulans, propereque ceſſura quæ peragerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris ſono, tubarum, cornuumque concentu, ſtrepere, prout ſplendidior, obſcuriorve, lætari, aut mœrere, & poſtquam ortæ nubes offecere viſui, creditumque, conditam tenebris, ut ſunt mobiles, ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes, ſibi æternum laborem portendi, ſua facinora adverſari Deos lamentantur. Utendum inclinatione ea Cæſar, & quæ caſus obtulerat, in ſapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet, &c. Cæterum licet cædes & deprædatio Judæorum Olyſipponenſium, cujus ex Oſorio integram hiſtoriam recenſuimus, ex negatione imaginativi ſplendoris, emicantis è vulnere ſtatuæ, nata, ingens & deploranda fuerit: tamen eandem, ſi non majorem cladem & ſævitiam, eadem excæcata gens, experta fuit in Anglia, præſertim Eboraci, anno cIↃ.C. ab irritata multitudine, quam prolixè deſcribit Gulielmus Neubrigenſis, ad quem lectorem remitto. Ad ſplendorem autem emicantem ex vulnere ſtatuæ, coopertæ operculo vitreo, quod attinet, is vel ratione naturali, extrorſus radios, vel à cereis incenſis, vel aliunde immiſſos, vel etiam arte fieri potuit. Non raro enim reperti ſunt impoſtores, qui ab imaginibus ſeu ſimulachris igneis, vel æreis, quibusdam doloſis machinationibus, vel lachrymas, vel ſudorem, ſanguineum liquorem, aliud quidpiam admirandum, quod vulgi oculos & mentes præſtringeret, excuterent, & ita rudi populo imponerent. Extat hac de re hiſtoria, quid patrum noſtrorum memoria Bernæ, impoſtura Dominicanorum acciderit; qui magicis ſuis ludibriis ſtatuas lachrymantes effecerunt, & alia mira perpetrarunt, ideoque etiam pœnas meritis dederunt. Sic olim quoque ſolebant idolorum gentilium ſacerdotes ſæpe ſuis technis homines decipere; quemadmodum apparuit in ſtatuis Alexandrinis, à Chriſtianis dejectis. Quum enim everterent templum Serapidis, omnia ſimulachra inventa ſunt, ſive lignea, ſive ærea, ita elaborata, ut cava pars, & terga templorum parietibus adaptarentur, occultis quibusdam meatibus, in muro relictis, per quos deinde, per alia quædam area adyta, in ſimulachrorum cavum ſubibant, & inde, quæ viſa eis fuiſſent, reſponſa dabant. Neronem præterea templum diruiſſe, ejusque ſacerdotes necaſſe, ob ſimiles detectas impoſturas, ſcribit Dio. Tyranni porro ſacrificuli Saturni, ex Euſebio & aliis, impoſtura notoria eſt, qui per

Annal. lib. I.

Rerum Angl. ar. lib. 4. c. 1. & 8. cum ſequentib.

Digitized by Google

ſtatuam æneam concavam matronas ad Saturni idolum,
exciperet, allicere ſolitus fuit, donec ſubterraneis commeatib
leribus detectis, pœnas meritas daret. Detexit & Daniel
ditum introitum, quem fecerant ſacerdotes Beli, ſub me
quam proponi faciebant a Rege ſingulis diebus eſcas & vin
Belum devorare. Hoc templum Beli, jubente Rege Perſ
men omittitur) ob impoſturas detectas deſtructum eſſe, n
De exped. Alex. lib. 3. ex ſacris literis, ſed etiam ex Arriano videtur probari poſſe
xandrum Babylone ingreſſum, templa quæ Xerxes ſubve
Babylonis juſſiſſe, & in his templum Beli, quem præcipuè
colunt. Etſi enim ante Xerxem, filium Darii, tempore C
facta fuerit, tamen facilis error in nomine committi ab Arr
Xerxis, & Artaxerxis, quod ſignificat Bellatorem, vel mag
commune nomen Regum Perſarum fuerit, ſicut Pharaoni
piorum. Ut autem materiam cœptam morali doctrina mo
dam, ſequentia ex ſapientiſſimorum virorum ſcriptis hau
denuò cenſui: Et primo quidem Cleanthis verſus, relato
Lib. 5. Stromat. xandrino, quos ita Latinos fecit Joachimus Camerarius p
memoriæ:

Si ſapientiam amas, tibi ne ſit opinio vulgi
Ante oculos populi neq; ſit ſententia cura,
Vana pudore vacans, temeraria: nam neq; prudens
Nec juſtum eſt confuſæ hominum turbæ, nec honeſtum
Iudicium, invenies q; bonum hoc contingere paucis.

Verſus Græcos ſi quis deſideret, ſunt ejuſmodi:

μὴ πρὸς δόξαν ὅρα θέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι,
μηδὲ φοβοῦ πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν,
οὔτε καλὴν ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.

Quorum & aliam verſionem adſcribere placet, confectam
Academiæ quondam Altorfinæ Profeſſore eruditiſſimo: q

Si cordi eſt verum placitis ne ducere vulgi,
Rara fere in vulgo ſapiens, bona ſobria mens eſt,
Juſtaque. Rari autem quibus hæc laus convenit. Erg
Turba hominum quo ſtulta vocat, properare caveto.

Epidorp. l. 2. Eodem modo Julius Scaliger eos, qui à vulgi opinione
hoc epigrammate depingit:

Qui pendet ab errore & opinione vulgi,
Pendet magis, atque arbore qui pendet ab alta.
Nam quod ſemel evenit, & abiit, id nocet nil:
At quod dubiis articulis ſtat, inſtat, urget,
Vaneſcit, adeſt, eſſe malum id putabo ſolum.

Poëta quoque Hetruſcus Petrarcha eadem monet:

Mentre al vulgo dietro vai,
Et la ſua opinione cieca è dura,
Eſſer felice non potrai giamai.

Idem innuebat Pythagoras, quum inter ſua ſymbola hoc poneret: λεωφόρους ὁδοὺς μὴ στείχειν, hoc eſt, Popularibus viis ne incedito. Quod ita exponit Athenæus: γνώμῃ πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν (εἰκῇ γὰρ ἕκαστος, ὅ, τι ἂν δόξῃ, ἀποκρίνεται) τὴν δ' εὐθεῖαν ἄγειν ἡγεμόνι χρώμενον τῷ νῷ: Multitudinis ſententiam ne ſecteris (nam unusquisque temere, ut fors tulit, & prout ſibi viſum fuerit, reſpondet ac ſtatuit) ſed potius rectam inſiſtas viam, mente uſus gubernatrice.

Caput LII.

Plebejos & ex humili genere ortos, ſi ad dignitates & honores pervenerint, immemores ſuæ ſortis, plerumque ambitione inſolenter ſe efferre, aliosque deprimere conari, & de funeſto fine eorum.

Valerius Maximus acriter invehitur in quendam, quem tamen non nominat, ſed paulo poſt ejus nomen audiemus. At quid, inquit, ego iſta conſector, aut quid iis immoror, quum unius patricidii cogitatione cuncta ſcelera ſuperata cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis, quam valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extincta, genus humanum cruentis in tenebris ſepelire conatum, profundo execrationis debitæ, ſatis efficacibus verbis adegerit? Tu videlicet efferatæ barbarici immanitate truculentior, habenas Roman. Imperii, quas princeps parensque noſter ſalutari dextera continet, capere potuiſti? aut te compote furoris, in ſuo ſtatu mundus manſiſſet? Urbem à Gallis captam, & recentium inclytæ gentis virorum ſtragem fœdatam Allienſem diem, & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, Thraſimenum lacum, & Cannas, bellorumque civilium domeſtico *In lib. 9. cap. 11.*

ſanguine madentem Æmathiam amentibus propoſitis ſu tare & vincere voluiſti. Sed vigilârunt oculi Deorum, rem ſuum obtinuerunt, &c. Et paulo poſt: Qui autem tiæ fœderibus tentavit ſubvertere, omni cum ſtirpe ſu dibus obtritus, etiam apud inferos, ſi tamen illùc recep tur, ſupplicia pendit, &c. Fateor me hanc Valerii Ma crem & aculeatam ſæpius legiſſe, ſed certo intelligere quem directa fuerit, licet commentatores quisque pr verſa adduxerint. Verum dum diligentius de explica gito, & inquiro, mihi Stephani Pighii ſententia verita Ille enim ita eum de Valerio loquens explicat: Omn populi Romani clades bello acceptas enumerat, quas tione Sejanum repræſentaſſe, atque viciſſe dicit. Ve dioſo ſcopum hujus exempli clarius aperiam, quem m mentatores video: Cognoſcimus ex hiſtoria, Valeri ctivæ ſuæ mucronem ſtringere adverſus L. Ælium Sejan ſari prius familiaritate conjunctiſſimum, ſed poſtea micum factum. Hunc principis amicitia illuſtrem ſummos honores evexerat, adeo ut ejus natalis publice braretur, ſtatuæ omnis generis, atque etiam aureæ, ponerentur, colerentur, utque tandem apud Senatum lum majore in authoritate, quam ipſe Tiberius eſſet. tatum jamque metuendum, aſtu ac dolo ſubvertit. Spe que tribunitiæ poteſtatis objecta, deceptum, nihilq; ſini bito aggreſſus, velut res novas adverſus Rempub. atque ga & crimminoſa epiſtola è Capreis (ubi tum manebat Ti ſcripta infenſiſſime accuſavit. Sejanus mox ab omnibus tus in carcerem raptus, cum omni ſtirpe & familia occ triduo publice ludibrio habita, demum in Tiberim pr ba inquiſitio, contra ejus familiares & amicos inſtituta. diu ante conſulis, tanquam populi Romani hoſtis, è tis publicis eraſum, ſtatuæ paſſim dejectæ atque conflat decreto abolita eſt. Atque hoc ipſum in cauſa eſt, quo nominet, licet acerbè in ipſum, Tiberio placere cupien que etiam non velut civem inter domeſtica ſceleſtorum hoſtem inter peregrinos & externos extremo loco collo iam animadvertere eſt, eodem anno, quo Sejanus occi librum nonum conſcripſiſſe, &c. De calamitate hujus Ex caſu Sejani intelligi poteſt imbecillitas rerum humana

nec nos unquam extolli oportere. Nam quem omnes mane, ut potiorem ſe comitati in ſenatum fuerant, etiam paulo poſt in carcerem trahebant, ut abjectum & nefarium hominem: Et cui coronam paulo ante dederant, eundem poſtea vinculis conſtringebant: Quemque antea ſatellites ſtipabant, ut Dominum; eum deinde, ut fugitivum, cuſtodiebant. Hæc tam prolixè ideo referre volui, ut non modo cognoſcatur, quam lubrica & fluxa fortuna ſit eorum, qui in aulis ex inferioribus ad ſummos gradus, ambitioſis artibus, pervenire conantur (licet Sejanus ex equeſtri familia genus ſuum duxerit) & quibus calamitatibus, ex ſuſpicione principis, expoſiti ſint, ſed etiam ut locus Valerii hactenus obſcurus, dilucidior & explicatior fieret. Sed in noſtra cœpta materia pergamus. Allegavimus antea obiter inter alia Majonis exemplum, qui cum ob inſolentiam intolerabilem ad Regnum Siciliæ aſpirare cœpiſſet, à Matthæo Bonello occiſus eſt. Fuit is, ſicut Thomas Fazellus prolixe deſcribit, natione Apulus, patria Barenſis, humili ortus genere, quippe cujus pater oleum Bari vendere ſolitus fuit. Hunc ex tenui fortuna Gulielmus, (fuit is primus hujus nominis rex Siciliæ, & ob crudelitatem & avaritiam Malus appellatus) primo in curia poſtmodum gradatim Cancellarium, ac demum magnum regni Admiratum inſtituit, & ad opes maximas provectum, longè ſupra cæteros regni proceres amore proſequebatur. Quibus hic opus licentiaque abutens, nihil crudelitatis, nihil violentiæ, ut aliquid ageret, prætermittebat. Ingenium illi ad omne verſatile, cui facundia non diſpar, atque ſimulandi & diſſimulandi quæcunque vellet, facilitas inerat: In Venerem præceps, ſtupro virgines fœdare, laudi ſibi ducebat tantoque ſe clariorem exiſtimabat, quanto ſplendidiores concubitus quacunque ratione aſſequi potuiſſet. Is itaque cum jam totius regni adminiſtrationem haberet, Regemque (cum quo ſolus regni negocia, cæteris proceribus excluſis tractabat) quo vellet attrahere poſſe confideret, in regnandi cupiditatem prolapſus, &c. Quinimo ad confirmandam ſuam authoritatem, Matthæum Bonellum genere Siculum, nobilitate inſignem, multorum oppidorum Dominum, affinitate cum pluribus Calabriæ proceribus conjunctum, integræ apud omnes opinionis, malitia ſtrenuum, in generum delegerat. Qui tamen paulò poſt ob humilitatem generis à nuptiis cœpit abhorrere, & ut dixi, gener ſocerum, ob affectatum regnum, occidit. Approbante id primo Rege, ſed poſtea Bonellus, falſis delationibus Eunuchorum oppreſſus, effoſſis prius oculis, nervisque ſuper talum inciſis, in perpetuum carcerem detruſus eſt. De hoc Majone, Johann. Michael Brutus, ita judicat; uni homini improbiſſimo, & malis artibus conciliato, quum quidem diſſimulantem Imperii cupiditatem, obſequio & aſſentatione pernicioſa ſemel animo victo,

Cap. 9. Cent. 1.

De reb. Sic. l. 7. c. 4.

De inſtaur. Italia l. 2.

agnoſcere haud facile poſſet, poteſtatem omnem Imperi
ſtate (Gulielmum Regem innuens) turpi otio atque igna
gno ſui ac totius Regni diſcrimine permiſit. Erat is Maj
mili admodum fortuna, quum pater Barii taberna olei inſ
ſordidiſſimum feciſſet; per Regis gratiam, ærario primum a
giæ claſſi præfectus. Qui quidem honos elato homini ſ
tate, eos ſpiritus & fiduciam attulit, ut de medio ſublatis
cupiditati impedimento eſſe, per privatam potentiam vide
ſibi multitudine largitionibus conciliandâ, partim ſupplic
tate principibus deterrendis, jam de invadenda tyrannide,
endo Rege conſilia agitare ſpe animiſque inflatus inſtitue
dicitur hominis amentia erupiſſe, ut cum jam id minim
præ ſe ferret, & mentionem facere cum amicis de Regn
rogando, & tueri exemplo etiam ambitionem cupiditate
tam ſit auſus: quum Gallorum regnum memoria majorum,
equitum, Regibus luxu atque otio perditis adminiſtraret
Pontifice Pipinum Caroli Martelli filium, privato Chilpe
tate (quod Genti Gallorum fauſtum felixque fuit) ad Re
Atque cum hos inter amicos ſermones ſerebat, tum ab i
tam juriſjurandi religionem, fidem accipiebat, ſocios futu
a malo vindicandum, ubicunque gerendæ rei occaſio atqu
adeſſet, quæ viris fortibus minime diu videretur defutura.
Lib. II. quuntur. Similis hiſtoria de Cleandro extat, apud Herod
quidam Phryx genere, ex ea nota hominum, qui publicè
veneunt. Hic cum in domum Imperatoriam ſervitio eſſet
ipſo Commodo accreviſſet, eo ſcilicet honoris atque auth
ctus eſt, ut & corporis cuſtodiam, & cubiculi curam, præter
fecturam, ſolus obtineret. Cæterum divitiæ & luxus, eti
perii ſpem inflabant. Quocirca grandi coacta pecunia,
menti coemit. Id autem occluſum habebat, ſperans ſibi R
exercitus voluntates adjuncturum, ſi prius rerum neceſſa
laborantes magnis repente largitionibus demereretur.
ſium maximum ædificaverat, publicatis etiam balneis, ut eo
ineſcaret. At Romani infenſi jam pridem, ac totius ca
tiæ in eum conferentes, ſimul peroſi hominem, divitiis inex
quidem confertim per theatra identidem traducebant;
in ſuburbanis Commodo, repente univerſi magnis clamor
rerunt, Cleandrum ad necem depoſcentes. Recenſet dein
quomodo is ſe diu authoritate Imperatoris, inſcii ejus ſceler

quitibus principis, tutatus, & bellum cum populo in urbe, & militibus ſtationariis geſſerit, donec Fadilla maxima ſoror Commodi, quum alioquin nemini Cæſari in alto ſeceſſu ſuburbani, voluptatibus indulgenti, metu Cleandri acceſſus pateret, inſidias & bellum civile fratri detexit. Qui cognita perfidia Cleandri, ei caput amputari, contoque præfixum, circumferri, voluptuoſum ſcilicet atque optatum populo ſpectaculum præbiturus, juſſit. Ita id malum ſedatum, atque utrinque dimicatio dirempta. Hunc finem paulo ante Perennis, cui Commodus curam totius Imperii demandarat, ob inexhauſtam divitiarum ſitim, intolerabilem ſuperbiam, libidinem imperandi, & alia vitia, ſortitus. Juſſu enim Commodi una cum filio interfectus eſt. Huc referenda eſt recens hiſtoria, eleganter deſcripta à Georgio Buchanano, Davidis Rizii: Is erat inter aulica miniſteria, Reginæ Scotiæ, (de qua poſtea in Anglia ſupplicium ſumptum eſt) Auguſtæ Taurinorum natus, è patre homine probo, ſed pauperculo; ut qui elementa Muſices docendo, ægre ſe & familiam ſuſtentaret. Hic cum nullum, quod ſuis patrimonium relinqueret, haberet, liberos utriusque ſexus pſallere docuit. Ex iis quum David in adoleſcentiæ vigore conſtitutus, & non inamœna voce præditus, & à patre in muſicis inſtitutus eſſet, in ſpem fortunæ liberalioris erectus, Niceam in aulam Ducis Sabaudiæ, nuper in ſuam ditionem reſtituti, profectus eſt: ſed ibi non pro ſpe acceptus, cum omnium rerum egenus, omnia circumſpiceret, tandem in Morrettium incidit, jam tum, Ducis miſſu, iter in Scotiam adornantem. Hunc cum ſecutus eo veniſſet, nec Morrettius, homo non admodum copioſus, operam ejus, aut neceſſariam, aut utilem ſibi exiſtimaret, ibi ſubſiſtere paulum & fortunam denuo experiri, decrevit; eo maximè adductus, quod regina diceretur cantionibus valde oblectari, nec ipſa Muſices omnino imperita eſſet; Igitur, ut primum ſibi aditum ad eam patefaceret, egit cum cantoribus, quorum pleri que Galli erant, ut inter eos appareret: ſemel atque iterum auditus placuit, ſtatim in eorum collegium adſcriptus eſt: Ibi brevi cum Reginæ ſenſum atque mores intellexiſſet, partim adulando, partim alios miniſtros calumniando, perfecit, ut non minore eſſet apud Reginam gratia, quam apud cæteros eſſet odio. Neque tamen hoc fortunæ blandientis favore contentus, quum æquales omnes partim viliores feciſſet, partim variis criminationibus expuliſſet, paulatim aſſurgere, & majora negotia tractare cœpit: donec ab Epiſtolis aſſumptus eſſet: & hoc prætextu, ſecretius, & ſeorſim à vulgo, agere cum Regina poſſet. Jam ſermonibus materiam dabat repentinus hominis, tantum non mendici, ad opes non mediocres progreſſus, & ſupra virtutem, fortuna, ſupra fortunam, arrogantia, & æqualium contemtus, & cum ſuperioribus, æmulatio. Alebat

Rer. Scot. l. 17.

Digitized by Google

bat hanc vaniſſimi hominis inſaniam, magnæ partis nob
qui amicitiam ejus captabant, ſalutando, orationi ejus ſu
bus obambulando, exitus reditusque ejus obſervando, &
tem, quum Buchananus prolixè vitam & inſolentiam h
cenſuiſſet, inquit, Eo perventum eſt, ut ille, cum uno at
dianus Reginæ convictor eſſet. Ut autem loci anguſti
parte minueret invidiam, nonnunquam in cellula exigu
ipſum Davidem epulæ apparabantur. Sed hæc invidiæ
dia infamiam augebant, ſuſpiciones alebant, & ſiniſtris ſ
riam ſuppeditabant. Acceſſit ad hominum jam in peju
tationes inflammandas, quod ſuppellectili, cultu corpori
nere, & numero, longe Regem ſuperabat: quæ res eo vi
quod non faciem honeſtabat, ſed facies cultum deſtrueb
na, cum naturæ vitia non poſſet emendare, divitiis & ho
dis, in ſupremum ordinem eum nititur protrahere, ut n
tem, & corporis vitia, fortuitæ claritatis obtentu tegat, &
tem is tandem in tam intrinſecam familiaritatem cum
cum ea in cubiculum ingreſſus, ad quod rex clavem ſe
bebat, isque oſtiolum interius oppeſſulatum, inveniret
reſponderet. Hanc rem cum rex ingentem iram animo
miliaribus fidelioribus, de tollendo Rizio, quo ſalvo, neq
neque nobilitas incolumitatem tueri poſſet, deliberare co
poſt David in cellula anguſta, una cum Regina & aliis pa
ge, introductis familiaribus, ab iisque extractus multis
ſus eſt. Itaque addit Buchananus, præter omnium qui in c
raverant, voluntatem, qui eum publice ſtrangulandum
gratiſſimum fore ſciebant, id ſpectaculum præbere deſtin
fama eſt, cum à Joanne Damiæta Gallo ſacrificulo, qu
imperitus vulgo habebatur, non ſemel admonitum, ut
transferret, & potentiorum odio, cui par non eſſet, ſe ſubt
dit: Scotos magis minaces, quam pugnaces eſſe; Ite
ante cædem diebus admonitus, ut à notho ſibi caver
ſe vivo, in Scotia eam potentiam non habiturum, ut ſ
reſpondit; à Moravio enim periculum ſibi denunci
rum dictione illa ſive expleta, ſive eluſa, primum ei vul
glaſſio, Comitis Anguſiæ notho, fuit illatum, &c. Ve
tia, Dedecus & detrimentum eſſe comites, & veluti p
biæ & inſolentiæ. Pie ſane in ſacris literis monemur.
lime in oculis hominum, eſſe abominationem coram

Digitized by Google

lomonem, omne elatum vel ſuperbum cor humiliabitur. Unde concludit Melanchthon: Omnes ſuperbos eſſe fatuos, & omnes fatuos eſſe ſuperbos: ſi vis, pergit ibi, irritare fatuum, dicatur tantum aliquid contra ejus opinionem, quam habet de ſe, quia naturales fatui habent opiniones ſe eſſe tales, & tales. Iſta quando rejiciuntur, tum iraſcuntur. Cæterum experientia teſtatur, plerunque eos qui ex opificum progenie & ſordida plebe, (licet nonnulli, ſed raro, ex iis multis virtutibus claruerunt, ſicut ex ſequenti capite apparebit) emergunt, atque ad dignitates altiores, vel ingenio ſuo, vel alia ſolertia aſcendunt, multo inſolentiores, & propemodum intolerabiliores, magna cum jactura Reipubl. eſſe ſolere, quam qui nobili, veteri & celebri ſtirpe geniti ſunt: Ita ut veterum ille recte dixerit: Bajuli imperant, & mali ſunt, ſuperiores bonis: metuo ne navem fluctus opprimat. Inprimis autem obſervatum eſt illos plebejos, veluti terræ filios, aliis bono & claro genere natis, invidia, & obtrectatione, vel aperta, vel clandeſtina, maxime infeſtos eſſe, ſuaque dona, quibus excellunt, omni conatu adhibere, ad eos deprimendos, & emergendi, ex deſpicientia aliorum gloriam quærere. Non ſecus ac rubecula prima in cubiculum vel caveam immiſſa, in reliquas poſteriores, ſui generis aviculas, ex præſumpta prioritate, criſtas erigendo, tantam arrogantiam ſumit, ut iis, absque ſpe reconciliationis, perpetuam litem moveat, atque illas continuo abigere, & excellere cupiat. Illis autem inſolentibus, qui ſe ipſos magnifaciendo, & exaltando, reliquis excellere ſatagunt, evenire ſolet, ſicut Proverbium Italicum innuit, ſumpta ſimilitudine à ſimiis. Le ſcimie, inquit, quanto più s' inalzano, tantò più ſcuoprono le loro vergogne. Id ſane paulo ante hoc capite hiſtoriis egregiis veteribus & recentibus probavimus, & aliis quoque pluribus clarius explicari poſſet. Rationem vero hanc reddit Claudianus:

Proverb. 16.
In explic. Dominica 11. poſt Trinit.
Lib. 1. in Eutrop.

Aſperius nihil eſt humili quum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſævit in omnes,
Vt ſe poſſe putet; nec bellua tetrior ulla eſt,
Quam ſervi rabies. in libera colla furentis.

Idipſum obſervavit Sext. Aurelius Victor, ubi ita dicit: Quibus rebus, quantum ingenium eſt, compertum habeo, humilimos quosque maxime ubi alta acceſſerunt, ſuperbia atque ambitione immodicos eſſe. Poſtremo hoc caput paucis elegantiſſimis verſibus concludam:

De Cæſarib. part. 2.
Mantuan.

Scilicet omne Deo contranitente ſuperbum
Evaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquæ fluctus, mox vertice preſſo
Decidit, & ſpumas alto demergit in amne,

Digitized by Google

Atque humiles inter ſine nomine præterit undas.

Et in triumpho humilitatis contra ſuperbiam, illa introducitur exprobrans

Prudentius. victæ inſolentiam ſuam:

Deſine grande loqui: frangit Deus omne ſuperbum:
Magna cadunt: inflata crepant: tumefacta premuntur.

Caput LIII.

Imperatores, Reges, & Principes viros, peculiaria ſigna commonefactoria mortis futuræ contra faſtum & ſuperbiam habuiſſe.

Cap. 12. IN priore Centuria inter alia exempla, quibus Imperatores & Reges in ingreſſu regni moneri voluerunt, majeſtatem & dignitatem ſuam, fluxam & non diuturnam, introduximus morem vetuſtum Imperatorum Græcorum, ex Iſidoro, quibus eo die, quo coronam acciperent, ſedentibus in regio throno, Cæmentarius aliquot lapidum genera proponere ſolebat, ut deligeret unum ex his, ex quo ſibi tumulum fabricari vellet; verbis autem, ſicut ex Græco tranſlata ſunt, talibus uſus fuit:

Elige ab his ſaxis, ex quo Auguſtiſſime Cæſar,
Ipſe tibi tumulum me fabricare velis.

Introduximus quoque Saladinum Ægypti, Syriæque Sultanum, qui prohibita omni pompa, tantum atri coloris obſoletam tunicam funeri præferri in lancea, & una ſepeliri voluit, quaſi nihil prætereà ſecum ex hac vita in tumulum auferret. Celebratur autem non ſolum hic Saladinus, ut ſummus vir, animi magnitudine & prudentia, ſed aliis virtutibus, atq; adeo humanitate præditus. Inter res alias geſtas ejus non poſtrema fuit recepta Hieroſolyma: Fuit enim cupidiſſimus Imperii dilatandi, & glorioſum nomen ſibi acquirendi. *Rer. Angl. lib. 5. c. 12.* Recenſetur autem à Gulielmo Neubrigenſi, quo pacto ex uſu vini immodico, duos monachos ordinis Ciſtercienſis, convincere conatus fuerit, legem Mahumetanam eſſe præſtantiorem Chriſtiana. Eo intento, videlicet, mortis in memoriam revocandæ, apud Abyſſinos Æthiopes Chriſtianos, perpetua obſervantia receptum eſt, ut Principi vel Regi ipſorum, quoties iter illi faciendum eſt, vel in publicum procedit, præferri ſoleat imago crucis, & vas aureum, terra plenum. Hac ut commonefiat fidei Chriſtianæ, & trophæi ſalutis; Illa caducæ & mortalis ſortis, cui tanquam homo ſubjectus eſt, utque habeat

ſemper

ſemper ante oculos, vitæ mortiſq; memoriam & harum recordatione, faſtum, ſuperbiam, & alios vitioſos animi impetus frenare, & compeſcere diſcat.

Idipſum deſignare voluit Calipha in urbe Bagdad, ſicut Benjamin Tudelenſis ſcribit. Is enim, quum in feſto illorum, quod Romada dicitur, ſe conſpiciendum populo, qui ex variis, & remotis regionibus ad illud feſtum, ipſius faciei videndæ cauſa, concurrebat, præbebat, & mula, regiis veſtimentis ex auro & argento contextis, indutus vehebatur, caput Cidari ornatus, incomparabilis precii gemmis ſplendenti: Super Cidarim vero nigrum ſudarium geſtabat, quo geſtamine ſeculi hujus verecundiam profitebatur, ac ſi diceret: Hanc maximam quam conſpicitis, amplitudinem, tenebræ obſcurabunt in die mortis. Et rectè quidem, nam quid aliud deſignat pictura mortis coronatæ, quam Paradinus inter ſua ſymbola heroica, cum hac inſcriptione retulit: VICTORIA LIMES. Interrogatus, inquit ibi, ab Adriano Cæſare Epictetus Philoſophus, quam ob cauſam, mortui coronis inſignirentur, reſpondit, ut ſic indicarent, quod labores & ærumnas, ſeu moleſtiarum immenſum pondus hujus vitæ, morte ſuperaſſent. Ejus quoque coronationis mentionem facit Plinius, eamque mortuis admodum competere teſtatur: ſicut & S. Chryſoſt. Quomodo a. hæ & ſimiles commonefactiones, Chriſtiani, ſoliciti de ſua ſalute rectè intelligere & applicare debeant, pii viri hanc ſalutarem doctrinam præſcribunt. Nec ſine ratione inquiunt, illi, qui natales ſuorum, mœrore ac lacrymis, funera ſolenni gaudio, proſequebantur, ſed id faciebant, ſine profectu, quia rectæ fidei doctrina orbati, non videbant, quomodo piis in bonum cedat, quod per ſe nec beatum, nec deſiderabile eſt, itaque judicium ſuum deſperatione terminabant. Hic ergo ſit ſcopus fidelium, in æſtimanda mortali vita, ut dum intelligunt, nihil per ſe, niſi miſeriam eſſe, eo alacriores, & magis expediti, totos ſe ad futuræ illius & æternæ meditationem conferant. Ubi ad eam comparationem ventum eſt, tum vero illa non modo ſecurè negligi poteſt, ſed præ hac penitus contemnenda, ac faſtidienda. Nam ſi cœlum patria eſt, quid aliud terra, quam exilium? ſi migratio è mundo eſt in vitam ingreſſus, quid aliud mundus, quam ſepulchrum? in ipſo manere quid aliud, quam in morte demerſum eſſe? ſi liberari à corpore eſt, aſſeri in ſolidam libertatem, quid aliud eſt corpus, quam carcer? Si Dei præſentia frui, ſupremæ felicitatis ſumma eſt, nonne ea carere miſerum? Ergo ſi cum cœleſti terrena vita comparetur, non dubium quin facile & contemnenda & proculcanda ſit, &c. Mirum itaque non fuit, Ethnicos, qui nullam ſpem, vel conſolationem certam, melioris vitæ, in tantis & innumeris humanæ ſortis miſeriis & calamitatibus habuere, earum accuratiore cogitatione pertæſos, deſperabundos ſibi ipſis, nonnunquam manus intuliſſe. Quod Ptolomæū Regem Ægyptiorum movit, ut Hegeſiæ Philoſopho Cyrenaico, interdixerit, ne poſthac publicè de miſeria

In ſuo itinerario.

Digitized by Google

Valer Max. l.8.c.9. ſeria hujus vitæ diceret. Is enim tanta valebat eloquentia, ut quum ſæpius mala hujus vitæ miſerrimæ, docendo, vel declarando repræſentaret, miſeranda imagine inſerta pectoribus, multis voluntariæ mortis oppetendæ libidinem ingeneraret. Confidentiori ſanè animo fuit Seneca, ſive futuræ reſurrectionis, ſive tantum immortalitatis animæ certus, ſive etiam Chriſtianorum doctrinæ guſtu aliquo, Paulo Apoſtolo auctore (quemadmodum nonnulli autumant) imbutus. Ita enim inter alia diſputat: *Epiſt.107. ad Lucil.* Imperetur æquitas animæ, & ſine querela mortalitatis tributa pendamus. Hyems frigora adducit; algendum eſt: æſtas calores refert; æſtuandum eſt; intemperies cœli valetudinem tentat: ægrotandum eſt. Et fera loco nobis occurret, & homo perniciosior omnibus feris. Alium aqua, alium ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non poſſumus: Id poſſumus, magnum ſumere animum, & viro bono dignũ, quo fortuita fortiter patiamur, & naturæ conſentiamus. Natura autem hoc quod vides, regnum mutationibus temperat. Nubilo, ſerena ſuccedunt, turbantur maria quum quieverunt. Flant invicem venti. Noctem dies ſequitur, pars cœli conſurgit, pars mergitur. Contrariis rebus æternitas conſtat. Ad hanc legem animus noſter aptandus eſt, hanc ſequatur, huic pareat; & quæcunque fiunt, debuiſſe fieri putet, nec velit objurgare naturam: optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum, quo auctore omnia proveniunt, ſine murmuratione comitari. Malus miles eſt qui Imperatorem gemens ſequitur. Is paulo poſt, ſecutus Ciceronis exemplum ita precatur:

Duc me parens, celſique dominator poli,
Quocunque placuit: nulla parenti mora eſt:
Aſſum impiger, fac nolle: comitabor gemens:
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt:
Malusq; patiar, quod pati licuit bono.

Lib.5.c.10. Ethnicis ſanè & gentilibus cordatioribus, & prudentioribus, minimè ignotum fuit, mortem omnibus hominibus, quamprimum naſcuntur, imminere: unde MORTALES dicti ſunt; Imprimis vero Valerius Maximus, memorabile exemplum recenſet de Anaxagora. Is enim audita morte filii, Nihil, inquit mihi inexpectatum, aut novum nuncias: ego enim illum ex me natum ſciebam mortalem. Has voces, (pergit ille) utiliſſimis præceptis imbuta virtus mittit: quas ſi quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit, ita liberos eſſe procreandos, ut meminerit, his à rerum natura & accipiendi ſpiritus, & reddendi, eodem momento temporis Legem dici: atque ut mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem poſſe, qui non *In dedi.templi homil.5.* ſit moriturus. Hæc omnia paulo altius D. Bernhardus ad regulam Chriſtianam

nam examinat & perpendit, dum ita monet, Dei beneficio nonnunquam de anima cogitans, videor mihi in ea veluti duo quædam contraria invenire. Si ipſam, prout in ſe eſt, & ex ſe intueor, de ea nihil verius dicere poſſum, quam ad nihilum eſſe redactam. Quid modo neceſſe eſt, ſingulas ejus miſerias numerare, quam ſit onerata peccatis, offuſa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiſcentiis, obnoxia paſſionibus, impleta illuſionibus, prona ſemper ad malum, in vitium omne proclivis, poſtremo ignominiæ & confuſionibus plena. Nimirum ſi ipſæ quoque juſtitiæ omnes, ad lumen veritatis inſpectæ, veluti pannus menſtruatæ, inveniuntur, injuſtitiæ deinceps quales reputabuntur? Si lumen quod eſt in nobis, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Quid igitur? ſine dubio vanitati ſimilis factus eſt homo; in nihilum redactus eſt homo; nihil eſt homo. Quomodo tamen penitus nihil eſt, quem magni facit Deus? quomodo nihil, erga quem appoſitum eſt cor divinum? &c. Merito igitur illi, qui ob dona, illis divinitus conceſſa, elatis ſuperciliis ſuperbiunt, alioſque contemnunt, & ſi poſſunt, fraude, dolo, & calumniis ſupplantant, non audiendi, imo deridendi ſunt. Si enim illa inſolentia in iis qui genere & opibus excellunt, rectè reprehenditur: certè multo magis eos, qui ex ſordida plebe emergunt, & autoritatem atque opes aliquas, per faſque nefaſque ſibi acquirunt, vel potius corradunt, exoſos & ridiculos efficit. Quid enim? alii præſtant acumine, alii judicio ſuperant, aliis mens agilior eſt, ad hanc vel illam artem diſcendam. In hac varietate gratiam ſuam nobis commendat Deus, ne ſibi quiſque veluti proprium arroget, quod ex mera illius liberalitate fluit. Unde enim alius alio præſtantior, niſi ut in natura communi eniteat ſpecialis Dei gratia, quæ multos præteriens, nemini ſe obſtrictam eſſe clamat? Reſpiciat itaque unuſquiſque ſeipſum, & cogitet, ſe tantum in his terris peregrinum eſſe, & qualis finis & exitus illum maneat, neve ſolicitus de alio, quid ille agat aut omittat, ſed ad veram patriam & manſionem reſpiciat. Id admonere voluit hiſce verſiculis ſuis parens meus, piæ memoriæ:

Ad mortem properant ubiq; cuncti,
Si cui hoc forte videtur eſſe mirum,
Is non hic quid agat, vel ille, ſed quid
In vita videat geratur omni,
Mirum & deſinet hoc ei videri.

Nec D. Auguſtini elegans doctrina prætereunda eſt: Ubi, inquit, ille demum verus eſt Chriſtianus, qui in domo ſua, & in patria ſua peregrinum ſe eſſe cognoſcit, Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non erimus. Nam unuſquiſque hic, & in domo ſua, hoſpes eſt, quandoquidem ei ſingulis horis ex-

ris expectandus eſt exitus & tranſitus ad aliam vitam: Ceſſit tibi locum pater tuus, ceſſurus es & filiis tuis, &c.

Caput LIV.

De virtutibus & magnanimitate heroica inferioris ſortis virorum, qui ad regias dignitates pervenerunt.

CElebratur paſſim Agathocles ob ſuas eximias virtutes, eo quod ex humili & ſordido genere ad Regiam dignitatem dotibus ſuis pervenerit, & merito quidem, licet vitiis enormibus non caruerit, ſed illæ hæc ſuperarint. Quippe ut ait Juſtinus hiſtoricus, patre figulo natus, non honeſtiorem pueritiam, quam principia originis habuit. Cum autem manu ſtrenuus, & in concionibus præfacundus haberetur, brevi Centurio, ac deinceps Tribunus militum factus eſt. Deinde variam fortunam, adverſam & ſecundam expertus, Prætor Syracuſis conſtituitur. Poſt pulſis Pœnis, totius inſulæ imperium occupavit. Verum cum dolus, fraus, & aliæ malæ artes hujus viri virtutes admodū obſcuras faciant, ſolummodo de ejus parſimonia, & recordatione ſuæ humilis originis, nonnulla in laudem illius adducam. Etſi enim, ut diximus, ex Carcino patre figulina arte vix cognito, Rhegii Brutiorum natus fuit, & ob oraculum, ex ejus matre gravida infantem natum iri, à quo Carthaginenſibus, atque univerſæ Siciliæ variæ clades imminerent, pater eum natum exponendum ſuffocandumque, conductis ad id famulis, tradidit, ſed miniſtri ejus pulchritudine in commiſerationem cædiſque innocuæ formidinem attracti, à ſuffocatione abſtinentes, more gentis duntaxat eum expoſuerunt; quo cognito, mater noctu filium è vado raptum, ad avum maternum Heraclidem clam educandum detulit; tamen poſtquam plurimas adverſas res adultus ſuperaſſet, ſolus Rex Siciliæ effectus fuit, & initio principatus non tam armis, quam comitati ſtuduit, pauperes benignitate proſecutus, muneribus pluribus affecit; in pervicaces durus animadverſor. At quanquam autoritate regia niteretur, diadema tamen ſuſcipere noluit, vel ſatellites regio more ad ſui cuſtodiam habere, ſed facilis ad eum unicuique acceſſus aditusque. Vaſa præterea fictilia (licet pecunia regalique inſtrumento nemo regum præter illum ditior fuerit) nomine ſuo in anſis Græcè ſic impreſſo, AGATHOCLIS, (ejuſmodi apud Florum anno ſalutis CIↃ. CCCCC. LV. menſe Julio unum ſe vidiſſe, Thomas Fazellus ſcribit) quippe quod ipſe figulus, & figulo patre genitus eſſet, inter aurea ponebat, non alias majorum imagines vel triumphos

aut

Lib. 22.

De reb Sic. poſter. dec ad lib 4. c. 1.

aut conſulatus oſtentans, quod glorioſius exiſtimaret, regnum propria virtute, quam hæreditate adipiſci. Unde Auſonii verſus triti, ſed elegantes fluxerunt, continentes moralem utilem doctrinam: *In libro Epigramm.*

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea Regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto:
Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul.
Quærenti cauſam, reſpondit: Rex ego qui ſum,
Sicaniæ figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.

Alterum exemplum habemus in Pipino filio Caroli Martelli: Is Childerico III. hujus nominis Rege Galliæ, ob ſegnitiem & voluptates abdicato, ex præfecto Palatii in regiam dignitatem ſucceſſit. Fuit autem Childericus ultimus ex familia Merovæorum, quæ cum illo terminata eſt, cum annos trecentos regnaſſent. Ab hujus autem Pipini patre gens Carolæa ob res ſtrenuè geſtas appellata eſt, quibus domum ſuam evexit tantopere, ut Merovæorum regnum ad Carolum Magnum recideret. Carolus autem Martellus, quum aliquot regum Galliæ præfectus Palatii fuiſſet, tandem paucos poſt dies, anno DCC. XLI. mortuo Rege Theodorico, cognomine Chellenſi, & ipſe obiit Cariſii, atque cum ipſo in æde S. Dionyſii Francici ſepultus eſt, cui ſucceſſit filius natu maximus Childericus tertius, qui ſeptennio paruit authoritati Pipini, & Carlomanni filiorum Martelli, qui præfecturam palatii effectam hæreditariam ipſis diviſerat. Pater autem ipſorum Martellus fuit dictus, à mallei ſive martuli (martellum Galli vocant) ferrum domantis comparatione: quemadmodum Jeremiæ Nabuchodonoſor Rex malleus totius terræ appellatur. *Cap. 50.* Nam quo tempore deerant cognomina, aſſumebantur adjectiva in eorum locum, ut verbi gratia, Calvus, brachio ferreus, & id genus alia, ſicut Joannes Tilius obſervavit. *De reb. Gallic. l. 1.* Cæterum cum Childerici voluptuaria vita & deſidia omnibus exoſa eſſet, miſſi ſunt legati, Vegardus Epiſcopus Herbipolitanus, & Folcadus Pipini Capellanus, ad Zachariam Papam, ut de Pipino eligendo aſſentiret: Qui Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo ſedis Apoſtolicæ legato mandavit, ut Pipinum ſacrans coronaret Regem. Hoc facto Childericus abdicatus, poſtquam novem annis regnaſſet, monachus apud Sueſſiones effectus eſt, anno DCC. LI. Pipinus itaque conſecratus primum à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino (quod antea in familia Merovæorum uſitatum non fuit) & Rex inſtitutus fuit, & quum annos ſeptendecim & dimidium in dignitate regia tranſegiſſet, ex hydropiſi Lutetiæ Pariſ. obiit, die 24. Sept. ſive ut aliis

ut aliis placet, Octobr. Anno DCC. LXVII. & in æde S. Dionyſii ſepultus eſt, ſicut hæc & alia idem Tilius ſcriptum reliquit. Porro exemplum Willegiſii Archiepiſcopi Moguntinenſis eſt valde memorabile, cujus ſpecimen humilitatis, & recordatio infimæ ſortis, poſtquam ex infimo genere ad maximas dignitates perveniſſet, perpetuam memoriam poſteritati relinquere voluit. Ita enim de illo ſcribit poſt alios Siffridus presbyter: Tempore ſancti Henrici Imperatoris, Willegiſius (vel, ut alii, Willigis) Archiepiſcopus Moguntinus vivebat. Ille, quia humilem progeniem habuit, & patrem, qui currus & bigas facere ſolebat, in thalamo ornatis & grandibus literis hæc ſcripta habebat: Willegis, Willegis, recole unde veneris. Hæc & in Teutonica lingua ſcripta erant. Appendebat etiam rotas, & hujuſmodi inſtrumenta in pariete circumquaque, in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat. Adhuc uſque habentur duæ rotæ quaſi aratri in vexillo, & una in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ. Hæc ita expreſſit elegiacis Panthaleo candidus:

In Epitome lib. 1.

Qui Wiligiſus erat Antiſtes in urbe Moguntі,
Plauſtrorum fabro de patre natus erat,
Ille ſui memor ut fortunæ & originis eſſet,
Ante oculos plures pinxit ubiq; rotas.
Hinc eſt iſta, rotæ plauſtri quod tempore priſco
Signa Moguntiacis ſunt data præſulibus.
Diſce bonas artes, ſanctam cole relligionem,
Sic tibi cum magno ſurget honore decus.

Leſco præterea II. hujus nominis in principem Poloniæ, quamvis plebejus eſſet, electus eſt ob virtutes ſuas, anno DCC. LXXX. mortuo Premiſlao ſive Leſcone I. Attamen talem ſe præbuit, ac ſi regali ortus eſſet proſapia, idque totis diebus vitæ ſuæ diligenter obſervabat, quod ornamentis regiis ſolenniter induturus, veſtes, quas olim ex vili lana gerebat, deſuper indueret, pro monumento prioris vitæ id habens, utque fortunam inſtabilem, quæ rurſum elevatos ad ima dejicit, eluderet. Quam conſuetudinem multi principes Polonorum ſolenniter obſervabant. Is tandem pluribus heroicis geſtis exactis, filioque hujus nominis tertio relicto, vitam cum morte mutavit. Sicut hæc ab Alexandro Guagnino prolixè deſcribitur, qui hos verſus adjecit:

Rer. Polon. tom. 1.

Attulit huic regnum variorum curſus equorum,
Et præter morem, ſors oculata, ſuum.
Dignus erat regno, quamvis patre natus agreſti,
Ruſticus, & modici juſtus arator agri.

Non

Non bello quàm pace minor: mireris in illo
Hoc, qui nulla unquam noverat arma, viro.
Ante oculos voluit monumentum vile prioris
Fortunæ ſagulum ſemper habere ſuos,
Et tamen illius non legerat ille poeta,
Sarmatico dignum carmen in orbe legi:
Fortunam reverenter habe, quicunq; repente
Dives ab exili progrediere loco.

Leſconi adjungendus eſt Pyaſtus Cruſphicienſis, de quo ita ſcribit ibidem Guagninus: Anno incarnationis divinæ DCCC. XLII. Popelo II. a maribus portentoſe abſumpto, multæ controverſiæ in Cruſphicienſi conventu de electione principis exortæ ſunt. Erat autem tunc temporis in Cruſphicia, Pyaſtus quidam, vir ſimplex, virtute tamen & pietate præſtans. Huic eodem conventus tempore filius natus eſt, cui ad nomen ſolenniter gentili ritu imponendum, mellis mulſati duo vaſa præparavit, propter convivas tractandos, porcumque mactavit. Tunc temporis autem in Cruſphicia, ob magnum confluxum populi, ad comitia electionis plurimi commeatus pabulique penuria laborantes, ad Pyaſtum, ut ſibi aliquid pro victu venderet, veniebant, qui ſingulis gratis neceſſaria ſuppeditabat, quantum cuique opus fuerat: carnis autem ſuillæ & mellis paniſque copia apud eum non deficiebat: nam incrementa omnium rerum à copioſiſſimo largitore & remuneratore illi procedebant. Omnes igitur manum divinam cum Pyaſto eſſe videntes, communibus ſuffragijs & vocibus monarcham eum ſalutant, regnumque oblatum, quamvis agreſti familia natus, ſtrenuè cum ſumma fortitudine & dexteritate viginti annis gubernavit. Poſtea 120. annis ætatis ſuæ exactis, relicto filio Semovito, extremum diem clauſit. Ex hujus ſanguine Duces Regesque Polonorum ad Ludovicum Hungarum uſque genus duxerunt. Verſus huic Pyaſto aſſcriptos in hiſtoria Popeli corroſi à muribus, aſſcripſi, quos *Supra c. 12.* ideo hic omiſi. Eodem modo quùm Primislaus III. Bohemorum Dux à Li- *Æn. Sylv.* buſſa ab aratro in maritum aſſumtus eſſet, ex hoc indicio, quod in ferrea *in hiſt. Boh.* menſa comediſſet, isque in equum impoſitus, calceos querno robore fa- *c. 6.* ctos, ſecum afferret, interrogatus, cur hoc faceret, ſervandos in arce Viſſegradienſi, reſpondit, oſtendendosque poſteris, ut ſcirent omnes primum qui principatum inter Bohemos accepiſſet, ex agro fuiſſe vocatum, neque inſoleſcendum eſſe, qui ex humili fortuna ſolium aſcenderit. Servati calcei diu apud Bohemos, religioſe habiti, ac per ſacerdotes templi Viſſegradenſis ante Reges delati, dum pompa coronationis educitur. Is cum conjuge aucto regno, & Praga condita, eaque muro circundata, feliciter diu regnavit,

Digitized by Google

& longinquam poſteritatem reliquit. Poſtremo addendus eſt Tamerlanes Scytharum Imperator, qui à Leonclavio noſtro Temir Chan, & à Soranzo, Tamurhan appellatur, & ob maximas res geſtas orbis terror & clades Orientis nominatus fuit. Is ex humili militiæ loco, ut Jovius ſcribit, per omnes honorum gradus ad eximiam bellicæ virtutis opinionem, & denique ad ſummum Imperium aſcendat, inſigni præſertim applaudentium militum ſtudio, cum adulatione quadam Temir Cuthlus vocabatur, quæ vox Tartaricè fortunatum ferrum ſignificat. Eum Samarcandæ, vel potius Maracandæ urbis, quæ eſt ad Jaxartem amnem Sogdianæ regioni finitimum, infimæ claſſis civem, & altero crure delibatum, ideoque deformiter incedentem fuiſſe tradunt. Opilionem eum in adoleſcentia fuiſſe conſtat & cum in eo ſtatu privato & humili latrocinia exerceret, murumque conſcendiſſet, ut in ſtabulum pecoris abigendi cauſa ſe demitteret, conſpectus à paſtore, præcipiti ſaltu evadere cupiens, crus fregit, ſic ut poſtea claudicare coactus fuerit. Vix autem reperitur alibi, ex gregario ducem militum factum, tam immenſum exercitum unitum habuiſſe. Fuere enim in ea tot gentium colluvie centum myriades, teſte eodem Jovio, peditum & equitum, ingensque majoris & minoris pecoris numerus. Apparet autem ex ejus colloquijs habitis cum Gilderune Chane, (ita enim nominatur Bajazetes *in Annal. Turc.* opera Leonclavij noſtri editis) Temirem hunc, licet Mahumetanus fuerit, multis virtutibus præditum fuiſſe. Quum enim in prælio illo, in quo ſupra C. & XL. millia hominum cæſa fuerunt, inter duos longe maximos orbis Imperatores, apud Stellem montem, (memorabili Pompeji Magni victoria & calamitate Mithridatis celebratum) in campis, qui hodie à Turcis Caſſonas, id eſt, campi anſerum appellantur, quod id volucrum genus ſtatis anni temporibus, eo conveniat, ut in Europam agminibus atque imperio ducum provolet, Bajazetes victus, & captus, & ad Temirem perductus eſſet, ei pedes obviam proceſſit, exceptumque magna cum honoris delatione ſuum in tentorium deduxit, & humi pro more gentis, in eodem ambo tapete conſederunt. Prior Temir Chan de ſuis rebus cum Bajazete vel Gilderune Chane colloqui cœpit. Inde cum cibum una ſumerent, rurſum Temir colloquium exorſus: ô Chan, ait, infinitas præpotenti Deo gratias & hymnos debemus uterque, tum quod mihi miſere claudicanti, ab ipſis Indiæ finibus, ad portas uſque Sivaſtæ urbis imperium largitus ſit: tum quod ex altera parte tibi à Sivaſtæ mœnibus ad ipſos uſque limites Ungariæ dominatum conceſſerit. Si Deo luberet univerſum orbem terrarum partiri, quid magis claudo dare poſſet? Idcirco non abs re magnis ipſi gratijs agendis obnoxij ſumus. Sed heus tu, egiſtine unquam Deo illi conditori regum gratias, quod te Regem Turcarum conſtituit? Ibi cum Bajazetes faſſus eſſe

In Elog. illuſtr. vir. lib. 2.

iſſet, ſe nunquam de gratijs agendis Deo vel cogitaſſe. Subjunxit Tamerlanes: Ergo non debet tibi mirum videri, quod homo ingratiſſimus in tantas incidiſti calamitates. Cæterum cum tu altero oculo orbatus es, ego vero loripes ſim, tuque regno Turcico præfueris, ego autem Tartarus adhuc meis præſim, anne exiſtimabimus, conditorem mundi nos dignos duos cenſuiſſe, qui viſu & robore nobis ſuperioribus, imperaremus? Nequaquam. Quæ cum dixiſſet, denuo Bajaſitem interrogans, mi Can, ait, ſi tua ſitum eſſet in poteſtate, mecum ut ageres pro libitu tuo, quid obſecro dę me faceres? age, veritatem dicito. Tum Gilderum Can, quem ferocis & iracundi animi hominem fuiſſe accepimus, non ſine bile reſpondiſſe fertur: Equidem te, ſi fortuna propitia meam in poteſtatem veniſſes, ferrea concluſum cavea mecum hinc inde circumduxiſſem. Quo Temir audito, mox è ferro caveam parari juſſit, & in eam carceris loco Bajazetem incluſit, in qua etiam mœrore & indignatione, dum caput illi caveæ de ferro factæ diu alliſiſſet, ſibi mortem conſcivit, anno 1403. poſtquam triennio captus fuiſſet, ſecundum Leonclavianam computationem annorum, quæ à reliquis diſcrepat. Scribit quoque Pizarus, Temirem hunc Bajazete capto, miſiſſe accipitres & canes, & reliquum hujuſinodi apparatum, ut qui venatori potius, nec Imperatori in hoſtes ducenti, comparandus eſſet. Ajunt enim, Bajazetem habuiſſe ad ſeptem millia virorum, qui accipitres curarent, præterea aluiſſe canes ſexies mille. Reſpondens itaque Tamiri Bajazetes: Verum, inquit, ô Tamires, qui Scytha & latro, latrocinandique artem uſque exerces, ſatis ſcio, parum tibi convenire cum canum accipitrumque ſtudio. Mihi vero, qui ſum natus & educatus ab Amurathe, Orcanis filio, qui ambo Reges extitere, congruit canum & accipitrum ſtudium. Rex Tamires hoc reſponſo graviter offenſus, impoſitum mulo, per caſtra agi jubet, propinans eum militibus deridendum. Ut autem jam omnibus ſatis ridiculo fuit, reductum ad ſe interrogavit, an etiam ſui generis & iſta ſtudia ſint, quemadmodum accipitrum & canum? Deinde Bajazetem in vincula conjecit. Ait etiam Laonicus, ipſius conjugem, Eleazari Deſpotæ filiam, quam præ cæteris ardentiſſimo amore complectebatur, & ſecum in caſtris habebat, captivam abductam ad Tamirem, & ſeminudam juſſam eſſe in conſpectu mariti ſui vinum infundere. Hinc Bajazetem ira accenſum, in hæc verba prorupiſſe: Neque paterno, neq; materno tuo genere digna facis; quum enim natus ſis ex obſcuris inglorijsque parentibus, haud tibi decorum eſt, adeo turpiter Regum liberis & uxoribus inſultare. Temir autem vaſtata pene totâ Aſia, ſpolijs onuſtus Samarcandam redit, ubi paulo poſt fato functus eſt, de quo Faerni elegantes verſiculos Jovius adjunxit, ex quibus ſolummodo poſteriores aſcribam:

Hiſt. Perſ. lib. 9.

Regem Aſiæ horribili captum impete BajaZetem,
Caveaq; clauſum ferrea circumtulit.
Hic agit ante illum, & ſpirantem immania juſſa:
Qua cunctus undiq; orbis expaveſceret,
Exiguo cæca domuit um molimine febris,
Fatalis uno ſolvit hora triduo.
Deq; tot inſanis opibus, de tot modo regnis,
Reliqua una parvo gleba texit pulvere.

Poſſum certe recenſere plura exempla, tam ex ſacris literis, utpote de Saule, Davide, & alijs, quam de noſtratibus & exteris, qui ex humili genere ad Regiam dignitatem evecti ſunt. Sed cum alioquin in hac materia prolixior fuerim, illud tandem paucis moralibus additis concludam. Vere reſpondit ille ſapiens vir, quum interrogaretur, quid faceret Deus; eum alta dejicere, & humilia erigere. Quo etiam ſpectat illa oda:

Horatii. ——— *valet ima ſummis*
Mutare; & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens. Hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit: Hic poſuiſſe gaudet.

Caput LV.

De munificentia & liberalitate Regum & Principum erga doctos & celebres viros.

Lib. 6. Eleganter Chalonerus eques & legatus Angliæ Reginæ ad Hiſpanos in ſuo elegantiſſimo tractatu de Republ. inſtauranda, Platonis dictum, quod Cicero ita ex illo tranſtulit; Honos alit artes, heroico verſu expreſſit, hoc modo:

Artes nutrit honos, excelſaq; indolis eſca eſt
Gloria.

Hoc præcipui monarchæ, Reges & principes potentiſſimi diligenter obſervarunt, præſertim autem ii, qui docti ipſi, doctorum virorum familiaritatem & conſuetudinem adamarunt, & honorificam ſibi eſſe duxerunt. Inter quos primo loco collocabimus Ptolomæum Philadelphum Ægypti Regem potentiſſimum. Is enim poſtquam ſeptuaginta interpretes regijs & ampliſſimis muneribus auctos in patriam remiſiſſet, Eleazarem Pontificem inter alia rogavit ſuis literis, ut, ſi quis ex his viris vellet ad ipſum redire, hoc permitteret: quandoquidem plurimi faceret cum doctis conſuetudinem, & divitias

tias libenter in ejuſmodi uſus inſumeret. Alexander quoque Magnus quamdiu incorrupta & integra ejus mens ab adulatoribus & crapula manſit, munificus erga doctos & amator eorum fuit. Inprimis hoc oſtendit in Ariſtotele ſuo præceptore, quem, quo ad animum utilibus præceptis informandum, parenti ſuo Philippo Regi, præferre non erubuit, donatis illi ob hiſtoriam animalium talentis 800. qui faciunt coronatorum aureorum millia quadringenta octoginta. Alexandro enim inflammato cupidine animalium naturas noſcendi delegataque commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni ſcientia viro, aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parere juſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia in cura erant, nequid uſquam gentium ignoraretur ab eo: quos percunctando quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. Idipſum obſervavit Laurentius quidam Romanus apud Athenæum unus ex dipnoſophiſtis, ubi de tetrace ave ita diſſerit: Ego autem exiſtimans virum doctiſſimum Ariſtotelem dignam avem putaſſe, de qua mentionem faceret, cum tractatum illum ejus, tot talentis æſtimatum adijſſem, (nam Stagyriten ipſum octingenta talenta ab Alexandro accepiſſe fama eſt, ob hiſtoriam animalium) nihil quicquam in ea de ea ave inveni: His Athenæi verbis, (inquit Budæus) elogium habemus ſummi Regis Alexandri in doctrina literarum indicaturum; qui unum tractatum Ariſtotelis præceptoris ſui quadringentis & octoginta millibus aureorum noſtri temporis, æſtimavit ac redemit. In eadem munifica liberalitate permanſit idem Alexander Magnus, cum Apellem pictorem, ob ejus imaginem artificioſiſſimè depictam, talentis viginti auri donaſſet, quanti hodie Comitatus non mediocris emi poſſet. Hæc pictura, teſte Plinio, fuit in templo Dianæ Epheſiæ, Alexandri, fulmen tenentis, in qua digiti eminere videbantur, & fulmen extra tabulam eſſet. Faciunt autem viginti auri talenta ad minimum teſte Budæo, centum ac viginti millia aureorum coronatorum. Inprimis inſignem liberalitatem erga Medicos, Romanos proceres & alios quoq; exercuiſſe exemplis antea & hiſtorijs, demonſtravimus: quibus hic plures adjicere volui. Plinius ſcribit ducenta & quinquaginta ſeſtertia, id eſt, ſex millia ducentos & quinquaginta aureos, annua mercede, multis Medicis celebribus Romæ à principibus numeratos eſſe. Idem ſcriptum reliquit, Archontio vulnerum Medico, ſeſtertijs centum condemnato, ademiſſe Claudium principem, eidemque in Gallia exulanti, & deinde reſtituto, acquiſitum non minus intra paucos annos. Ubi legit Budæus, Neq; enim pudor, ſed æmuli precia ſubmittunt, & Archontio vulnerum Medico, ſeſtertium centies Claudium ademiſſe, bonis ejus confiſcatis. Et pergit ibidem; Ut autem doceret Plinius quam quæſtuoſa tunc medicina eſſet, vulnerarium

Plin. l. 8.

Lib. 9.

L. 2. de Aſ.

Lib. 29.

De Aſſe. l. 2.

Archontium dixit, ducentis quinquaginta millibus aureorum confiſcatione amiſſis, intra paucos annos totidem in exilio quæſiviſſe. Cæterum quam honorificè & munificè Medici & olim, & poſtea ab Imperatoribus, Regibus, & omnibus gentibus humanioribus habiti ſint, latè & eleganter deſcribitur à Franciſco Valleſio, ubi etiam Medicinam, Juriſprudentiæ, ſed cum diſtinctione quadam, anteponit. Juriſperitia, inquit, duas habet partes: alteram civilem, quæ verſatur in gerenda republica; alteram litigioſam, quæ in agendis cauſis. Prima haud dubiè, medicinæ præferenda eſt. Nam Ariſtoteles ita dicit; Facultas civilis, honorabilior medicina eſt, atque præſtabilior. Cauſa vero eſt, quod Medicus de ſervanda ſolius corporis valetudine agit, atque ſi quando de temperantia & cohibendis animi affectibus, id quoque refert in corporis valetudinem: Civilis vero, de formandis moribus & continendis omnibus in officio. Quod quanto ſit præſtabilius quam bene valere, ſatis conſtat. Alteram etiam & litigioſam partem præfert Medicinæ, hominum avaritia, & inſcitia, tamen hanc immerito fortaſſe. Hæc Valleſius qui ſuas rationes ibi addit. Sed de his an firmæ ſint nec ne, aliorum prudentiorum judicium eſto. Nos redeamus ad noſtrum propoſitum. Sane inter eos nonnulli qui liberales videri volunt, ſunt tam moroſi, & duri, ut ſuis exprobrationibus & jactationibus, ſi quid boni & liberaliter fecerint, plane corrumpant. Hi audiant Senecam, docentem: Non eſſe dicendum quid tribuerimus. Qui admonet, repetit. Non eſt inquit inſtandum, non eſt memoriæ revocandum, niſi ut aliud dando, prioris admoneas. Ne alijs quidem narrare debemus. Qui dedit beneficium taceat, narret, qui accepit. Dicetur enim quod illi ubique jactanti beneficium ſuum, num negabis pergit ille, te recepiſſe & cum reſpondiſſet, Quando? ſæpe quidem, inquit, & multis locis, id eſt, quoties & ubicunque narraſti. Quid opus eſt loqui; quid alienum occupare officium. Et ea, quæ ſequuntur. Huc ſpectat Martialis feſtivum epigramma:

De ſacra Philoſophia c.74.

Eth. c.13.

De benefic. l.2. c.11.

Quæ mihi præſtiteras memini, ſemperq; tenebo,
Cur igitur taceo? Poſthume tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat: dixerat ipſe mihi.
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit unus
Huic operi; ſi vis, ut loquar, ipſe tace.
Crede mihi quamvis ingentia, Poſthume, dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

Etſi enim ſecundum Ariſtotelem, liberalis qui largitur, beatior eſt eo, qui recipit mercedem juſtam, & prodigus minus malus habeatur, quam avarus; tamen non omnino, neque ſemper ita habet. Nam ſunt utriusque vi-

Ethic. c.4.

tij,

tij, tam avaritiæ, quam prodigalitatis, multi gradus. Eſt ſiquidem prodigus, qui ſua omnia ſibique neceſſaria diſtribuit, etſi non omnino indignis: deterior adhuc qui talibus largitur ſua, & aliena. Aliena ſcilicet rapiens, ut det quibuſvis: Omnium peſſimus, qui conſumptis jam proprijs, rapit aliena, tribuitque indigniſſimis. Porro avarus eſt, qui non largitur ex ſuo pro modo facultatum; multo autem magis, qui penitus largitur nihil; magis adhuc qui retinet ſua & aliena: Omnino peſſimus, qui ſibi etiam denegat neceſſaria ad victum, & aliena quacunque ratione arripit, atque omnia congerit. Conſtat ergo quoſdam prodigos deteriores eſſe avaris. Sicut prolixam & elegantem diſputationem, lector de differentia liberalis, avari & prodigi, inveniet apud Franciſcum Valleſium. *De ſacra Philoſophia c. 88.* Sane ob munificentiam & ſtudium erga doctos non immerito prædicatur etiam Sigiſmundus Imperator, & quod literatos reliquis, qui genere tantum erant nobiles, prætulerit. Ob hunc favorem interrogatus à principibus qui literas oderunt, cur homines obſcuro genere natos, ob literarum commendationem tanti faceret? Quibus reſpondit, ſe jure illos colere, qui cæteris ſingulari dono divino antecederent; illos à *Deo ſolo* poſſe creari, verum in ſua poteſtate eſſe, ut titulis & prædijs nobiles faciat, quoſcunque & quandocunque velit.

Non abſque ratione igitur Plinius, *Lib. 14.* Luxuriam poſteriorum temporum, & rerum honeſtarum incuriam inſectans, Reges, inquit, innumeri honore artium colebantur, & in oſtentatione has præferebant, opem & immortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia, & opera vitæ. Poſteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit; poſtquam ſenator cenſu legi cœptus: judex fieri cenſu: magiſtratum ducemque nihil magis exornare quum cenſus, poſtquam cœpere orbitas in autoritate ſumma & potentia eſſe: captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo, peſſum iere vitæ precia, omnesque maximo bono liberales artes, in contrarium concidere, ac ſervitute ſola profici cœptum, eodem tamen habendi, quo erat ſpes omnium tendente voto. Conferat nunc aliquis Pliniana hæc cum noſtri temporis ſeculo, & moribus: nonne inveniet obſecro, talem ſimilitudinem, qualem neque claudicantem neque diſſimilem eſſe, affirmare poſſumus. Huc addo Taciti querelam vel potius vaticinium tale: Sublatis ſtudiorum precijs, etiam ſtudia peritura, ut minus decora. *Lib. 1. de Clementia.* Cæterum Senecæ præceptum eſt: Clementiam non tantum honeſtiores, ſed tutiores præſtare, ornamentumque eſſe ſimul Imperiorum & certiſſimam ſalutem. Hoc confirmat Ciceronis memorabilis doctrina: *Lib. 2. de finibus.* Liberalitate qui utuntur, benevolentiam ſibi conciliant, & quod aptiſſimum eſt ad quiete vivendum, caritatem.

Quamobrem miſera & infelix conditio illorum ſubditorum; qui ſub

Prin-

Digitized by Google

Annib. Scotus in Tac. hiſt. l. 4. principe vivunt, ſi talis princeps uſquam reperitur; qui & in puniendo & in præmia conferendo, neutrum egit ex merito. Cùm ſecundum Solonem his duabus rebus, pœna inquam & præmio reſpubl. omnis contineatur, iiſque ſublatis, ne punctum quidem temporis ſubſiſtat. Quamobrem non abſq; ratione Antiſthenes philoſophus ei civitati, in qua nullum eſt inter probos & improbos, ſtrenuos & ignavos, diſcrimen, perniciem minatus eſt:

ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠ μὲν κακὸς ἠδὲ ἐσθλός.

ut ex Homero inquit in Politicis Ariſtoteles. Cæterum, ut tandem meditationem hanc de liberalitate & munificentia Regum & Principum abſolvam: *De benefic. lib. 6.* Prudenter introducit Seneca M. Antonium apud Rabirium poëtam, cum fortunam ſuam tranſeuntem alio videret, & ſibi nihil relictum, præter jus mortis, id quoque, ſi cito occupaverit, exclamantem; Hoc HABEO QVODCUNQVE DEDIT: ubi ita Muretus in ſuis notis addit; Egregia vox, ad quam illuſtrandam valde pertinent ea, quæ Cyrus & feciſſe & dixiſſe narratur, *Lib. 8. παιδείας.* ut Crœſum doceret, optime pecunias apud amicos deponi, neque ullos ei tutiores ac fideliores eſſe theſauros. Sed & Alexandri Magni quiddam ſimile memoratur, tum apud alios auctores, tum apud Ammia. Marcellinum: & Alfonſus Siciliæ Rex interrogatus, quid ſervaret ſibi, qui tam multis, tam multa donaret: Ea, inquit, ipſa quæ dono: cætera enim in meorum numero non habeo. Concludo hanc materiam ſcito & eleganti Martialis Epigrammate:

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor uſuram pariter ſortemq; negabit,
Non reddet ſterilis ſemina jacta ſeges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:
Mercibus exſtructas obruet unda rates.
Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis:
Quas dederis ſolas, ſemper habebis opes.

CAPUT LVI.

Honorem alere artes, & liberalitatem gloriam.

De Republ. Ang. inſtau. l. 6. IN cap. 4. prioris Centuriæ introduximus liberalitatem Regum & Principum erga bene meritos, & honorem alere artes, vel ut nobilis poeta ille Anglicus Chalonerus Platonis dictum eleganter expreſſit:

Artes nutrit honos, excelſaque indolis eſca eſt
Gloria, &c.

Præ

Præ cæteris autem Veneti longiſſima temporis recepta obſervatione, non tam grati, quam liberales & munifici ita erga patres ſunt, ut etiam in liberos eorum, ea liberalitas propagetur, qui vel in toga, vel ſago, patriæ utilem operam præſtiterunt. Non ſolum enim ſtipendia, & ſalaria parentum defunctorum filiis ſuperſtitibus, veluti hæreditario jure conferuntur: ſed etiam filiæ nubiles ex fiſco honorifice dotantur, ut ſtudium & cupiditas inſerviendi, & etiam moriendi pro patria & Republica ſpe recompenſationis, ceu ſtimulis exacuatur. Hoc etiam regibus Caſtiliæ conſuetum fuit; ita enim Franciſcus Ximenius Cardinalis & prorex Hiſpaniæ, ſcribit ad Carolum V. Cæſarem, quum filium alicujus de regno bene meriti in præfecturam parentis defuncti ſubſtituiſſet. Inter alia Regum noſtrorum, eam ſemper conſuetudinem memorabilem fuiſſe conſtat, ut quæ inclitis factis beneficia parentes meruiſſent, ea quoque illis decedentibus, ad eorum filios transferrentur, præſertim ſi, dum regi ſervirent, morerentur. Nam ita homines alacriores ad munera commiſſa fidelius obeunda redduntur, ſi ſuæ quoque virtutis præmia ad liberos eſſe transferenda intellexerint, quos naturali quodam affectu quam maxime ornatos & provectos cupiunt.

Idipſum obſervavit ante pluſculos annos fortiſſimus & bellicoſiſſimus Rex Poloniæ Stephanus, poſtquam Livoniam Moſco extorſiſſet. Ita enim de eo ſcribit Reinoldus Heidenſteinius. In toto hoc bello id ex lege obſervatum fuerat, ut ſi qui in eo periiſſent, qui publicas poſſeſſiones jure aliquo tenerent, easdem liberis eorum, quamvis infantibus, partim etiam puellis, confirmaret. Multis etiam ex plebe cum ſuperioribus expeditionibus, tum maxime hac, ob præclara facinora aliqua, jus nobilitatis datum fuit. Ut autem viciſſitudine quadam jucunda, more noſtro, ad veteres deflectamus hiſtorias: Similem egregiam & munificam liberalitatem, non absque cauſa prædicat de ſua Repub. Pericles, in ſua oratione funebri elegantiſſima; quam habuit in honorem eorum, qui in bello illo diuturno Athenienſium contra Peloponneſios, occubuerant. Iidem, inquit, erga multos ultro virtutis officiis fungemur, quippe, qui non accipiendis, ſed dandis beneficiis amicos comparamus. Quoniam meliore conditione eſt, qui bene facit, pejori cui bene fit, quum ille quod fecit tueri debeat benevolentia: hic ſciat ſe in dando, non gratificaturum, ſed gratiam redditurum. Et tandem ita eam concludit. Defunctorum liberos, civitas hinc ad pubertatem usque publice alet utilem profecto, & iſtis & futuris proponens lauream talium certaminum. Quæ enim uberrima virtutis propoſita ſunt præmia, ad ea optimo quisque in remp. animo contendit. Jam poſtquam ſuos quisque neceſſarios deploraveritis, abſcedite, &c.

De bello Moſcovitico lib. 6.

Thucyd. de bello Peloponneſiaco lib. 2.

Idipſum obſervarunt leges noſtræ Cæſareæ, quæ luctum immoderatum inhibent & certa tempora definiunt, &c.

Caput LVII.

De mira viciſſitudine magnorum virorum, qui ex magna potentia & opibus in ſummam calamitatem & miſeriam inciderunt.

Cap. 12. prior. Cent. Recenſuimus antea non vulgaria exempla eorum, qui ex ſumma felicitate & opibus, ſubito caſu, ad extremas miſerias devoluti ſunt, inter quæ Giradeſci Piſani præ cæteris memorabile eſt. Fecimus quoque obiter mentionem Polycratis Samii Tyranni, qui primo omnium hominum feliciſſimus, paulo poſt omnium calamitoſiſſimus habitus fuit. Is habuit confœderatum, ſicut Herodotus refert, *Lib. 3.* Amaſim Regem Ægypti, qui audiens ſummam felicitatem amici & hoſpitis ſui, veritus fuit, tanquam prudens Rex, ne illa non diu duraret, ideoque monuit illum per literas *tales:* Amaſis Polycrati ita inquit: Mihi quidem feliciter agi cum viro amico meo, & hoſpite audire voluptati eſt: tamen tuæ magnæ proſperitates, mihi non placent, qui intelligo, quam invidum numen ſit. Quod ad me attinet, mallim tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt res, nunc proſpere ire, & per varias fortunæ vices ævum traducere; quam in omnibus *mihi proſpere* cedere. Tu itaque mihi obtemperando hoc adverſus proſperitates agito: Diſpice quid tibi eſt, quod plurimi facias, quodque amiſſum maxime doleas; Id ita abjicito, ut nunquam ad homines veniat. Quod ſi proſpera tua, deinceps non variabuntur, adverſus ea medeare tu tibi ſubinde, eo modo quem tibi ſubjeci. Paruit Polycrates, & annulum cum gemma ſignatoria Smaragdo precioſiſſima, quem unice charum habebat, in mare projecit, qui tamen paulo poſt in ventre piſcis repertus, & Polycrati reſtitutus eſt; Quod ubi reſciviſſet Amaſis, illi jus amicitiæ, & hoſpitii renunciavit, ne amicum calamitate oppreſſum lugere cogeretur. Hunc igitur paulo poſt, Orætes præſes Cyri Regis Sardibus, ad ſe callide vocavit, cumque cruci affixit, quum ante abitum ejus, filia in ſomno patrem vidiſſet, in aëre ſublimem eſſe, qui à Jove quidem lavaretur, à ſole autem ungeretur. Quod ita accidit, quum enim plueret lavabatur; à ſole autem exudante è membris abdomine ungebatur. *De anima cap. 46.* Hujus ſomnii Tertullianus quoque mentionem fecit, Polycrati Samio, inquit, filia crucem proſpicit de ſolis unguine & lavacro ſolis.

Digitized by Google

ſolis. Ex hac imaginativa felicitate Polycratis opinantis, ipſi nolenti omnia proſpera eventura, ſumpſit M. Claudius Paradinus ſuum Symbolum, piſcem videlicet ore annulum cum gemma mordicus tenentem, cum hac inſcriptione: INVITUM FORTUNA FOVET. Hoc conſideravit D. Ambr. Quum enim apud divitem quendam hoſpitandi gratia divertiſſet, & ille ſe nihil unquam in vita adverſi paſſum jactaret, è veſtigio cum ſuis receſſit, dixitq; ideo ſe inde fugere, ne una cum homine perpetuis proſperitatibus uſo, periret. Haud ita procul exceſſerant, & reſpicientes, vident ædes illas, cum omnibus, qui ibi erant, terræ hiatu jam abſorptas. *Ad Marul. l. 5. c. 3.*

Libet hic adjungere Ugolini Giradeſci lugubri & calamitoſo fini (cujus initio hujus capitis, obiter & quidem relative ſaltem, mentionem feci) ſimilem mutationem lubricæ fortunæ, Pauli Guinitii Lucenſis, qui tyrannidem poſt Caſtruccii dominatum Anno 1400. occuparat, quam ita recenſet Petrus Bertellius. Hic dominatum, inquit, annis 30. feliciſſ. potius, ingenti opum vi accumulata, auro, argento, gemmis, pecunia multa, locuples, & numeroſa prole felix, gloria fortunaque, & exiſtimatione apud Italiæ proceres ampliſſimus, ut adeo non ſibi ſolum ipſi, verumetiam aliis beatus, ſtabileque ac firmum, fundatumque imperium habere videretur, mutata ſubito aura, ſpectaculum miſerabile, & exemplum mortalibus inſigne factus eſt, quo evidenter apparuit, in humanis rebus, perpetuum omnino eſſe nihil, oportereque reverenter, & cum timore caſus gerere. Tam igitur exceſſu in gradu felicitatis conſtitutus, quia Florentinis hoſtibus favebat, cum quinque filiis, impetu popularium vinctus, & Mediolanum ad Philippum Vicecomitem ablegatus, tandem in obſcuro ſqualidoque carcere, cum liberis ſupremum diem explevit, Anno poſt Chriſti nativitatem 1430. Ac ita dignitatem, opes, imperium, gloriam, liberos, tot annis parta, parataque, ſimul cum anima perdidit. *In Theatro urb. Italic.*

Poſſem certe cumulum exemplorum veterum & recentium recenſere eorum, qui è ſummis opibus, & dignitatibus, mox ad ſummas calamitates pervenerunt, ſed tantum ex recentioribus unum præ cæteris, memoratu dignisſimum, recenſebo. Eſt autem hiſtoria plane tragica, & calamitas ſtupenda, quæ poſt naufragium circa Bonæ ſpei promontorium, Emanueli Soſæ, cognomento Sepulvedæ, qui nomine Regis Luſitaniæ, Dienſi arce præfuerat, ejusq; conjugi, liberis, ſervis, & univerſo comitatui, ab Æthiopibus accidit, quum diu ſumma felicitate, & dignitate uſus, preſſam divitiis roſtratam, rediturus in Luſitaniam, Cocini, in qua fuerunt capita hominum ferme ſexcenta, conſcendiſſet, quæ prolixe, & facunde refertur in hiſtoriis Indicis, ita ut abſque lachrymis, vix legi queat, ibique fragilitatis & viciſſitudinis humanæ conditionis, atque fluxæ fortunæ imago ad vivum depingitur; Inter *Maphæus lib. 11.*

Digitized by Google

alia autem, dignum memoratu ibi extat exemplum, pietatis & caſtitatis ipſius Sepulvedæ, ejusque conjugis, virilis animi fœminæ. Quum enim amiſſa ex naufragio nave, omnibus rebus, in littus, magna difficultate, ſeminudi ejecti, omnique ſpe recuperandi ſua, deſtituti eſſent, fidentes incolarum fraudulentis promiſſis, Æthiopum Reguli juſſu, non ſolum exarmati, ſed etiam veſtibus ſpoliati, in ſabulo nudi, & omni auxilio rebusque neceſſariis orbati, & fame, atque ſiti, in arida regione, ferè enecti eſſent, metu ac pudore confuſis, qui ex infelici naufragio reſtabant, atque à tanta rerum viciſſitudine, & indignitate, ſtupentibus ſimiles avertentibus oculos, Eleonora conjunx Sepulvedæ, Garziæ Salæ prætoris Indiæ filia, quum barbaros, in detrahendis, & exuendis veſtibus, occupatos, generis, dignitatis, ac pudoris memor, ultro pugnis colaphisque ad necem ſuam nequicquam irritaſſet, huicque caſtæ matronæ nudæ, triſtior omni morte, lux videretur, è veſtigio ſeſe defodit arenæ, & partes corporis, quæ extabant, ſoluto raptim fuſoque obtexit crine. Mox abire, ſibique ipſis conſulere, juſſis ſuperſtitibus ex infelici comitatu viris, mœſtum ſilentium immobilis tenuit. Cara tantum intuenti pignora, juges rivi lachrymarum, denſo cum gemitu, & ſingultu, profluebant. Sepulvedæ item altus mœror ac dolor vocem incluſerat, quum defixo intuitu in terram, aliquandiu attonito, ac ſtupenti ſimilis, aſtitiſſet, paterna demum exſtimulante cura, proximam in ſylvam, quærendo qualicumque nutrimento ſecedit. Inde regreſſus Eleonoram conjugem, cum triduano jejunio, fletuque pæne conſumptam; è filiolis alterum prorſus extinctum offendit, cumque ſuis ipſe manibus terræ mandavit. Poſtridie eodem pabulandi functus officio, conjugem una cum filio, exanimem reperit, & lamentabili circum vociferatione complorantes ancillas. Hiſce confeſtim ſummotis, in dextram jacentis manum, aliquandiu reclinato capite, incubuit: dein iisdem adjuvantibus ancillis, cadaver utrumque ſepeliit; nihil unquam effatus; Poſtremo ſeſe iterum abdit in ſylvas, ibi laniatum à feris, putant: nunquam deinde comparuit. Hunc tragicum exitum, (ita concludit auctor) inter paucas miſeranda Soſæ peregrinatio terra marique ſortita, cum ſeculi hujuſce tertius, & quinquageſimus ageretur annus. Recenſet quoque poſtremo, quomodo exiguæ reliquiæ horum afflictiſſimorum peregrinatorum, ſuperatis atrociſſimis difficultatibus, ad portum pervenerint, & tandem ad ſuos reverſi ſint, qui hanc tragœdiam enarrarunt. Salutaris itaque eſt doctrina Johannis Sariſberienſis Epiſcopi Carnotenſis, *In Policratica lib. 1.* Noverca Virtutis, inquit, proſperitas, beatulis ſuis ſic applaudit, ut noceat, & infelici ſucceſſu, ſic in via fortunatis obſequitur, ut in fine perniciem operetur, convivis ſuis ab initio propinans dulcia, & quum inebriati fuerint, lethale virus miſcet, & ſi quid deterius eſt, quo ſpecie ſui clareſcit amplius,

eo

eo ſtupentibus oculis denſiorem infundit caliginem, &c. Quare non ſine ratione Dionyſius Halycarnaſſæus memor viciſſitudinum rerum humanarum, introducit Minucium, ad Marcium more ethnico, inter alia ita loquentem: Nulli mortalium Dii certam futurorum ſcientiam dederunt, nec poſt homines natos invenias quemquam cui omnia ex animi ſententia ſucceſſerint, ita ut nulla in re fortuna ei ſit adverſata. Idipſum admonere prudenter voluit Cominæus, quum de Belgio & Burgundia ita ſcribit; Cæterum ob diuturnitatem pacis, & principis Philippi (fuit is pater Caroli, qui ad Nanceium occubuit, & ob manſuetudinem & prudentiam Bonus appellatus) bonitatem, florentiſſimæ erant omnes illæ provinciæ, cumulatæ omnis generis opibus, ita quidem, ut cuivis populo præferri poſſent. Ea re ferociores facti, nullius principis potentia labefactari ſe poſſe putabant, ſed qui fuerunt ante à pluſimis omnium gentium fortunatiſſimi, nunc ita ſunt afflicti, ut ærumnioſiorem hodie populum non nórim, & eſt credibile, jam ipſos dare pœnas eorum, quæ rebus proſperis elati, admiſerunt. Nam & cultu corporis & veſtitu, & quotidiano victu, & balneis, & epulis, & omnino rebus omnibus modum excedebant, obliti pudoris & honeſtatis. Monet itaque recte Valerius Maximus: Caduca & fragilia, puerilibusque conſentanea crepundiis eſſe, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt, inquit, ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixæ radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo fortunæ flatu, huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improviſo decurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici debent bona, quæ inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſuum duplicant, &c. Idipſum Seneca monere voluit hiſce elegantiſſimis verſibus:

1 *lib. comment.*

In Oedipo.

Vt alta ventos ſemper excipiunt juga,
Rupemq́; ſaxis vaſta dirimentem freta
Quamvis quieti verberant fluctus maris:
Imperia ſic excelſa fortunæ ſubjacent.

CAPUT LVIII.

De mira conſtantia ethnici herois, M. Attilii Reguli in exquiſitiſſimis tormentis, & differentia Chriſtianorum & gentilium in perferendis ſuppliciis.

IN fine capitis 33. prioris centuriæ mentionem fecimus de exquiſitiſſimis tormentis & cruciatibus, quibus Carthaginenſes M. Attilium Re-

Digitized by Google

gulum, eo quod pacem cum Romanis permutationem
diſſuaſiſſet, affecerunt, quum quidem ob fidem hoſtibu
carcerem, Roma diſcedens, reverſus eſſet, & quam cor
pertulerit. Præterea qualem Romani erga captivos Pœ
mortem violentam Reguli exercuerint. Hæc licet omn
vio, Horatio, Valer. Max. Oroſio, Eutropio, & aliis auto
ſcribantur & exaggerentur: nonnulla tamen memorabi
bus adjiciam. Imprimis autem obſervandum, quod d
autorum diverſæ ſint ſententiæ. Cicero enim, eum in
ſcribit, & reſectis palpebris, vigilando enecatum. Eam
nus Alexandrinus caveam vocat, ſtimulis intus extantib
corporis laceratione proclinare poſſet. Tuditanus apu
gellium, aliud ſupplicium talionemque nobiliſſimis Ca
ptivis repenſum fuiſſe ſcribit. Florus crucis ſupplicio e
mnes inſomnia; etſi alio atque alio cruciatus genere, trad
ne, & rectè quidem ab omnibus & ſingulis hiſtoricis vet
ribus, Reguli in adverſis animi fortitudo, & mira patient
tormentis, cujus generis illa fuerint: Nec non in patriam
ga, & hoſti ad internecionem usque fides ſervata. Ob h
guſtinus hunc Regulum ita miratur, ut exclamet: Inter
biles & virtutum inſignibus illuſtres viros non proferu
rem, quem neque felicitas corruperit (nam in tanta vic
permanſit) nec infelicitas fregerit, quia ad tanta exitia t
Inter cæteros autem hiſtoricos, Jornandes ita hujus her
dat, ejusque virtutes, inprimis autem conſtantiam, præ
lio Regulo duce, jam in Africam navigabat bellum. N
ipſo Punici maris nomine, ac terrore deficerent: inſup
Tribuno metum, in quem niſi paruiſſet, ſecuri diſtricta i
metus mortis navigandi fecit audaciam, mox deinde ve
peratum eſt, tantusque terror hoſtici adventus fuit Pœn
portis Carthago caperetur. Prima præmium belli fuit ci
ma enim à Punico littore, quaſi ars & ſpecula procurrit,
amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus mod
quoque dimicatum eſt, quum quaſi in vindictam Africæ
tudinis ſerpens poſita apud Bragadam caſtra vexaverit.
(licet enim pauliſper à Jornandis hiſtoria divertere) n
neque vulnerari potuiſſet, tandem ex baliſta, molari ſaxo,
meris telis oppreſſus fuit. Corium ejus Romam allatun
cio, aliquandiu multis miraculo fuit, ſicut Oroſius & ali

In Piſoniana.

Lib. 1. de civit. Dei, c. 24.

De regnorũ ac temporũ ſucceſſione

runt. Huc pertinet judicium de hoc ſerpente Theori apud Bodinum, ubi dicit: Eſt draco nihil aliud, quam ingens cherſydrus, veneni expers, qui & chelydrus, & natrix, & coluber, & apud Indos cobras appellatur, qui cum in magnitudinem excrevit, cervos ſolidos, & homines ingenti vorat hiatu, ac elephantis ipſis bellum infert: majores tamen habet Africa, quam Europa. Nam M. Attilio Regulo Conſule, tantæ magnitudinis chelydrus fuit, ad Bragadæ flumen Africæ, ut equites hinc inde poſiti, ſeſe contueri nequirent, longitudine vero pedes centum & viginti exceſſit, ac priusquam occidi potuerit, mille & quingentos homines dicitur trucidaſſe, &c. Sed omnium victor (pergit Jornandes) Regulus, cum terrorem nominis ſui late circumtuliſſet, cumque magnam vim juventutis, ducesque ipſos, aut cepiſſet, aut haberet in vinculis, claſſemque ingenti præda onuſtam & triumpho gravem in urbem præmiſiſſet: Jam ipſam belli caput Carthaginem urgebat obſidione, ipſisque portis inhærebat. Hic paululum circumacta fortuna eſt, tantum ut plura eſſent Romanæ virtutis inſignia, cujus fere magnitudo calamitatibus approbatur. Nam converſis ad externa auxilia hoſtibus, cum Xantippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo Regulus victus eſt, fœdaque clades, Romanisque uſu incognita. Nam vivus in hoſtium venit fortiſſimus Imperator poteſtatem. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit: nam nec Punico carcere infractus eſt, nec legatione ſuſcepta: quippe diverſa, quam hoſtis mandaverat, cenſuit, ne pax fieret, nec commutatio captivorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultimo, ſive carcere, ſeu crucis ſupplicio deformata majeſtas. In omnibus admirabilior, quid aliud quàm victor de victoribus? Ad quæ etiam Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphavit. Populus autem Romanus multo acrior intentiorque pro ultione Reguli, quam victoria fuit. Idipſum quoque Silium Italicum movit, ut hos elegantisſimos verſus heroicos, de tolerantia Reguli ſcriberet:

Non ignis, candensq́ chalybs, non verbera paſſim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificesq́ manus, penitusve infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammas,
Ceſſavere (ferum viſu dictu've) per artem
Sævitiæ extenti, quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus, atq́ omni ſanguine rupto
Oſſa liquefactis fumarunt fervida membris:
Mens intacta manet, ſuperat, ridetq́ dolores,
Spectanti ſimilis: feſſos clamore miniſtros
Increpitat, dominosq́ crucem clamore repoſcit.

In theatro nat. l. 3.

Dignus

Dignus ſane eſſet hic Romanus heros, ut in numer
Martyrum referretur, quod ſepoſita privata ſalute, &
triæ ſuæ majeſtatem & authoritatem vitæ ſuæ antepone
Chriſtianam fidem tam invictam patientiam & conſta
tis denique voluntariam mortem pertuliſſet; quum
cium faciat martyrem. Ideoque horum cauſa mortis
Ethnicorum: Licet tam invictum robur animi & cor
tos cadat. Differentiam autem talem inter Chriſtian
In vita Chriſti. fol. 69. lerantia rerum adverſarum, Parens meus, piæ memori
rectio Chriſti, inquit, omnem cogitationem ſapie
eos, qui aſſentiuntur religioſe doctrinæ cœleſti, ab ali
culiarem cœtum Dei; confitentes, Chriſtum morte
lendis peccatis hominum, & reſurrexiſſe in vitam, u
præſtaret perpetuum, in omnipotentia divina. In
degunt hanc vitam, quisque ſuo loco, tanquam he
terris, & eandem fortunasque, & quicquid charum e
non verentur relinquere potius, quam fallere fidem
ſpem fruſtrari dubitatione ſua. Præſertim cum cer
hunc ſolum eſſe cultum, qui Deo placeat, ut Chriſt
& executores homines eſſe ſtudeant. Hæc eſt igitur
tus Chriſtiani: Non modo premi à potentia hujus m
dignitate, honoribus; ſed id etiam, quo humana om
netur, labefieri atque convelli, mentis, inquam, & ra
divinum bonum. Non eſt difficile, ſi deliberatum
ſit, & fieri debere videatur, contemnere opes, regn
ſplendorem, & dignitatem vitæ, ipſam etiam morte
tio vincat, nobis ſapientiæ & virtutis laudem conciliar
ti facile perficere: inter quos eximii, Crates, Diogene
norum Curii, Fabricii, Decii, Reguli. At ea quæ o
evertunt & conturbant, amplecti, & propriam i
& miſeriam, ut alii omnes ſentiunt, aſſumere, & co
judicium niti, & fidem habere, ac ſpe inhærere, & fre
tionis noſtræ captu vehementius reſiliunt, quam
ctus incudi, id profecto mirabile eſt, & majus con
num. Quapropter tota noſtræ religionis veritas lon
falſitate aliarum, ſed ſtudio & induſtria ſapientiæ h
Lib 10. Epiſt 97. Hucusque Parens meus. Plinius præterea conſtantiæ
gium reddit teſtimonium, eosque à gentibus diſcern
Trajanum: Propoſitus, inquit, eſt libellus ſine auto

continens, qui negarent, ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, cum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulachris numinum efferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto, QUORUM NIHIL COGI POSSE DICUNTUR, QUI SUNT REVERA CHRISTIANI. Unde conſtat, Chriſtianos tantum ob honorem ſanctiſſimi nominis Chriſti, & ſpe reſurrectionis & futuræ ejuſque beatæ vitæ, (quæ gentilibus ignota fuere,) & non ob gloriam, honores, opes & fluxas res hujus mundi omnia ſua, & vitam denique expoſuiſſe, omniaque tormenta & ludibria pro nihilo duxiſſe, idq; tam in aliis perſecutionibus, quam in ea, quam perpeſſi ſunt ſub Antonino Philoſopho, ex Gallorum epiſtola patet: Inſidias, inquiunt, domi foriſque, in omnibus publicis locis inclamationes, plagas, tractiones, direptiones, lapidationes, concluſiones, applicationes laminarum candentium, carceres tenebroſos, incluſiones, in equuleo ad quintum punctum, in ipſis cuſtodiis ſtrangulationes, beſtiarum dentes, ferreas ſartagines, patibula, ventilationes ex cornibus taurorum & ſimiles. Eadem deſcribit Juſtinus Martyr: Quod autem, inquit, nos in Jeſum credentes, nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidie. Cum enim obtruncemur, crucifigamur, objiciamur beſtiis, ignibus aliiſque tormentis tradamur, tamen à confeſſione non diſcedimus: ſed quanto magis in nos ſævitur, tanto plures pietatem fidemque per nomen Jeſu profitemur, haud ſecus, quam ſi quis vitem putatione provocet ad ubertatem. Nam vitis à Deo & Servatore Chriſto plantata, eſt ejus populus. Idem Juſtinus alibi: Interim quanto plura in nos expediuntur tormenta, tanto alii plures fideles, & veræ religionis per nomen Jeſu fiunt cultores. Ut enim ſi quis vitis excidat fructificantes partes, ut palmites, qui alios floridi & frugiferi protrudant ramos, illa proferat, facit; ita in nobis quoque accidit, &c. Ignorant ſanè illi ſanguinolenti & ſeditioſi homines, olim & noſtro ſeculo factitatum eſſe, ut quanto crudelior violentia religioni inferretur, tanto & illa magis amplificaretur, & receptus in mundo cultus deprimeretur. Sed de his peculiari capite antea multa tractavimus, & paulo poſt plura recenſebimus.

Euſeb. lib. 5. cap. 1.

In colloquio cum Tryph.

De animarum immortalitate.

Cap 39. prior. cent.

Caput LIX.

De feudis ligiis & Homagiis.

IN capite 6. primæ centuriæ mentionem fecimus feudi, quod ligium appellatur, & unde nomen ſuum traxerit, idque actionibus & ſolennitatibus

in inveſtituris adhibitis, comprobavimus, quod ſane
exiſtimo reperiri. Ut autem hoc feudum ligium rectiu
ligatur, ad priora exempla plura adjicere volui. Inprimi
dem edita eſt, in quodam Gallico libello, ſolennis & exa
Philippi Archiducis Auſtriæ, anno ſalutis noſtræ cIↃ. c
facta, ex quo ſequentia huic capiti maximè convenienti
bilia deſcribere volui. Ita enim refert auctor oculatus h
le chancelier veſtu dune robbe de velour x cramois in ſon chape
de ſa chambre, laquello ioignit à laute ſalle, en la maniere, q
voir aynt au deuant de luy le dict Huyßier dudit grand conſeil
des couuerte, & haute, qui à haute voix diſoit, & criot ſitoſ
chambre, & entré en icelle seconde ſalle, pource quen icelle y a
gens, tant de gens & officiers de mondit ſieur l' Archiduc, q
pouuot on tourner : Ces mots par trois on quatre fois, Deuan
ces, & apres ledit Huißier, alloyent les dits deux rois d' armes
veſtus des dittes cottes d' armes, dudit ſieur, puis marchoit ſie
pres meßieurs des requeſtes, dudit grandconſeil, & Notaires
noſtredit ſieur avec les quels i' eſtois. Et eſt à ſcavoir qu' ai
chancelier approcha de la chaire, ou il deuoit ſe ſoir, mondit ſie
pres d' icelle eſtoit attendant mondit ſieur le chancelier oſta in
ſa teſte en diſant á mondit ſieur le chancelier ces mots : Mo
bon jour, & en ce diſant baiſſa fort ſa teſte, & ſieur chancelier
dire mot, mit ſeulement la main à ſon chapeau, quil accoit à ſ
iceluy oſter, puis s' aßiſten ſadite chaire. Ce fait ſieur L' Arc
ſenta à mondit ſieur le chancelier, pour faire ſondit hommage
ſuis icy uenus devers vous pour faire l' hommage, que tenu ſuis f
touchant mes pairie, & contez de Flandres d' Arthois, & de
tins de monſieur le Roy à cauſe de ſa couronne. Lors le chanceli
en ſadite chaire, & tout conuert de bonnet, & chapeau luy den
ture, dague ou autre baſton. Lequel mondit ſieur l' Archiduc e
ſtoit ſains ceinture diſt, que Non- Ce diſt monſieur le chanc
manis entre les ſiennes, & icelles ainſi tenant, & ioint es, mo
veut encliner monſtrant apparenſſe de ſoy vouloir mettre à g
ſieur le chancelier ne voulut ſouffrer, ains en le ſouleuant pa
tenoit, comme dit eſt, luy dit ces mos, Il ſuffit de voſtre bon voul
le chancelier, luy profera en ceſte maniere luy tenant touſiouns
& ayant mondit ſieur l' Archiduc la teſte nue, & encore s' effor
à genoux: vous deuenez hom me du Roy voſtre ſouuerrain ſeigne
hommage lige, pour raiſon des pairrie, & conté de Flandres, &

Digitized by Google

thoiſ, & de Charrolois, & de toutes autres terres, que tenez & qui ſont mouuans & tenus de Roy, à cauſe de ſa couronne, luy promettez de le ſervir juſques à la mort inclusivement, enuers & contre tous ceux qui peuuent viure & mourir, ſans nul reſerver: de procurer ſon bien, & euiter ſon dommage, & vous conduire, & acquiter enuers luy comme enuers voſtre ſouuerrain ſeigneur, A quoy fuſt par mondit ſieur l' Archiduc reſpondu: par ma foy, ainſy le promets & ainſy ie feray: Et cedit, mondit ſieur le Chancelier luy dit, ces mots: Et ie vous y recoy, ſauf le droit du Roy, en autres choſes, & l' autruy en toutes. Puis rendit la joue, en laquelle monſieur le chancelier le baiſa. Puis mondit ſieur l' Archiduc requit, & demanda à mondit ſieur le chancelier lettres de ladite reception dudit hommage. Lesquelles ſieur le chancelier me commanda luy faire & icelles depeſcher. Lors le chancelier ſe leua de ladite chaire, & ſe deſcouurit de chapeau & bonnet, & fiſt reverenſſe à L' Archiduc en luy diſant les mots: Monſieur ie faiſoy n' agueres office du Roy, repraſentant ſa perſonne & de preſentie ſuis Guy de Rochefort, voſtres tres humble ſerviteur, touſiours preſt de vous ſervir, enuers le Roy mon ſouuerrain ſeigneur, & maiſtre en tout ce, quil vous plaira me commander. Donc ſieur l' Archiduc le remercia, &c. Arctum fuit ſanè hoc juramentum ligium, idque ſubjectionem aliquam non exiguam in ſe continere videtur. Non abſque cauſa itaque inter pacis conventiones cum Carolo V. Cæſare, & Franciſco Rege Galliarum, poſt Papienſem victoriam, liberato Rege ex captivitate, hæc clauſula XIV. Febr. anno cIↄ. D. XXVI. inſerta fuit: Flandriæ & Arthesiæ, omniumque aliorum locorum quæ Cæſar poſſideret, ſupremi Imperii jure Rex cedito. Sicut totam pacis formulam, hiſtoriæ ſuæ inſeruit *Lib. 17.* Ludovicus Guicciardinus in ſua deſcriptione Belgii, vel inferioris Germaniæ, ubi ſcribit, tertiam Flandriæ partem eſſe feudum Imperii, & Comitem Flandriæ præſtare tam Cæſari, quam Regi Galliæ homagium. Ejus hæc ſunt verba: *Mais diſons à preſent de quelle maniere vſoit le comte de Flandres, faiſant hommage & à l' Empereur, & au Roy de France pour raiſon de leur ſouueraineté. car les ceremonies en eſtoyent belles, & dignes d' eſtre ramenteues. L' Empereur eſtant aſſis, & aſſiſté de ſes princes en Majeſté imperiale le comte bien & noblement ſuiy, venoit ſe praſenter à luy la teſte deſcouuerte & la ceinture miſe à bas, è poſcant un genoil à terre un des conſeillers de L' Empereur, luy diſoit: vous venez icy, comme ſubject prince du ſainct Empire, à cauſe de l' Eſtat & ſeigneurie de Flandres, & de tout ce, que vous tenez & releuez de l' Empire: & promettès d' eſtre bon & loyal à ſa ſacreè majeſté, e la ſeruir fidellement contre chacun jusqu' à la mort. A quoy le comte reſpondoit, qu' ainſi l' affermoit il, & le prommittoit, & ſe leuant de bout baiſoit l' Empereur au front: uſant de meſme ordre & pareille ceremonie eneurs ſon ſeigneur lige naturel & ſouuerrain le Roy de France. &c.*

Hinc videmus, unam perſonam poſſe diverſo reſpectu habere plures dominos feudi, quo pacto autem hoc rectè fieri poſſit, declarat Everhardus in

ſuis topicis, in loco de Tanquam ſeu reſpectivis, ubi nu
mitem Flandriæ inducit, qui reſpectu Comitatus Flandria
ſallus Regis Franciæ, & idem Dux Brabantiæ, Limburgi
driæ, &c. & ſic ratione aliarum terrarum & dominiorum
milem formulam jurisjurandi ligii, quod Rex Anglor
nonnulla beneficia & feuda, quæ tunc temporis habebat
conſuevit ex fœdere, quod anno M. CCC. XXXI. inter Phi
De Republ. lib. 1. c. 10. Eduardum III. percuſſum eſt, refert ita Bodinus: Rex
conjunctis, ac in manibus Regibus Francorum inſertis
verba proferentem: *Vous deuenez homme lige du Roy de Fr
me Duc de Guienne & pair de France, Conte de Poitu, & de M
mettez foy & Loyautè porter, dites, voire. Alors le Roy de F
Angleterre a la foy & à la bouche.* Id eſt: *Tu quidem evadu i
gu Francorum, ut Dux Aquitanorum, par Franciæ Comes P
lenſium, teque in ejus fide & obſequio ſemper futurum ſpondes
Hic Rex Anglorum aſſentiri ſe dicit, tum Rex Francorum in fi
Anglorum admittit.*

Extat quoque peculiaris licet deteſtabilis formula j
præſtiti Soldano Mamalucorum Regi, adjunctis horre
In Chron. Sabaud. lib. 3. c. 49. precationibus Jacobi Baſtardi Regis Cypri, quam ita re
jurato quadragies Deo. Jacobus ſic ait: per Deum mag
ricordem & benignum formatorem cœli & terræ, & om
& per ſancta Dei Evangelia, per ſanctum baptiſma, per
Baptiſtam, atque omnes Sanctos, & per fidem Chriſtia
juro, quod omnia, quæ novero, aperta erunt domino m
Ægypti, & totius Arabiæ Imperatori Alleſerapho A
Deus fortificet; ero amicus amicorum ſuorum, & inimi
hil enim cælabo, neque piratas in regno meo patiar, neq
xilium dabo. Ægyptios, qui in regno meo ſerviunt, ema
bo, auri quinque millia nummum in Calend. Sept. tribu
altiſſ. Hieruſalem & Lamech ſingulis annis offeram. C
ne piratis arma miniſtrent. Quæcunque digna cognitu
Soldano renunciabo, in Juſtitia & veritate Pædami nihil
lentum erit. Quod ſi quid horum neglexerim, ero apoſt
S. Evangelii Chriſtianæque fidei prævaricator. Dicam
fuiſſe, negabo, Chriſtum vivere, & matrem ejus virginem
baptiſmatis camelum interficiam, & altaris presbyteros
tem negabo, & ſolum Jeſu humanitatem adorabo: ſu
fornicabor, & ſanctorum patrum maledictiones omnes

Digitized by Google

Recenſuimus quoque antea quædam exempla & ritus, quibus olim jurisjuranda, inciſione venarum, & hauſtu ſanguinis veluti confirmabâtur: Quod etiam Iſacio Imperatori Græcorum objectum fuiſſe Nicetas Choniates ſcribit, cum exprobratione, ideo eum negligere occidentalium Chriſtianorum pacta, quod cum Principe Saracenorum pacem feciſſet, &(ut moris eſſet illorum in amicitia conſtituenda) uterque vena in pectore inciſa, ſuum alteri ſanguinem propinaſſet: Sic quoque legitur in Janvillæi Seneſchallii Companiæ, hiſtoria, quam de rebus geſtis Ludovici Regis Galliæ, qui poſt mortem inter Divos relatus eſt, tanquam oculatus teſtis, ſcripſit: copias militum auxiliatrices cum Gallis in expeditione illa memorabili in Ægyptum contra Saracenos venas ſibi invicem ſecuiſſe, & ſanguinem mixto vino una exhauſiſſe, ut fides inter eos hoc veluti vinculo, & glutine ſanctior & firmior contra Turcos eſſet. *In Annal.*

Caput LX.

Proditores, licet initio grati iis quibus profuerunt, viſi ſunt, attamen paulo poſt pœnas dignas ſuſtinuiſſe.

Congeſſimus antea hiſtorias & morales doctrinas non vulgares, quibus demonſtravimus, proditionem eſſe tale vitium, quod licet primo aſpectu iis, quibus utilitas aut emolumentum inde acquiritur, arrideat, iique ſe remuneraturos proditores promittant, tamen eos interno odio proſequantur, & tales homines indignos præmio aut honore exiſtiment, eorumque ſcelus deteſtentur, non raro autem acerbè quoque puniant. Deteriores autem aliis ſunt ii, qui nulla neceſſitate impulſi, ſed tum ut reliquis honore, divitiis, dignitatibus excellere poſſint, vel patriæ, vel aliorum proditores perditè exiſtunt: Qui ſanè non ſolum ſibimetipſis, rodente verme conſcientiæ, diſplicent, ſed omnibus etiam aliis exoſi ſunt. Nunc vero alia quoque memorabilia adjiciam. Hoc Seneca cautè innuit, ubi dicit; Nec ulla major pœna nequitiæ eſt, quam quod ſibi ac ſuis diſplicet. At odit eos, qui ſubita & magna potentia inſolenter utuntur. Idem faciet, cum idem poterit. Multorum quia imbecilli ſunt, latent vitia, non minus auſura, quum illis vires ſuæ placuerint, quam illa, quæ jam felicitas aperuit, inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt. Sic tuto ſerpens, etiam peſtifera tractatur, dum riget frigore. Non deſunt tunc illi venena, ſed torpent. Loquitur autem, *Cap. 7. prior Cent.* *Epiſt. 42.*

Digitized by Google

meo judicio, de his Seneca, qui vel proditione, ambitic
vitiis emergere ſatagunt, ſed illis facultas peccandi deeſt.
evenit, ut Principes viri aureos montes, dum aliquid cup
mittant; poſt rem vero confectam, non ſolum, aut nihi
ſtare, ſed obliquè, & nonnunquam apertè prodition
bant. Ad hanc rem rectius demonſtrandam allegavimu
ſuccinctè hiſtoriam veterem, ex Livio de Sp. Tarpeji Ro
binis urbem prodidiſſet. Hanc M. Varro ita deſcribit
Virgine Veſtali Tarpeja, quæ ibi à Sabinis necata armis
minis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus
pellatur Saxum, Et Servius in illum Virgilii verſum, ex
pejam ſedem, &c. Tarpeja, inquit, ſedes dicta eſt, à Tarp
enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarp
arcem tuendam, ejus filia aquatum profecta, in hoſte
hortarentur ad proditionem, illa pro præmio popoſcit o
niſtrarum, id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditior
morte, promiſſa ſolverunt. Nam ſcuta, id eſt ſiniſtrarun
lam jacientes, eam luce privarunt, quæ illic ſepulta, Tarp
poſuit, &c. Hinc Petronia & Tituria gens, utraque ex S
candam ſuam originem, Tarpejæ imaginem in nummis
licet apud Antonium Auguſtinum. Huc referri poteſ
digna, quam Æneas Silvius refert. Bohemi, inquit, parta
tiſlao, terram ejus ferro, atque igne devaſtant, inventum
impuberem, Principi Grezomiſlao, qui & Necla dictus
ſertus ætatis, patruelem educandum Duringo, ad Egram
poſſidenti, Uratiſlai gratiſſimo quondam Comiti tradidi
ne captus, tanquam initurus principis gratiam, puero, q
tum glacie conſtrictus erat, perfracto gelu, piſces quære
ſtulit, ſecumque id Pragam deferens, ubi ad Neclam intr
rens cruentum caput; ſolium, inquit, tuum hodie firmav
te oportuit; ſecurius in utramvis aurem, poſteà dormies
to. Motus haud aliter, quam erat Princeps, tam diro ſpe
ait, nulla beneficia vincunt. Ut aleres puerum, non u
Te neque meum imperium, neque amici memoria, nequ
li miſeratio, retraxit à ſcelere. At mihi quietem parare
meriti, hæc ſumito præmia. Ex tribus mortibus, quam
habeto: aut gladio teipſum confodito: aut laqueo perſt
ex Viſſegradenſi rupe præceps ruito. Duringus accepta
bore, quæ propinqua fuit ſeſe ſuſpendit. Alnus poſtea q

Gomez l. 8. in vita Ximenii.

De familiis Romanis ex antiquis numiſ.

In hiſt. Bohemica c. 11.

bor Duringa dicta fuit. Conveniens itaque hujus ignominioſæ morti præconium & Epitaphium fuiſſet, quod Savarico piratæ famoſo teſte Mejero, poſitum fuit, tale videlicet: *In annal. Fland. l. 8.*

Concepit facinus mens: ſuaſit lingua: peregit
Dextra: malus, pejor, peßimus ille fuit,
Concipiendo malus, ſuadendo pejor, agendo
Peßimus: hinc turpis vitaq, morsq, fuit.
Mors ea non habuit planctum, nec vita favorem,
Nec facinus veniam, nec cinis exequias.
Mors latam, triſtem mora mortis fecerat urbem,
Cujus mors placuit, non bona vita fuit.

Non diſſimile fuit præconium ſceleratæ proditionis, Juliani, proditoris Roderici ultimi Regis Gothorum, ſicut prope Viſæum civitatem Luſitaniæ, in tumulo inſcriptio, quam antea recenſuimus, demonſtrat. At quanto laudabilius & honeſtius eſſet (ut pauliſper à proditoribus divertam) extare præconia laudis, & virtutis in monumentis, ut poſteritas occaſionem potius haberet defuncti memoriam celebrandi, quam execrandi? Sicut inter alia extat egregium apud Arenates in Hiſpania, cum hac inſcriptione: *Cap. 7. Prima Cent.*

IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO
AVG. GERMANICO DACICO
PARTHICO, PONT. MAX TRIB.
POT. POT. V. COS. VI. PP. DE
ROMANO IMP. DE PATERNA
ET AVITA HISPANIÆ PATRIA
ET DE OMNI HOMINVM GE-
NERE MERITISS. POPVLARES
PROVINCIÆ ARENATVM OPT.
PRINCIPI.

Ut autem ad cœptam materiam hujus capitis revertar, Eutropius ſcribit: Quum Viriatus interfectus à ſuis militibus eſſet, qui quatuordecim annos Hiſpanias, adverſus Romanos commoviſſet, & paſtor primo fuit, mox latronum dux, poſtremo tantos ad bellum contra Romanos populos concitavit, ut aſſertor Hiſpaniæ putaretur; & interfectores ejus præmium à Cœpione conſule peterent, reſponſum eſt, *NVNQVAM ROMANIS PLACVISSE, IMPERATOREM A SVIS MILITIBVS INTERFICI.* At recentior & quidem digna relatu eſt hiſtoria, quæ non ita pridem accidit, quum Rex Philippus Hiſpaniarum, mortuo Sebaſtiano, & Henrico ejus proximo agnato, reſignato Cardinalatu, Luſitaniæ Regibus, Antonioque regnum affectante, victo & *Lib. 4.*

expulſo,

Digitized by Google

In explicatien ariorum gentilitia Henrici Franciæ & Navarræ Regu.

expulſo, Luſitaniam, vel ut vulgo vocatur, Portugaliam, Duce Albano, occupaſſet. Ita enim eam recenſet Joſephus Texera, cujus verba eo libentius retinui, ne viderer, in tam ardua re ſucceſſionis, meum judicium interpoſuiſſe. Aliud enim eſt hiſtoriam citare, aliud approbare. Operæ pretium inquit, hic erit referre, quo pacto Sereniſſimus Rex Philippus, cum iis egerit, qui in cauſa fuere, quod tam levi negocio, rerum in Portugalia fuerit potitus. Hi Antonio Rege Portugaliæ vero ac naturali, plane Regno exturbato, ac profligato, Philippo ſupplicem libellum porrigunt, quo enarrant cuncta quæ præſtiterant, quo ille facilius regnum occuparet, ſupplicantque, ut Rex vellet adimplere ea quæ ejus nomine ipſis eſſent promiſſa, à Regiis legatis, Duce videlicet Oſſunenſi & Chriſtophoro à Moura; exhibent quoque ſcripta, quibus de Legatorum, ſeu Agentium (ut loquitur Conneſtagius) promiſſis conſtabat. Atque Rex Philippus reſpondere jubet, ut hunc ſupplicem libellum, una cum Agentium ſcriptis traderent judicum collegio, quod in Portugalia, MENSA CONSCIENTIÆ vocatur; Hoc cum factum fuit, prolatum eſt de ea re decretum in hæc verba: *CVM REX PHILIPPVS SIT VERVS HÆRES REGNI LVSITANICI, NON LICVIT SVPPLICANTIBVS IDIPSVM VENDERE DONIS VEL POLLICITATIONIBVS; QVIN POTIVS INCVRRERENT POENAM CAPITIS, EO QVOD VLTRO ET CITRA HÆC PROMISSA, REGNVM IPSI PHILIPPO REGI NON TRADIDERINT. SIN VERO REGNVM AD ANTONIVM PERTINERET, EOS ID REGI VENDERE NON POTVISSE. QVARE REX PHILIPPVS NVLLO MODO OBLIGATVR PROMISSIS QVÆ LEGATI SIVE AGENTES SVPPLICANTIBVS FECERANT, VERVM BENIGNITATE AC CLEMENTIA SVA VTENS, ABSOLVIT SVPPLICANTES A CAPITALI POENA, CVI HAC DE RE SE FECERVNT OBNOXIOS.* Optima quidem merces, qualem plerunque accipiunt Proditores. Aliud ſanè in non diſſimili cauſa, & quidem dignum præmium & mercedem proditionis, non ita pridem Jeremias Czarnarieczius Barcabalus, præfectus arcis Chomicenſis (eo enim nomine præfecti arcium lingua Walachica appellantur) una cum ſuis copiis, à Turcis accepit, ſicut Leonhardus Horeccius refert. Quum enim ab Juonia Valachiæ Regulo, ad Danubium cum tredecim millibus fortiſſimorum equitum, miſſus eſſet, ut Turcarum copias ex oppido Oblacieuſe, à trajectu impediret. Is autem largitionibus & promiſſis corruptus, ducentis millibus Turcorum, tranſitum liberum, inſcio Juonia, eique fidens, permiſiſſet, & in prælio deinceps ſuos vexillum demittere, & pileos haſtis, enſibusque impoſitos, elevare, ac capita flectere, in ſignum deditionis juſſiſſet. Mox Turcicus

In deſcriptione belli Iuonia Palatini Walachiæ cum Selimo Imp. Turcic.

Digitized by Google

- cicus exercitus, voti compos, absq; impedimento trajecto Danubio, præter expectationem Juoniæ, proditores illos Valachos, acie diſpoſita, ante ſe propellere, ac tergiverſantes non ſecus ac hoſtes cædere. Quibus Juonia, vix exercitu ſuo in ordinem redacto, & acie inſtructa, viſis, & fraude ac traditione improviſa, licet ſero intellecta, ira & indignatione percitus, in eos vim tormentorum exonerare jubet. Sic illi proditores partim à Turcis in medio cæſi fuere. Turcæ vero proditorum terga ſecuti ijsque tecti per ſtragem cadaverum ad exercitum Juoniæ, ſanguine eis iter monſtrante, qui inſtar rivi, ex cæſis Valachis fluebat, pervenere: eosque multitudine ſua, & territos improviſa irruptione, facile profligavere, &c. Retinent ſane Turci (licet alioquin fluxa fides apud illos erga Chriſtianos ſit) hodierno die adhuc morem hunc, ut quantumvis nonnunquam Chriſtianos, præſertim ſi inter mancipia reperiuntur, quæ authoritate & dignitate, vel etiam nobilitate, à quibus illis nihil extimeſcendum eſt, reliquis præſtant (quos majori conatu & perſuaſionibus, quam plebejos ad defectionem ſolicitare ſolent) ſpe præmiorum, aliave ratione, permoveant, ut relicto Chriſto Salvatore unico, Mahumeti ſeductori, ſeſe addicant, & ut ipſi vocare ſolent muſulmanizent: tamen ijs tanquam deſertoribus, & vanis hominibus, nunquam niſi multis experimentis longo tempore, probatis, fidem plene adhibeant; & ſi non aperte, tamen tacite eorum levitatem & inconſtantiam deteſtantur, licet eos Zſchelebos, honorifico apud ipſos, titulo, id eſt, nobiles viros appellent, ſicut ij qui in Turcia peregrinati, & cum ijs converſati ſunt, ſcriptis ſuis teſtantur. Imo ſuis Muſulmanis, quos ad proditionem & ſcelera, promiſſis & pollicitationibus impulerunt, neutiquam fidere ſolent. Exemplum antea recenſuimus de Judæo Medico Selimi, qui cum ab eo præmiorum ſpe perſuaſus, patrem Bajazetem veneno ſuſtuliſſet, juſſu ejus occiſus eſt, ſiquidem metuebat, ne tale quidpiam largitione corruptus, in ſe quoque committere auderet. Eandem gratiam quindecim exploratoribus, qui Corchutum fratrem ceperant, perſolvit, præciſis capitibus, & cadaveribus in mare merſis, inquiens, eos ſi fortuna adverſa ad capeſſendam fugam ſe etiam compelleret, tum & ſibi ab ipſorum inſidijs metuendum eſſe. Sed ne hoc caput ob prolixitatem lectori tædium afferat, plura de hac materia in proximum rejiciam.

Caput LXI.

De præmio & mercede digna proditorum.

IN proximo ſuperiori capite mentionem ſuccincte fecimus, quomodo Selimus Imp. Turcorum Medicum, qui patrem Bajazetem alioquin ſe-

Dignus ſane eſſet hic Romanus heros, ut in numeru
Martyrum referretur, quod ſepoſita privata ſalute, &
triæ ſuæ majeſtatem & authoritatem vitæ ſuæ antepone
Chriſtianam fidem tam invictam patientiam & conſtar
tis denique voluntariam mortem pertuliſſet; quum c
cium faciat martyrem. Ideoque horum cauſa mortis r
Ethnicorum: Licet tam invictum robur animi & corp
tos cadat. Differentiam autem talem inter Chriſtiano
In vita Chriſti. fol. 69. lerantia rerum adverſarum, Parens meus, piæ memori
rectio Chriſti, inquit, omnem cogitationem ſapien
cos, qui aſſentiuntur religioſe doctrinæ cœleſti, ab alii
culiarem cœtum Dei; confitentes, Chriſtum mortem
lendis peccatis hominum, & reſurrexiſſe in vitam, ut
præſtaret perpetuum, in omnipotentia divina. In c
degunt hanc vitam, quisque ſuo loco, tanquam ho
terris, & eandem fortunasque, & quicquid charum e
non verentur relinquere potius, quam fallere fidem
ſpem fruſtrari dubitatione ſua. Præſertim cum cer
hunc ſolum eſſe cultum, qui Deo placeat, ut Chriſt
& executores homines eſſe ſtudeant. Hæc eſt igitur i
tus Chriſtiani: Non modo premi à potentia hujus m
dignitate, honoribus; ſed id etiam, quo humana omr
netur, labefieri atque convelli, mentis, inquam, & ra
divinum bonum. Non eſt difficile, ſi deliberatum &
ſit, & fieri debere videatur, contemnere opes, regn
ſplendorem, & dignitatem vitæ, ipſam etiam morter
tio vincat, nobis ſapientiæ & virtutis laudem conciliari
ti facile perficere: inter quos eximii, Crates, Diogene
norum Curii, Fabricii, Decii, Reguli. At ea quæ o
evertunt & conturbant, amplecti, & propriam ir
& miſeriam, ut alii omnes ſentiunt, aſſumere, & co
judicium niti, & fidem habere, ac ſpe inhærere, & fre
tionis noſtræ captu vehementius reſiliunt, quam f
ctus incudi, id profecto mirabile eſt, & majus con
num. Quapropter tota noſtræ religionis veritas lon
falſitate aliarum, ſed ſtudio & induſtria ſapientiæ h
Lib. 10. Epiſt. 97. Hucusque Parens meus. Plinius præterea conſtantiæ
gium reddit teſtimonium, eosque à gentibus diſcern
Trajanum: Propoſitus, inquit, eſt libellus ſine autor

continens, qui negarent, ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, cum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulachris numinum efferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto, QUORUM NIHIL COGI POSSE DICUNTUR, QUI SUNT REVERA CHRISTIANI. Unde conſtat, Chriſtianos tantum ob honorem ſanctiſſimi nominis Chriſti, & ſpe reſurrectionis & futuræ ejuſque beatæ vitæ, (quæ gentilibus ignota fuere,) & non ob gloriam, honores, opes & fluxas res hujus mundi omnia ſua, & vitam denique expoſuiſſe, omniaque tormenta & ludibria pro nihilo duxiſſe, idq; tam in aliis perſecutionibus, quam in ea, quam perpeſſi ſunt ſub Antonino Philoſopho, ex Gallorum epiſtola patet: Inſidias, inquiunt, domi foriſque, in omnibus publicis locis inclamationes, plagas, tractiones, direptiones, lapidationes, concluſiones, applicationes laminarum candentium, carceres tenebroſos, incluſiones, in equuleo ad quintum punctum, in ipſis cuſtodiis ſtrangulationes, beſtiarum dentes, ferreas ſartagines, patibula, ventilationes ex cornibus taurorum & ſimiles. Eadem deſcribit Juſtinus Martyr: Quod autem, inquit, nos in Jeſum credentes, nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidie. Cum enim obtruncemur, crucifigamur, objiciamur beſtiis, ignibus aliiſque tormentis tradamur, tamen à confeſſione non diſcedimus: ſed quanto magis in nos ſævitur, tanto plures pietatem fidemque per nomen Jeſu profitemur, haud ſecus, quam ſi quis vitem putatione provocet ad ubertatem. Nam vitis à Deo & Servatore Chriſto plantata, eſt ejus populus. Idem Juſtinus alibi: Interim quanto plura in nos expediuntur tormenta, tanto alii plures fideles, & veræ religionis per nomen Jeſu fiunt cultores. Ut enim ſi quis vitis excidat fructificantes partes, ut palmites, qui alios floridi & frugiferi protrudant ramos, illa proferat, facit; ita in nobis quoque accidit, &c. Ignorant ſanè illi ſanguinolenti & ſeditioſi homines, olim & noſtro ſeculo factitatum eſſe, ut quanto crudelior violentia religioni inferretur, tanto & illa magis amplificaretur, & receptus in mundo cultus deprimeretur. Sed de his peculiari capite antea multa tractavimus, & paulo poſt plura recenſebimus.

Euſeb. lib. 5. cap. 1.

In colloquio cum Tryph.

De animarum immortalitate.

Cap 39. prior. cent.

Caput LIX.

De feudis ligiis & Homagiis.

IN capite 6. primæ centuriæ mentionem fecimus feudi, quod ligium appellatur, & unde nomen ſuum traxerit, idque actionibus & ſolennitatibus

Digitized by Google

in inveſtituris adhibitis , comprobavimus , quod ſane v
exiſtimo reperiri. Ut autem hoc feudum ligium rectius
ligatur, ad priora exempla plura adjicere volui. Inprimi
dem edita eſt, in quodam Gallico libello, ſolennis & exac
Philippi Archiducis Auſtriæ, anno ſalutis noſtræ cIↃ. cc
facta, ex quo ſequentia huic capiti maximè convenientia
bilia deſcribere volui. Ita enim refert auctor oculatus h
le chancelier veſtu dune robbe de velour x cramois in ſon chapea
de ſa chambre, laquello ioignit à laute ſalle, en la maniere, qu
voir aynt au deuant de luy le dict Huyßier dudit grand conſeil
des couuerte , & haute , qui à haute voix diſoit , & criot ſitoſt
chambre, & entré en icelle ſeconde ſalle, pource quen icelle y au
gens , tant de gens & officiers de mondit ſieur l' Archiduc , qu
pouuot on tourner : Ces mots par trois on quatre fois, Deuant
ces, & apres ledit Huißier, alloyent les dits deux rois d' armes ,
veſtus des dittes cottes d' armes, dudit ſieur, puis marchoit ſieu
pres meßieurs des requeſtes, dudit grand conſeil, & Notaires C
noſtredit ſieur avec les quels s' eſtois. Et eſt à ſcavoir qu' ain
chancelier approcha de la chaire, ou il deuoit ſe ſoir, mondit ſieu
pres d' icelle eſtoit attendant mondit ſieur le chancelier oſta in c
ſa teſte en diſant á mondit ſieur le chancelier ces mots : Mo
bon jour, & en ce diſant baiſſa fort ſa teſte, & ſieur chancelier ſ
dire mot, mit ſeulement la main à ſon chapeau, quil accoit à ſa
iceluy oſter, puis s' aßiſten ſadite chaire. Ce fait ſieur L' Arch
ſenta à mondit ſieur le chancelier, pour faire ſondit hommage ,
ſuis icy uenus devers vous pour faire l' hommage, que tenu ſuis fa
touchant mes pairie , & contez de Flandres d' Arthois, & de C
tins de monſieur le Roy à cauſe de ſa couronne. Lors le chancelie
en ſadite chaire, & tout conuers de bonnet, & chapeau luy dem
ture, dague ou autre baſton. Lequel mondit ſieur l' Archiduc en
ſtoit ſains ceinture diſt , que Non- Ce diſt monſieur le chance
manis entre les ſiennes, & icelles ainſi tenant, & iointes, mon
veut encliner monſtrant apparenſſe de ſoy vouloir mettre à ge
ſieur le chancelier ne voulut ſouffrer , ains en le ſouleuant par
tenoit, comme dit eſt, luy dit ces mos , Il ſuffit de voſtre bon voule
le chancelier, luy profera en ceſte maniere luy tenant touſiouns l
& ayant mondit ſieur l' Archiduc la teſte nue, & encore s' effor
à genoux: vous deuenez homme du Roy voſtre ſouuerrain ſeigneu
hommage lige, pour raiſon des pairrie, & conté de Flandres, & a

thois, & de Charrolois, & de toutes autres terres, que tenez & qui ſont mouuans & tenus de Roy, à cauſe de ſa couronne, luy promettez de le ſervir juſques à la mort inclusivement, enuers & contre tous ceux qui peuuent viure & mourir, ſans nul reſerver: de procurer ſon bien, & euiter ſon dommage, & vous conduire, & acquiter enuers luy comme enuers voſtre ſouuerrain ſeigneur, A quoy fuſt par mondit ſieur l'Archiduc reſpondu: par ma foy, ainſy le promets & ainſy ie feray: Et cedit, mondit ſieur le Chancelier luy dit, ces mots: Et ie vous y recoy, ſauf le droit du Roy, en autres choſes, & l'autruy en toutes. Puis rendit la joue, en laquelle monſieur le chancelier le baiſa. Puis mondit ſieur l'Archiduc requit, & demanda à mondit ſieur le chancelier lettres de ladite reception dudit hommage. Lesquelles ſieur le chancelier me commanda luy faire & icelles depeſcher. Lors le chancelier ſe leua de ladite chaire, & ſe deſcouurit de chapeau & bonnet, & fiſt reverenſſe à L'Archiduc en luy diſant les mots: Monſieur ie faiſoy n'agueres office du Roy, repraſentant ſa perſonne & de preſentie ſuis Guy de Rocheſort, voſtres tres humble ſerviteur, touſiours preſt de vous ſervir, enuers le Roy mon ſouuerrain ſeigneur, & maiſtre en tout ce, quil vous plaira me commander. Donc ſieur l'Archiduc le remercia, &c. Arctum fuit ſanè hoc juramentum ligium, idque ſubjectionem aliquam non exiguam in ſe continere videtur. Non abſque cauſa itaque inter pacis conventiones cum Carolo V. Cæſare, & Franciſco Rege Galliarum, poſt Papienſem victoriam, liberato Rege ex captivitate, hæc clauſula XIV. Febr. anno CIↃ. D. XXVI. inſerta fuit: Flandriæ & Artheſiæ, omniumque aliorum locorum quæ Cæſar poſſideret, ſupremi Imperii jure Rex cedito. Sicut totam pacis formulam, hiſtoriæ ſuæ inſeruit Ludovicus Guicciardinus in ſua deſcriptione Belgii, vel inferioris Germaniæ, ubi ſcribit, tertiam Flandriæ partem eſſe feudum Imperii, & Comitem Flandriæ præſtare tam Cæſari, quam Regi Galliæ homagium. Ejus hæc ſunt verba: *Mais diſons à preſent de quelle maniere vſoit le comte de Flandres, faiſant hommage & à l'Empereur, & au Roy de France pour raiſon de leur ſouueraineté. car les ceremonies en eſtoyent belles, & dignes d'eſtre ramenteues. L'Empereur eſtant aſſis, & aſſiſté de ſes princes en Majeſté imperiale le comte bien & noblement ſuiuy, venoit ſe praſenter à luy la teſte deſcouuerte & la ceinture miſe à bas, è poſcant un genoil à terre un des conſeillers de L'Empereur, luy diſoit: vous venez icy, comme ſubject prince du ſainct Empire, à cauſe de l'Eſtat & ſeigneurie de Flandres, & de tout ce, que vous tenez & releuez de l'Empire: & promettès d'eſtre bon & loyal à ſa ſacreè majeſté, e la ſeruir fidellement contre chacun juſqu' a la mort. A quoy le comte reſpondoit, qu'ainſi l'affermoit il, & le prommittoit, & ſe leuant de bout baiſoit l'Empereur au front: uſant de meſme ordre & pareille ceremonie enuers ſon ſeigneur lige naturel & ſouuerrain le Roy de France. &c.* *Lib. 17.*

Hinc videmus, unam perſonam poſſe diverſo reſpectu habere plures dominos feudi, quo pacto autem hoc rectè fieri poſſit, declarat Everhardus in

 ſuis

ſuis topicis, in loco de Tanqnam ſeu reſpectivis, ubi nu
mitem Flandriæ inducit, qui reſpectu Comitatus Flandria
ſallus Regis Franciæ, & idem Dux Brabantiæ, Limburgi
driæ, &c. & ſic ratione aliarum terrarum & dominiorum
milem formulam jurisjurandi ligii, quod Rex Anglor
nonnulla beneficia & feuda, quæ tunc temporis habebat
conſuevit ex fœdere, quod anno M. CCC. XXXI. inter Phi
De Republ. lib. 1. c. 10. Eduardum III. percuſſum eſt, refert ita Bodinus: Rex
conjunctis, ac in manibus Regibus Francorum inſertis,
verba proferentem: *Vous deuenez homme lige du Roy de Fr*
me Duc de Guienne & pair de France, Conte de Poitu, & de
mettez foy & Loyauté porter, dites, voire. Alors le Roy de Fr
Angleterre a la foy & à la bouche. Id eſt: *Tu quidem evadis*
gu Francorum, ut Dux Aquitanorum, par Franciæ Comes P
lenſium, teque in ejus fide & obſequio ſemper futurum ſpondes
Hic Rex Anglorum aſſentiri ſe dicit, tum Rex Francorum in fi
Anglorum admittit.

Extat quoque peculiaris licet deteſtabilis formula j
præſtiti Soldano Mamalucorum Regi, adjunctis horre
In Chron. Sabaud. lib. 3. c. 43. precationibus Jacobi Baſtardi Regis Cypri, quam ita re
jurato quadragies Deo. Jacobus ſic ait: per Deum mag
ricordem & benignum formatorem cœli & terræ, & om
& per ſancta Dei Evangelia, per ſanctum baptiſma, per
Baptiſtam, atque omnes Sanctos, & per fidem Chriſtia
juro, quod omnia, quæ novero, aperta erunt domino m
Ægypti, & totius Arabiæ Imperatori Alleſerapho A
Deus fortificet; ero amicus amicorum ſuorum, & inimi
hil enim cælabo, neque piratas in regno meo patiar, neq
xilium dabo. Ægyptios, qui in regno meo ſerviunt, ema
bo, auri quinque millia nummum in Calend. Sept. tribu
altiſſ. Hieruſalem & Lamech ſingulis annis offeram. C
ne piratis arma miniſtrent. Quæcunque digna cognitu
Soldano renunciabo, in Juſtitia & veritate Pædami nihil
lentum erit. Quod ſi quid horum neglexerim, ero apoſt
S. Evangelii Chriſtianæque fidei prævaricator. Dicam
fuiſſe, negabo, Chriſtum vivere, & matrem ejus virginen
baptiſmatis camelum interficiam, & altaris presbyteros
tem negabo, & ſolum Jeſu humanitatem adorabo: ſu
fornicabor, & ſanctorum patrum maledictiones omnes

Recenſuimus quoque antea quædam exempla & ritus, quibus olim jurisjuranda, inciſione venarum, & hauſtu ſanguinis veluti confirmabâtur: Quod etiam Iſacio Imperatori Græcorum objectum fuiſſe Nicetas Choniates ſcribit, cum exprobratione, ideo eum negligere occidentalium Chriſtianorum pacta, quod cum Principe Saracenorum pacem feciſſet, &(ut moris eſſet illorum in amicitia conſtituenda) uterque vena in pectore inciſa, ſuum alteri ſanguinem propinaſſet: Sic quoque legitur in Janvillæi Seneſchallii Companiæ, hiſtoria, quam de rebus geſtis Ludovici Regis Galliæ, qui poſt mortem inter Divos relatus eſt, tanquam oculatus teſtis, ſcripſit: copias militum auxiliatrices cum Gallis in expeditione illa memorabili in Ægyptum contra Saracenos venas ſibi invicem ſecuiſſe, & ſanguinem mixto vino una exhauſiſſe, ut fides inter eos hoc veluti vinculo, & glutine ſanctior & firmior contra Turcos eſſet. *In Annal.*

Caput LX.

Proditores, licet initio grati iis quibus profuerunt, viſi ſunt, attamen paulo poſt pœnas dignas ſuſtinuiſſe.

Congeſſimus antea hiſtorias & morales doctrinas non vulgares, quibus demonſtravimus, proditionem eſſe tale vitium, quod licet primo aſpectu iis, quibus utilitas aut emolumentum inde acquiritur, arrideat, iique ſe remuneraturos proditores promittant, tamen eos interno odio proſequantur, & tales homines indignos præmio aut honore exiſtiment, eorumque ſcelus deteſtentur, non raro autem acerbè quoque puniant. Deteriores autem aliis ſunt ii, qui nulla neceſſitate impulſi, ſed tum ut reliquis honore, divitiis, dignitatibus excellere poſſint, vel patriæ, vel aliorum proditores perditè exiſtunt: Qui ſanè non ſolum ſibimetipſis, rodente verme conſcientiæ, diſplicent, ſed omnibus etiam aliis exoſi ſunt. Nunc vero alia quoque memorabilia adjiciam. Hoc Seneca cautè innuit, ubi dicit; Nec ulla major pœna nequitiæ eſt, quam quod ſibi ac ſuis diſplicet. At odit eos, qui ſubita & magna potentia inſolenter utuntur. Idem faciet, cum idem poterit. Multorum quia imbecilli ſunt, latent vitia, non minus auſura, quum illis vires ſuæ placuerint, quam illa, quæ jam felicitas aperuit, inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt. Sic tuto ſerpens, etiam peſtifera tractatur, dum riget frigore. Non deſunt tunc illi venena, ſed torpent. Loquitur autem, *Cap. 7. prior Cent.* *Epiſt. 42.*

Digitized by Google

meo judicio, de his Seneca, qui vel proditione, ambitione, luxuria, aliisve vitiis emergere ſatagunt, ſed illis facultas peccandi deeſt. Hinc ſæpenumero evenit, ut Principes viri aureos montes, dum aliquid cupiunt fieri, facilè promittant; poſt rem vero confectam, non ſolum, aut nihil, aut perpauca præſtare, ſed obliquè, & nonnunquam apertè proditionem exprobrare ſolebant.

Gomez. l. 8. in vita Ximenii.

Ad hanc rem rectius demonſtrandam allegavimus antea, ſed obiter ac ſuccinctè hiſtoriam veterem, ex Livio de Sp. Tarpeji Romani filia, quum Sabinis urbem prodidiſſet. Hanc M. Varro ita deſcribit: Mons Tarpejus à Virgine Veſtali Tarpeja, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta, ejus nominis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes Tarpejum appellatur Saxum, Et Servius in illum Virgilii verſum, ex libro 8: *Hinc ad Tarpejam ſedem, &c.* Tarpeja, inquit, ſedes dicta eſt, à Tarpeja virgine. Quum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpejo cuidam dediſſet arcem tuendam, ejus filia aquatum profecta, in hoſtes incidit, quam cum hortarentur ad proditionem, illa pro præmio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarum, id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſâ morte, promiſſa ſolverunt. Nam ſcuta, id eſt ſiniſtrarum ornatum, ſuper illam jacientes, eam luce privarunt, quæ illic ſepulta, Tarpejæ ſedi nomen imposuit, &c.

De familiis Romanis ex antiquis numiſ.

Hinc Petronia & Tituria gens, utraque ex Sabinis orta, ad indicandam ſuam originem, Tarpejæ imaginem in nummis ſignavit, ſicut videre licet apud Antonium Auguſtinum. Huc referri poteſt hiſtoria memoratu digna, quam Æneas Silvius refert.

In hiſt. Bohemica c. 11.

Bohemi, inquit, parta victoria, occiſo Uratiſlao, terram ejus ferro, atque igne devaſtant, inventumque Uratiſlai filium impuberem, Principi Grezomiſlao, qui & Necla dictus eſt, tradunt. Qui miſertus ætatis, patruelem educandum Duringo, ad Egram fluvium, imperium poſſidenti, Uratiſlai gratiſſimo quondam Comiti tradidit. Qui cæca cupidine captus, tanquam initurus principis gratiam, puero, qui ſuper Egram, qui tum glacie conſtrictus erat, perfracto gelu, piſces quærenti, gladio caput abſtulit, ſecumque id Pragam deferens, ubi ad Neclam introductus eſt, proferens cruentum caput; ſolium, inquit, tuum hodie firmavi, aut perire hoc, aut te oportuit; ſecurius in utramvis aurem, poſteà dormies, æmulo regni ſublato. Motus haud aliter, quam erat Princeps, tam diro ſpectaculo: perfidiam, ait, nulla beneficia vincunt. Ut aleres puerum, non ut occideres, credidi. Te neque meum imperium, neque amici memoria, neque innocentis pupilli miſeratio, retraxit à ſcelere. At mihi quietem parare voluiſti? Tui ergo meriti, hæc ſumito præmia. Ex tribus mortibus, quam malueris optionem habeto: aut gladio teipſum confodito: aut laqueo perſtringito guttur: aut ex Viſſegradenſi rupe præceps ruito. Duringus acceptà ſententia, in alni arbore, quæ propinqua fuit ſeſe ſuſpendit. Alnus poſtea quamdiu manſit, arbor Du-

bor Duringa dicta fuit. Conveniens itaque hujus ignominioſæ morti præconium & Epitaphium fuiſſet, quod Savarico piratæ famoſo teſte Mejero, poſitum fuit, tale videlicet: *In annal. Fland. l. 8.*

Concepit facinus mens: ſuaſit lingua: peregit
Dextra: malus, pejor, peſſimus ille fuit.
Concipiendo malus, ſuadendo pejor, agendo
Peſſimus: hinc turpis vitaq; morsq; fuit.
Mors ea non habuit planctum, nec vita favorem,
Nec facinus veniam, nec cinis exequias.
Mors latam, triſtem mora mortis fecerat urbem,
Cujus mors placuit, non bona vita fuit.

Non diſſimile fuit præconium ſceleratæ proditionis, Juliani, proditoris Roderici ultimi Regis Gothorum, ſicut prope Viſæum civitatem Luſitaniæ, in tumulo inſcriptio, quam antea recenſuimus, demonſtrat. At quanto laudabilius & honeſtius eſſet (ut paulisper à proditoribus divertam) extare præconia laudis, & virtutis in monumentis, ut poſteritas occaſionem potius haberet defuncti memoriam celebrandi, quam execrandi? Sicut inter alia extat egregium apud Arenates in Hiſpania, cum hac inſcriptione: *Cap. 7. Primæ Cent.*

IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO
AVG. GERMANICO DACICO
PARTHICO, PONT. MAX TRIB.
POT. POT. V. COS. VI. PP. DE
ROMANO IMP. DE PATERNA
ET AVITA HISPANIÆ PATRIA
ET DE OMNI HOMINVM GE-
NERE MERITISS. POPVLARES
PROVINCIÆ ARENATVM OPT.
PRINCIPI.

Ut autem ad cœptam materiam hujus capitis revertar, Eutropius ſcribit: Quum Viriatus interfectus à ſuis militibus eſſet, qui quatuordecim annos Hiſpanias, adverſus Romanos commoviſſet, & paſtor primo fuit, mox latronum dux, poſtremo tantos ad bellum contra Romanos populos concitavit, ut aſſertor Hiſpaniæ putaretur; & interfectores ejus præmium à Cœpione conſule peterent, reſponſum eſt, *NVNQVAM ROMANIS PLACVISSE, IMPERATOREM A SVIS MILITIBVS INTERFICI.* At recentior & quidem digna relatu eſt hiſtoria, quæ non ita pridem accidit, quum Rex Philippus Hiſpaniarum, mortuo Sebaſtiano, & Henrico ejus proximo agnato, reſignato Cardinalatu, Luſitaniæ Regibus, Antonioque regnum affectante, victo & expulſo, *Lib. 4.*

Digitized by Google

ricus exercitus, voti compos, abſq; impedimento trajecto Danubio, præter expectationem Juoniæ, proditores illos Valachos, acie diſpoſita, ante ſe propellere, ac tergiverſantes non ſecus ac hoſtes cædere. Quibus Juonia, vix exercitu ſuo in ordinem redacto, & acie inſtructa, viſis, & fraude ac traditione improviſa, licet ſero intellecta, ira & indignatione percitus, in eos vim tormentorum exonerare jubet. Sic illi proditores partim à Turcis in medio cæſi fuere. Turcæ vero proditorum terga ſecuti ijsque tecti per ſtragem cadaverum ad exercitum Juoniæ, ſanguine eis iter monſtrante, qui inſtar rivi, ex cæſis Valachis fluebat, pervenere: eosque multitudine ſua, & territos improviſa irruptione, facile profligavere, &c. Retinent ſane Turci (licet alioquin fluxa fides apud illos erga Chriſtianos ſit) hodierno die adhuc morem hunc, ut quantumvis nonnunquam Chriſtianos, præſertim ſi inter mancipia repeRiuntur, quæ authoritate & dignitate, vel etiam nobilitate, à quibus illis nihil extimeſcendum eſt, reliquis præſtant (quos majori conatu & perſuaſionibus, quam plebejos ad defectionem ſolicitare ſolent) ſpe præmiorum, aliave ratione, permoveant, ut relicto Chriſto Salvatore unico, Mahumeti ſeductori, ſeſe addicant, & ut ipſi vocare ſolent muſulmanizent: tamen ijs tanquam deſertoribus, & vanis hominibus, nunquam niſi multis experimentis longo tempore, probatis, fidem plene adhibeant; & ſi non aperte, tamen tacite eorum levitatem & inconſtantiam deteſtantur, licet eos Zſchelebos, honorifico apud ipſos, titulo, id eſt, nobiles viros appellent, ſicut ij qui in Turcia peregrinati, & cum ijs converſati ſunt, ſcriptis ſuis teſtantur. Imo ſuis Muſulmanis, quos ad proditionem & ſcelera, promiſſis & pollicitationibus impulerunt, neutiquam fidere ſolent. Exemplum antea recenſuimus de Judæo Medico Selimi, qui cum ab eo præmiorum ſpe perſuaſus, patrem Bajazetem veneno ſuſtuliſſet, juſſu ejus occiſus eſt, ſiquidem metuebat, ne tale quidpiam largitione corruptus, in ſe quoque committere auderet. Eandem gratiam quindecim exploratoribus, qui Corchutum fratrem ceperant, perſolvit, præciſis capitibus, & cadaveribus in mare merſis, inquiens, eos ſi fortuna adverſa ad capeſſendam fugam ſe etiam compelleret, tum & ſibi ab ipſorum inſidijs metuendum eſſe. Sed ne hoc caput ob prolixitatem lectori tædium afferat, plura de hac materia in proximum rejiciam.

Caput LXI.

De præmio & mercede digna proditorum.

In proximo ſuperiori capite mentionem ſuccinctè fecimus, quomodo Selimus Imp. Turcorum Medicum, qui patrem Bajazetem alioquin ſe-

In Pand. Turc. hiſt. 6.201.

nio & ægritudine fere conſumptum, largitione ſua corruptum, toxico ſuſtulerat. Hæc autem hiſtoria plenius ab alijs, in primis a Leonclavio noſtro, ita recenſetur: Selimum metuentem ne, ſe bello in Anatolia contra fratres Achemetem & Corcutem, occupato, rurſus Imperium ſibi vindicaret pater, corripuiſſe medicum patris Uſtarabim, promiſſis ei, ſingulos in dies, annonis aſperorum mille, qui reditus eſſet annuus 9000. T[illegible]orum, aſperis 40. pro uno thalero computatis. Itaque recepiſſe medicum, ſe Bajaſiti venenum pharmaco miſtum propinaturum. Ac tradidere quidam, venenum hoc fuiſſe comminutum pulveris inſtar, adamante[illegible]. Uſtarabim, in oppido Tzurulo Bajaſiti auctorem ſumendi pharmaci fuiſſe, quo mirificus ſeni vigor totius corporis & animi rediturus eſſet. Adnuente Bajaſite, medicum altero mane Sultaniſſium ad cubiculum veniſſe, quumque dormientem adhuc reperiſſet, expectabundum ibidem hæſiſſe, donec evigilaret. Elapſo temporis aliquo ſpacio, quum nec expergiſceretur, excitari juſſiſſe, jamque experrectum interrogaſſe, pharmacone uti vellet. Illo adſentiente, Uſtarabim antipharmaco multo ante munitum, prægustatam ab ſe medicinam Bajaſiti præbuiſſe hauriendam; ſimul cubiculariis mandaſſe, ne quid ei potus ſubminiſtrarent prius quam bene cooperto corpore ſudaſſet. Inde medicum, Conſtantinopolim ad Selimum ſe contuliſſe, qui promiſſi præmij loco juſſerit ei caput amputari; quod diceret, hominem ſceleratum, ac infidum Sultano patri, eadem uſurum erga ſe quoque perfidia, ſi quidem hoc uti faceret, ab alio quopiam compellatus eſſet. Præterea Oſorius egregium exemplum refert, de duobus regulis fratribus, Benaduxera & Fere, qui cum ob ſimultates cum Rege Feſſenſe, ad Luſitanos in oras illas Africæ, quas præſidio tenebant defeciſſent, & prælijs atque excurſionibus ſeſe fidos erga Afros præſtitiſſent, tandem amore patriæ & religionis Mahometanæ, rurſus Regi Feſſenſi his conditionibus reconciliatos eſſe, ut Chriſtiana præſidia, ex inſidijs ad ſe adducerent. Verum licet Benaduxera id facere conatus fuerit, à fratre minore Fere, ut ſalvi dimitterentur perſuaſum fuiſſe: Inter alias diſſuaſorias monitiones eſt fratris minoris, ad majorem memoriam digna, ubi ita dicit, tu à noſtri Regis Feſſenſis fide deſciviſti: tu bellum illi diuturnum intuliſti. Nunc rurſus ab Emanuele deficis?. Quomodo igitur is tibi credet, à quo toties fidem nefarie violatam eſſe comperit? Vetus dictum eſt, Regibus gratam eſſe proditionem, in ſuam utilitatem, commiſſam: proditoris tamen nomen inviſum, &c: Hæc cum Feres liberè & animoſè diceret, fratris animum non mediocriter irritavit, parumque abfuit, quin manus conſererent. Sed cum Benaduxera multo potentior eſſet, junior frater illi repugnare non potuit. Cum illo tamen egit, ut ſignum, & taberna-

De reb. Africis & Indicis, Lib.

culam Emanueli referri juberet, & Chriſtianos ſalvos redire permitteret. *In theatro nat. l. 8.* At cum fratres ad Regem Feſſæ pervenirent, Rex eos non admodum hoſpitaliter accepit. Utrique enim caput abſcindi juſſit; Illos enim, quod multum nobilitate & opibus excellerent, & metueret, ne defectione rurſus illi moleſtiam exhiberent, de medio tollendos eſſe ſtatuit, &c. Mahometani ſane, vel ut ipſi vocari volunt, Muſulmani, non ſolum erga proditores ſuæ religionis, ſed etiam Chriſtianos, quos illi Gauros vocant, male ſunt affecti, neque illis ex animo fidunt, licet aliud ſimulent, quamdiu ipſorum opera illis utilis eſt: deinceps vero illos, ſicut viperam, quando id quod ab ea medici ad theriacam præparandam ſumunt, deteſtantur, & occidunt. Quemadmodum Anno cIɔ. ccccc. LXVI. factum eſt, quum Ladiſlaus Kerezimus Hiulam prodidiſſet, & magna præmia ſibi promiſſa, ob hanc perfidiam, expectaſſet. Juſſo enim Selimi, accuſatoribus ſubornatis, ob exercitam in captivos Muſulmanos ſævitiam, ut ex eorum arbitrio pœnas lueret, traditus fuit; Qui hominem ſceleratum vaſi, clavis perforato, ſic incluſerunt, ut dolio de monte per declivia præcipitato, clavis oblongis & acutis confixus exſpiraret, ſicut Leonclavius noſter ſcriptum reliquit. *In ſupplem. Annal. Turc fol 118 Cap. 7 prior. Cent.* Huc ſpectat præmium, quod ut antea retulimus, proditor inſulæ Rhodi, accepit, ſicut memini me in quodam libro legere. Verum Cuſpinianus illam hiſtoriam decorticati proditoris, ſub ſpe nuptiarum Sultaniæ, ad Mahometum, cum is Conſtantinopolim obſideret, & civis ejusdem Urbis, infenſus ſuo Imperatori, proditionem tradendæ ſuæ patriæ, moliretur, refert. *In vita Conſtantini.* Conſtat ſane ex hiſtorijs, eos qui vel proditione, vel alio ſcelere, poſtpoſita ſalute patriæ, & principum ſuorum, facinora aggreſſi ſunt, majori ſupplicio puniri non potuiſſe, quam ut una cum ipſorum infami morte, etiam memoria plane obliteraretur. Exempla autem obiter adduximus de Heroſtrato Epheſio, Bajamonte, & Falerio Veneto, de quibus poſterioribus, (nam primi facinus jam olim obſoletum eſt) plura aſſcribam. Petrus Juſtinianus enim, de Bajamontina proditione & ſeditione ita refert: *In Hiſt. Venetæ l. 4.* Sedato tumultu ad abolendam, tam atrocis facinoris memoriam, publice eſt decretum: ut Bajamontis, & omnium, qui cum eo conjuraſſent, ſigna & nomina ubique tollerentur, ædes adhæc eorum, à fundamentis dirutæ, bona publicata, atque in perpetuam contumeliam, ſuperba Bajamontis in Auguſtino vico domus, ſolo æquaretur, & Marci Quirini, quæ eſt ad Rivaltum, in Macellum verſa. De altero ita ſcribit Petrus Marcellus; *In vita Marini.* cum circa annum cIɔ. ccc. LIV. creatus fuiſſet Dux Marinus Falerius, ut patriam tanti muneris in ſe collati, recompenſaret, ad occupandam per tyrannidem patriam, facta cum nonnullis plebeis conjuratione, de nobilibus interficiendis, animum vertit. At re detectâ, multi

ex conjuratis, capti, ac tanti ſceleris convicti, ſuſpendio necatur, Faletius vero ſuper ſcalam lapideam, atrij ducalis palatij, ſecuri percuſſus eſt. Quinetiam ædes ipſius dirutæ ſunt, & edicto curatum publico, ne unquam reædificari poſſint: Cum hac inſcriptione, HIC EST LOCUS Marini Faſerij decapitati pro criminibus: ſicut idem Petrus Juſtinianus teſtatur, ubi quoque integram hiſtoriam hujus conjurationis, & proditionis prolixè deſcribit. Mitiores in puniendo Reges & principes nonnulli fuerunt, arbitrantes, eos qui de repub. principe, vel patria, male meriti eſſent, nullo majori ſupplicio affici poſſe, quam ſi eorum nomen, una cum perpetuo ſilentio, occulto premeretur odio. Siquidem, quemadmodum anteà monuimus, delicta ea impunita non manent, quæ omnibus tacitè inviſa ſunt, & odioſa. Sed habuerunt & ſuas peculiares rationes & cauſas mitigandi pœnas atrociores. Sicut Alphonſus rex Aragoniæ prudentiſſimus fecit. Quum enim ut refert Antonius Panormitanus, quidam ſtirpe illuſtris, læſæ majeſtatis apud Regem delatus, facinorisque convictus, & majeſtatis reus eſſet, non ſententia aliqua lata, non ſcripto, ut ſolet, ſed tacito quodam judicio, in eum animadvertit, quo ex facto utrumque providit, & ne ſcelus impunitum remaneret, & ne generoſa reliqua domus unius ob noxam, notaretur infamia. Similiter Octavius Auguſtus Cæſar referente Suetonio, tam patiens fuit injuriarum, ut male de ſe opinantes, vel loquentes potius contempſerit, quam puniverit: Quod cum Tiberius ægrè ferret, & violentius per epiſtolam conquereretur, ei ita reſcripſit: ÆTATI TUÆ, mi Tiberi, noli hac in re indulgere, & nimium indignari, quenquam eſſe, qui de me male loquatur, ſatis eſt enim ſi hoc habemus, ne quis nobis male facere poſſit. Eodem modo ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expavit, & magna cura redarguit: ac ne requiſitis quidem auctoribus, id modo cenſuit, cognoſcendum poſthac de ijs, qui libellos, aut carmina ad infamiam cujuſpiam ſub alieno nomine edant. Non diverſas rationes olim habuit Apollonius Tyaneus: qui conſultus à Rege Babyloniæ, de pœna imponenda Eunucho, qui deprehenſus fuerat, una cum regijs pellicibus cubans, nihil aliud ſtatuendum cenſuit, quam ut viveret, ne veniæ cauſa, ſed ſupplicij, quod ipſum ſi vixiſſet, comitaretur. Si enim inquit, in vita permanſerit, ô Rex, difficilia & aſpera multa feret, nec cibo, nec potu, utens, nec ſpectaculis, quæ te tuosque delectant, fruens; ſaliet in eo inſuper cor, frequenter è ſomno excitabitur. Quis igitur ſic viventi morbus non aderit; quæ vè peſtis viſcera non laniabit? Quod ſi non nimium vitæ amator ſit, ipſe te ſæpius rogabit, ô Rex, ut ſe interficias, aut ipſe ſibi mortem conſciſcet, præſentem diem deplorans, quod non ſtatim ſibi mori contigerit, &c. Hic cruciatus & morſus animi cum ob furtum notatur & impatiens imputati criminis eſſet, Dioxippo Athenienſi pugili, licet inſonti accidit. Quum enim ipſe

Lib. 4. de hiſt. Veneta.

De dict. & fact. Alphonſi l. 2.

Philoſtr. l. 1. De vita Apollonij.

ipſe provocatus ad duellum, ab Horrata Macedone, in convivio, utroque temulento, eſſet, ac poſtero die in ſententia perſiſterent, Macedo, ut Q. Curtius ſcriptum reliquit, juſta arma ſumpſerat, æreum clypeum, haſtam, quam Sariſſam vocant, læva tenens, dextra lanceam, gladioque cinctus veluti cum cum plurimis ſimul dimicaturus: Dioxippus vero oleo nitens, & coronatus, læva puniceum amiculum, dextra validum nodoſumque ſtipitem præferebat. Verum cum dexteritate pugilis Macedo victus eſſet, triſte ſpectaculum non Macedonibus modo, ſed etiam Alexandro fuit: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidiſſe. Hinc ad criminationem invidorum apertæ ſunt Regis aures. Et poſt paucos dies inter epulas aureum poculum ex compoſito ſubducitur, miniſtrique, quaſi amiſiſſent quod amoverant, Regem adeunt. SÆPE MINUS EST CONSTANTIÆ IN RUBORE, QUAM IN CULPA. Conjectum oculbrum, quibus ut fur deſtinabatur, Dioxippus ferre non potuit, & cum exceſſiſſet convivio, ferro ſe interemit. Graviter mortem ejus tulit Rex, exiſtimans indignationes eſſe, non pœnitentiæ teſtem, utique poſtea quam falſo inſimulatum eum, nimium invidorum gaudium oſtendit, &c. Ita aulicorum invidia per calumniam oppreſſit innocentiam, quod ſane ratum non eſt. Recte itaque antea concluſimus, hanc materiam noſtram præſtare nomen probi & honeſti viri, memoriæ prorſus eximi, quam malè & incommodè poſteris innoteſcere. Merito ſane ideo laudatur integritas Sigiſmundi Epiſcopi Quinque eccleſienſis à Bonfinio. Is enim ſolicitatus à Maximiliano I. Cæſare, promiſſo in defectionis præmium Saltzburgenſi Epiſcopatu, ut ipſius partibus ſe jungeret, reſpondit: Datam ſemel Uladislao fidem, fallere nefas eſſe; unde & ipſe Cæſar integritatem Antiſtitis laudavit. Quo reſpicit utilis monitio D. Chryſoſtomi; ubi inquit: Nolimus ob terrenam nobilitatem in ſuperbiam efferri, licet longam progenitorum, & quidem clariſſimorum ſeriem numeremus. Eorum virtutes ſuperare contendamus, ſcientes aliorum opera nobis, non modo nihil in futuro judicio profutura, verum gravius condemnatura, cum optimorum parentum liberi, & domeſticis exemplis nihil profecerimus.

Lib. 9. de reb. geſt. Alexand.

Dec. 5. l. 5.

Cap. 2. in lib. Hom. 22.

CAPUT LXII.

Inimicorum tela & vulnera præter ipſorum intentum plerumque ad ſanitatem & utilitatem conducere.

SUida nos monet, ab inimicis multa diſcere ſapientes: nam cautio, inquit, ſervat omnes, ac ab amico quidem iſtud non diſces, ſed inimicus

Alexander. ultro extorquet. Nonne ab iiſdem, per quos perimus conſervabimur inimicos? Nam dum hoſtes timemus, ab eis juvamur, & ab inimicis multa edocemur utilia ad cuſtodiam & providentiam. Urbes certe quidem ab inimicis non ab amicis didicerunt, & alta mœnia extruere, & naves parare longas, quæ diſciplina conſervat liberos, familiam, pecuniam. Id ipſum innuere voluit *In Charmide.* Plato: In lucro, inquit, ponere debet puer hic capitis morbum, ſi futurum eſt, ut per occaſionem ſanandi capitis etiam mens ſanetur. Etſi autem detractiones & cavillationes inimicorum plerisque ita moleſtæ eſſe ſolent, ut nullo modo ferendæ eſſe cenſeantur; *Lib. 3. de offic.* (Detrahere enim, teſte Cicerone, aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera omnia:) ſemper tamen à generoſis & magnanimis naturis, detractiones, calumniæ & aculeata dicteria, neglecta & contemta fuere. *Lib. 8. c. 8.* E contrario, qui ea curarunt, & nimium ijs commoti ſunt, tanquã viles & degeneres habiti ſunt, quod Ælianus quoque obſervavit. Scommata & convitia inquit, nullam vim habere videntur. Nam ſi firmum animum petãt, diſſolvuntur & inania ſunt: ſin illiteratum & abjectum, poſſunt aliquid, & ſæpe non ſolum in dolores, verum etiam in mortem conjiciunt, argumento ſunt illa: Socrates cum in Comœdia taxaretur, ridebat; Poliagrius vero ſeipſum ſtrangulabat.

Hinc fit, ut quanto quisque ſui minorem habet fiduciam, tanto facilius aliorum dicta & facta ad ſuam contumeliam accipiat, vehementius iraſcatur, ægrius pacetur, immoderatius vindictam exerceat, & veluti contemptum ſui ulciſcatur.

Buchanan. in rerum Scot. L. 7. de reb. geſt. Ximen. Rectè itaque dicitur à Gomezio, viros fortes ſuæ ſibi virtutis & præſtantiæ conſcios contemnere ejusmodi latratus canum minutorum, & id ſolatium relinquere inferioribus, qui dicterijs dolorem ulciſcuntur. Idque applicat ad Franciſcum Ximenium Cardinalem & proregem Hiſpaniæ, qui libellos famoſos flocci facere ſolitus fuit. Alphonſus Caſtelli autem pergit ille, Madriti præfectus, famoſa illa carmina ad Adrianum & Laxaum detulerat, qui dentatis illis dictis minus aſſueti, indignuiſſimè tulerunt, ſeque vulgo deridendos propinarunt. Quocirca minus admirationis habet, ſi Adrianus poſtea Pontifex Maximus factus, Paſquini & Marforij ſtatuas ubi famoſi & ridiculi in urbe libelli aſſigebantur, in Tyberim projici curaverit. Cui Sueſſanus Caroli legatus peropportuno ſermone dixiſſe fertur, ſi in flumen projiceretur, ranas illiusmodi mali carmina eſſe cantaturas. Quo dicto, ſic Pontificis conatus repreſſit, ut amplius ea de re actum non ſit, &c. Hucusque Gomezius. Nonnulli addunt, eundem Pontificem his rationibus non contentum, ſed indignabundum reſpondiſſe: Comburatur ergo illa ſtatua trunca Paſquini. Cui Cardinalem quendam reſpondiſſe, ex combuſto

buſto

buſto Paſquino cineres non tantum in urbe, ſed longe lateque diſperſum iri, unde capturos clientes Paſquini occaſionem, celebrandi ſuis poematibus & ſcriptis memoriam ſui patroni, ut nihil aliud hac combuſtione efficeretur, quam ut cineres illi in totum orbem, quod remanente illa ſtatuta trunca vitari poſſet, diſpergerentur.

Sigiſmundus Cæſar ſane, qui cum ob alias virtutes Imperatorias, tum commendatur, ob manſuetudinem, imitatus hac in re Alexandrum Magnum, conjunxit, Regium eſſe male audire, & benefacere. Cum igitur quidam ex familiaribus ægrè ferrent maledicentiam vulgi, quæ ſuo principi maledictis non parceret, ſubridens illis reſpondit: An vobis grave videtur, illos male loqui, cum nos male agamus? Et expoſtulanti cuidam cum eo, quod victis hoſtibus non ſolum vitam & opes relinqueret, ſed & inter amicos eoſdem reciperet atque extolleret: Tibi, inquit, videtur utile, occidere inimicum; at ego inimicum occido, dum parco, & amicum facio, dum extollo.

Cæterum ſicut non eſt tutum, quævis dicere vel ſcribere contra potentiores, qui poſſunt necare, & proſcribere, ſicut Peſcenninus Niger cuidam adulatori apud Spartianum reſpondit: ita hominum linguæ & vota compeſci plane nequeunt, quin principes ſævi, deteſtabiles, & probroſi propter magnas illatas hominibus calamitates, omnibus omnium dictis ſcriptisque & in vita & poſt mortem lacerentur. Quod graphicè ab Homero hiſce verſibus depictum eſt, ſicut e Græco tranſlati ſunt: Odyſſ. τ.

Quisquis in humanis ſtudet inteſtabilis uti
Moribus, huic omnes vivo clam dira precantur;
Huic omnes credunt fas inſultare perempto:
Sincerum vita contra culpaque carentem,
Tantus inumbrat honos, ut famam nominis ampli
Quilibet extremas paſſim ferat hoſpes in oras.

Caput LXIII.

Inimiciter non iraſcendum.

Experientia teſtatur (dolendum ſane) non tam olim apud Ethnicos, quam noſtro ſeculo, iras & inimicitias, accedente atroci vindictæ cupiditate, præſertim inter ſanguine conjunctos, tam contra ſacrarum literarum, quam Ethnicorum prudentum præcepta, & monita virorum, non ſolum diuturnas, ſed plerunque immortales, & hæreditarias eſſe, easque non civili-

ter.

Digitized by Google

Cap. 92. ter & humaniter, ſed injuriis & calumniis, exacerbatis animis, odiis & inſectationibus atrociſſimis exerceri. De conſanguineorum autem ſimultatibus graviſſimis peculiare caput in prima parte operarum ſubciſivarum mearum invenitur, quod in ſuo ordine pluribus exemplis declarare ſtudebimus.

Nunc vero Cariſij dictum memorabile, hoc capite meditationis repetendum & illuſtrandum eſſe duxi: INIMICITER videlicet IRASCENDUM NON ESSE. Ea intentione legati Hetruriæ civitatum fuere, cum Romanos apud Dionyſium Halicarnaſſæum ita monent: Ne, cum homines ſint, quicquam præter humanam naturam ſentirent, neve IMMORTALES IRAS IN MORTALI CORPORE GERERENT. Quo reſpexit Jovianus Pontanus in ſeptimæ tabulæ ſuæ marmoreæ inſcriptione, quas Neapoli ante ſuum ſacellum peculiare, in quo ſibi ſuisque monumenta conſtruxit, poſuit, quæ talis eſt: HOMINEM ESSE SE HAUD MEMINIT, QUI UNQUAM INJURIARUM OBLIVISCITUR. In tales irreconciliabiles homines Julius Cæſar Scaligar ita intonat: Inconciliati nebulonis & protervi eſt, odia veteris inimicitiæ redintegrare. Huc ſpectat Plautinum illud admodum ſcitum:

Roman. antiquit. l. 5.

Epidor. l. 4.

Homines, qui geſtant, quiq; auſcultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant:
Geſtores linguis, auditores auribus.

Imprimis autem ij, qui duro, præfracto, truculento, & intractabili ingenio ſunt, & quibus nihil recte dici aut fieri poteſt, niſi quod ipſis placet & arridet, tenaciſſimi ſunt odiorum & injuriarum, vel verarum, vel fictarum; neque ullo beneficio ſemel irritati, penitus deliniri vel conciliari poſſunt: ſed dolis & inſidijs, & ſi eæ non procedunt, aſſuentes pelli vulpinæ particulam leoninæ, obtrectationibus & convicijs nocere & evertere conantur eos, quos odio proſequuntur, & ſibi imaginantur diſſentire ab ipſorum placitis. Immemores illi ſunt doctrinæ Auguſtini: Non convicijs, ſed rationibus inter eos, qui de re aliqua diſceptant, agendum, nec de perſona adverſarij, ſed de re, & quæſtione propoſita dicendum eſſe. Hoc patet ex Pertinacis Imperatoris prima oratione ad Senatum, cum occiſo Commodo, illi Imperium delatum eſſet, ſuccincta quidem, ſed admodum nervoſa; Ut tenax, inquit, injuriarum memoria, (quod enim offendit, nunquam obliteratur) ſic beneficia in ipſo excidunt uſu. Diverſo enim modo, inquit Dio, à plerisque mortalium injuriæ atque beneficia accipiuntur. Nam iræ quidem vel inviti memoriam retinent: memoriam autem beneficiorum ultro projiciunt: hoc, quod ij videri volunt, qui tanquam imbecilliores ab alijs ſint adjuti: illud, quia nolunt ſuſpicionem timiditatis de ſe præbere, ſi quidem injurias ſibi illatas non ulciſcuntur. Id quoque

Hiſt. Rom. l. 40.

Thucy-

Thucydidi ignotum non fuit. Homines, inquit, magis iraſcuntur, cum injuria infertur, quam cum vi dominantur. Nam cum æquales inferunt injuriam, videntur homines jus repugnandi habere: Violentiam vero potentiorum ferendam eſſe ſciunt: Hinc dementis hominis cenſetur, ſi inferior læſus, cum potentiori calumniis & injuriis certare velit, juxta tritum verſum, qui in proverbium abiit:

Cum pare certare, eſt dubium, cum principe ſtultum.

Quo cum conſentit, quod ait Heſiodus;

ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Recenſetur autem in tractatu militari & politico Noveſii hiſtoria memorabilis, quod audiverit, nobilem quendam ſibi narrantem, ſe videlicet per decennium quatuor atrociſſimis malis conflictatum, & ab illis tandem liberatum fuiſſe.

I. Quod controverſiam & litem habuerit graviſſimam, in qua de dimidia parte omnium facultatum in periculo fuerit.

II. Quod periculoſiſſimo & propemodum incurabili morbo correptus.

III. Quod cum peſſima & vehementisſima conjuge vivendum & rixandum.

IV. Quod in actione injuriarum graviſſima litigandum illi fuerit. Verum priora tria mala aliquo modo tolerabilia fuiſſe, cum nonnunquam ſpacium reſpirandi ab illis habuerit. Quartum vero ob cupiditatem vindictæ, irarum, & commotionem animi, noctu & interdiu ſibi quietem & tranquillitatem omnem abſtuliſſe, & continuè abſq; intermisſione moleſtum fuiſſe. Unde apparet, quam ſævus & perpetuus tortor, odium, ira & vindicta, quando ſemel animum indulgentem occuparunt, eſſe ſoleant. Traditur itaque *Anni Scot. Tacit. lib. 4.* hæc doctrina à circumſpectis aulicis: quod licet aliquis à principe (de paribus enim ſeſe ſponte præ aliis efferentibus, alioſque ſui ordinis deſpicientibus, minus eſt periculi) ſit læſus, & juſtam de illo conquerendi occaſionem habeat: caveat tamen ſemper prudens vir, & abſtineat convitiis in eum. Sæpe enim magis perniciosum cenſent, de illo contumelioſe loqui, quam conjurationem in illum inire. Poſſet hoc multis exemplis declarari, inter quæ memorabile eſt, Philotæ filii Parmenionis, cum ab Rege Alexandro occupato ejus animo obtrectationibus & delationibus, ob nonnullos ſermones duriores in ſe habitos necaretur, qui tamen inter alia ſe excuſat, Regi ipſi hoc, quod objiceretur, ſed non de rege ſcripſiſſe. Alia ſane animi manſuetudine præditus fuit Fridericus Cæſar III. vel ut alii volunt IV. hujus nominis: Etenim cum nonnullos dicta probroſa & injurioſa in eum profudiſſe, aulici re-

Vide hiſtor. Arriani. Curtium & Plutarch. de tranqu. animi.

ferrent, nihil planè commotum, reſpondiſſe ferunt: Principes & alios præſtantes viros, quaſi ſignum, ad quos omnes virulentæ linguæ tela conjicerent, expoſitos eſſe, non ſecus ac turres præaltas fulmina feriant, humilia tecta prætereant. At bene nobiſcum, inquit, agitur, cum verbis tantum impetimur. Generoſa ſane vox, tanto principe digna, qui leonis, inſtar canum latratus, à quorum morſibus ſecurus eſt, nihili pendit, ſed eos tanquam innocuos magno & heroico animo contemnit. Quo affectu etiam Titus Veſpaſianus, amor ille ac deliciæ generis humani præditus erat? quem dixiſſe accepimus, Bonum principem injuria affici non poſſe. Quæ exempla ad tit. Cod. ſi quis Imperatori maledixerit, & ad reſponſum Modeſtini JCti in l. famoſi. ad leg. Jul. majeſt. pertinent. Non ignoro autem, ſæpenumero convicia inimicorum ſalutaria præter voluntatem & intentum conviciantis, & inſtar medicamenti eſſe ſolere. Quemadmodum enim is, qui Prometheum Theſſalum cogitabat occidere, ſicut in proximè antecedenti capite hoc, & nonnulla alia memorabilia exempla recenſuimus, caſu tuber ita percuſſit ac diſſecuit, ut præter voluntatem & intentum ſervaret inimicum, ruptoq; tubere periculo liberaret: ita non raro fit, ut convicium per ſimultatem & odium impactum, medeatur animi morbo, vel ignorato, vel neglecto.

Caput LXIV.

In mortuos non ſæviendum, neque illorum famæ detrahendum.

Cap. 3. NOn abſq; ratione Chilonis Lacedæmonii dictum memorabile in priori parte operarum ſubciſivarum induximus, Defunctum non maledictis afficiendum, ſed beatum prædicandum. Ob hanc cauſam ab Athenienſibus iis, qui in bello pro patria fortiter occubuerant, ἐπιτάφια carmina inſtituta, in quibus mortui publice celebrabantur, ſicut egregia oratio funebris hac de

Lib. 2. re extat Periclis apud Thucydidem. Athenienſes ſane adeo ſepulturæ eorum, qui in bello occubuiſſent, curam habuere, ut ſi quis Ducum bello peremptos ſepulchro honeſtare neglexiſſet, capitis pœna puniretur. Quare & ſummos duces quia ex ſos navali pugna in mare projecerant, gravi ſupplicio affecere. Quinetiam cum occiſorum pro patria, cadavera minus aſſequi poſſent, diſperſa eorum oſſa & diſſipata diligenter exquirere, & humo mandare curæ fuit, cæteraque facere, quæ paulo ante indicavimus. Unde de Nicia egregio Athenienſium Imperatore traditur, quod omnem exercitum ſubſiſtere juſſerit, ut duos tantum peremptos milites ſepulturæ mandaret. Cimon quoque Miltiadis filius ſe captivum exhibere non dubitavit, ut pater ſepulturæ tra-

deretur. Sic Julius Gyrald. hæc & alia non ſolum in publicis, ſed etiam privatis funeribus obſervavit. Ob hanc rem ſingularis manſuetudo Herculis paſſim prædicatur. Ferunt enim eum primum ante hominum memoriam mortuos ſuis ad ſepeliendum reddidiſſe, quum eo tempore parum occiſos curare ſolerent, & canibus ad veſcendum relinquere. Unde inquit Homerus: *De variis ſepult. ritu.*

——Canibus ſunt præda relicta. Et:
Ut canibus fierent laniandæ voluptas.

Sepulturæ enim honos nunquam invideri debet, nec negari, ne quidem hoſti ab hoſte. Exempla antiquorum habemus, Achillis erga Hectorem, apud eundem Homerum, & Creontis erga Polynicem inſepultum, apud Sophoclem. Ideoque deteſtanda improbatur inhumanitas in Tragœdia Antigone. Inprimis autem commendatur ab eodem in Ajace, Ulyſſis generoſa manſuetudo erga defunctum Ajacem, licet hoſtem acerrimum in adjuvando Teucro, qui cadaver Ajacis, prohibentibus id Agamemnone & Menelao, ſepelire, & ultimum officium amico præſtare volebat. Ita enim compellat Agamemnonem Ulyſſes, ſicut ſtylo tragico à Joſepho Scaligero ex Græco tranſlatum e Sophocle eſt: *In Ajace. Lorario.*

Audi: per ego te cælites, ne projici
Virum ſepultum hunc ſinas inclementius,
Nec eo usq; te odii provehat licentia,
Ut omne jusque fasque pio ſubigas pede.
Mihi omnium ille peſſimè infenſus fuit,
Ex quo arma Achillis lite noſtra evicimus.
Sed tamen ego illum tam male animatum mihi
Non usq; nauci fecerim, quin omnium
Illum virorum, poſt Achillem acerrimum
Ut flocci & illum facere, cauſæ non ſit.
Nam uni viro illi, ſed Deorum legibus
Injurius ſis. Cæterum virum bonum
Inceſſere laudibus mortuum, licet oderis.

Caput LXV.

De favore ſobolis propagandæ, & multitudine civium Romanorum.

APud Macrobium lib. 7. Saturnalium legimus, tria eſſe, quæ ex animæ providentia accipiat corpus animale; ut vivat; ut decore vivat; ut im-

Digitized by Google

immortalitas illi ſucceſſione quæratur. Hinc videmus paſſim in hiſtoriis, *Lib. 7.* quemadmodum cœlibatus valde exoſus olim fuerit, ut Strabo de libera à conjugio vita, cœlibes ſemivivos, vitæ humanæ parum utiles, & dubiæ lucis dixerit: ita vice verſa negari non poteſt, miram fuiſſe veterum prudentiam & curam propagandæ ſobolis. Ideoque tam multæ leges hac de re extant, *Lib. 4. de legib.* inter quas præ cæteris memorabilis eſt Platonis, hæc videlicet: UXOREM QUISQUE A TRIGESIMO ANNO AD TRIGESIMUM QUINTUM DUCITO, SI NON DUXERIT, DAMNAS ESTO, ET PECUNIARUM INFAMIÆQUE NOTA INURITOR. Ut autem rectius cognoſcatur, quid hunc ſapientiſſimum legiſlatorem ad hanc legem ſtatuendam moverit, ratiocinatur ibidem: Quiſque ſecum ita cogitet, eſſe naturæ vim quandam atque efficaciam, qua genus humanum immortalitatem quandam conſequitur, cujus nimirum innata eſt in unoquoque vehementiſſima cupiditas. Nemo enim eſt, qui non peroptet, perpetuum & illuſtre apud omnem poſteritatem nomen habere. Humanum igitur genus, cum omni tempore cognationem habet; cum generationis beneficio immortalitatem quandam adipiſcitur, id eſt, unuſquiſque liberos relinquens, in ſuis liberis quodammodo renaſcitur, prolemque ſuam quaſi in poſterum ſerit, eoque ipſo humanum genus perpetuo ſibi conſtantem immortalitatis imaginem habet, quo ipſum immortale perduret, unum videlicet atque idem perſtans. Tanto autem beneficio ſeipſum ultro privare nefas eſt. Eo autem ſeipſum privat de in- *In deſcript. Auſtria.* duſtria, qui liberos & uxorem negligit, &c. Huc referendum ex Gerardo de Roo, quod Electores inter alia moverit copioſa proles, ut Rudolphum I. *L. Liberorū de verbor. ſignif.* Imperatorem elegerint. Has rationes prudentiſſimi legiſlatoris, & alii multi, ante & poſt eum ſecuti ſunt, ſicut ex Calliſtrati Jureconſulti reſponſo lib. 2. quæſtion. apparet, ubi ita dicitur: Etenim idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatem nobis memoriam in ævum relinquamus. Et Paulus JC. fontem memoriæ propaga- *L. Pronunciatio. eod. tit.* tionem nominis dicit. Lycurgi etiam lex apud Spartanos fuit, quod ſi qui in orbitate & ſolitudine cœlibes viverent, ea afficerentur ignominia: ut à ludis arcerentur, per hyemem vel forū nudi circumire cogerentur. Nam Spar- *Genial. dier. lib. 4. c. 8.* tæ, ut Alexand. ab Alex. notavit, tam cœlibi, quam ſero & malo marito, legibus indicta pœna fuit, quæ judicia cacogamia & opſigamia dicebantur. Romani ſane cum viderent, non tantum privatas familias hac ratione, veluti fonte quodam perenni conſervari, ſiquidem primi parentis nomen retinetur ab omnibus, qui ab eo deſcendunt poſteris, ſed multo magis obſervarent Reipub. & Imperii ſalutem incolumitatemque in eo conſiſtere, ut urbs militari juventute augeretur, quæ veteranorum mortuorum vices complere poſſet. (Huic enim rei unice ſtudebant: unde Cajus Vatienus,

Digitized by Google

qui digitos ſiniſtræ manus abſciderat, ne bello Italico militaret, decreto ſenatus, omnium bonorum publicatione, perpetuiſque vinculis damnatus eſt. Sic Trajani temporibus, is qui delectu per bellum indicto, filium *Lib. 6. c. 3.* debilitaſſe dicebatur, ut inhabilis militiæ eſſet, deportatus eſt. Eodem *Lib. 15.* modo Caligatum, qui metu hoſtium languorem ſimulavit, in pari cauſa proditionis eſſe reſponſum eſt, ſicut apud Valerium Maximum videre licet.) Romani inquam, cum hæc viderent, privilegia multa indulſerunt, quibus cives ad propagandam ſobolem incitarentur, & veluti alacriores ſpe immunitatis, & præmio redderentur. Teſtis eſt hac de re lex peculiaris Julia, vel Papia de maritandis ordinibus, quam Auguſtus tulit, qua ducere omnes omnino uxores cogebantur liberorum creandorum cauſa. Hujus legis diu ante fuit author Q. Metellus Cenſor, cujus orationem hac de re Auguſtus Cæſar, velut ſuo tempore ſcriptam, in ſenatu recitavit: Teſte Floro in epitome Livii lib. LIX. Huc quoque reſpexit SC. Tertullianum, nec non & jus trium liberorum.

Quin etiam præturas, quæſturas, conſulatus, honores, & magiſtratus Romani parentibus plurium liberorum, præ cæteris attribuere. Matronis quoque quæ filios progenuiſſent, lecticarum uſum, margaritarumque permiſſum, cum aliis lege ademptus eſſet. De liberis etiam multa, ad jus *L. nec patronis C. de oper. liber.* nuptiarum, & matrimoniorum liberorumque pertinentia ſancita erant. Nam ex d. lege Papia, ſi libertus duos filios, vel diverſo tempore in pote- *L. adigere. De jure Patron.* ſtate habuiſſet, obligatione operarum liberabatur. Remittebatur etiam liberto jusjurandum, quod in hoc appoſitum erat, ne uxorem duceret, libertæve ne nuberet, ſi modo nuptias recte contrahere vellent. Reliqua de lege Papia Poppæa inveniet ſtudioſus lector in commentariis Juſti Lipſii doctiſs. ad lib. 3. Annalium Taciti, ubi accurate & diligenter colligit, quæ ob favorem liberorum ſancita ſunt. Dionyſius porro in ſuis antiquitatibus, inquit, qui tres liberos habebant, procis alimenta usque ad puberem ætatem accipiebant ex publico, lege lata in honorem & gloriam Tergeminorum, eamque Romanos usque ad tempora ſua ſervaſſe idem re- *Lib. 2. bell. civil.* fert. Eodem modo Appianus dicit, ſi qui trium liberorum jus habuiſſent, neque eſſet unde alerent, iis legem Agrariam promulgari ſolitam. Ob hanc cauſam Cæſarem in conſulatu ſuo, ut gratiam popularem iniret, agrum ſtellatum viginti millibus civium, quibus terni, pluresque liberi eſſent, diviſit. Neque mirari aliquis debet Romanorum populum eo tempore tam frequentem fuiſſe, ut viginti millia civium, cum multiplici prole reperti ſint. Qualis enim multitudo Romanorum deinceps fuerit, apparet ex inſcriptione antiquiſſima, quæ ibi in porticu ædis S. Gregorii ad velum aureum legitur, hæc videlicet: TEMPORIBUS CLAUDII TI-

BERII FACTA HOMINUM ARMIGERORUM OSTENSIONE IN ROMA SEPTILS DECIES CENTENA MILLIA LXXXXXXLVII. MILL. X.

Lib. 4. c. 1. Quinimo Euſebius auctor eſt, cenſu ſub Auguſto, qui Cæſaris hæres, & ſucceſſor fuit, Romanorum capitum quadragies ſemel centena millia cenſa fuiſſe. Deſinant igitur mirari ii, qui multitudinem clavium Pariſienſium ita extollunt, ex quibus Gaguinus lib. 10. tempore Ludovici XI. centum & quatuor hominum armatorum millia, magna cum admiratione legatorum Aragonenſium, ex illa civitate (cujus ambitus ſi non major, urbis Romanæ eſt: tamen non multo anguſtior reperietur) prodiiſſe refert. Horum multitudinem interjecto tempore potius auctam, quam diminutam fuiſſe, plerique exiſtimant. Eodem modo de cenſu civium Venetæ urbis plura refert Bodin. de Repub. ad quem, ne plus æquo prolixior in hoc capite ſim, ſtudioſum lectorem remitto. Non ſolum autem Romanis propagatio ſobolis curæ fuit: verum etiam aliis quoque nationibus. Ut enim de cæteris taceam, apud Perſas, ſicut Herodotus eſt author, poſt bellicam fortitudinem potior ducebatur, numeroſæ prolis procreatio, & illis, qui quam plurimos liberos procreaſſent, Rex, tanquam ſtrenuum quippiam præſtitiſſent, ſingulis annis munera mittebat. Et ut conferam parva magnis, idipſum quoque obſervatur adhuc quotannis in nonnullis Imperii liberis civitatibus, apud nos Germanos, cum quotannis novis maritis, qui in prole propaganda felices & ſtudioſi fuerunt; in frequenti cœtu hominum, cum publica gratulatione munuſcula, veluti induſtriis offeruntur, cum hoc encomio, ex veteri more recepto, daß ſie die Welt gemehret haben. Hæ de quibus diximus immunitates, & privilegia apud Romanos, favore prolis conceſſa, tandem non ſolum in abuſum & deſuetudinem abierunt, verumetiam plane neglecta ſunt; ſiquidem non raro accidit, ut jus liberorum iis indulgentia Imperatorum concederetur, qui parum felices in procreanda ſobole fuiſſent, ſicut ex Martial. Epigram. lib. 2. videre licet, ubi ita compellat Cæſ. Domitianum:

Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,
Natorum genitor credar ut eſſe trium.

Et paulo poſt ita compellat uxorem:

Natorum mihi jus trium roganti,
Muſarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat, valebis uxor:
Non debet domini perire munus.

Lib. 10. Teſtis præterea eſt Plinius ſecundus, ubi is à Trajano petit Suetonio Tran-

Tranquillo jus trium liberorum, eo quod parum felix matrimonium ex- *Epiſt. 95.*
pertus fuerat, concedi, ubi quoque ex reſponſo Trajani apparet, quam par- *Lib. 4. c. 26.*
ce hæc beneficia fuerit ſolitus concedere. Conſtantinus deinde Magnus,
teſte Euſebio in ejus vita, legem veterem contra infœcundos, vel de effœ-
tis, qua ii, quibus nulli liberi eſſent, à fœcundorum ſucceſſione arceban-
tur, ſuſtulit, ſanxitque ut ad propinquos hæreditas deveniret, ſummam,
inquit Euſebius, in hoc corrigendo moderationem & æquitatem ſecutus,
cum ita ſentiret, qui voluntario ſcelere ſe implicaſſent, digno ſupplicio
coercendos eſſe; at multis liberos, non voluntatem ſuam multorum libe-
rorum cupidam, ſed naturæ imbecillitatem denegaſſe: alios ſine liberis vi-
xiſſe, non quod ſobolis propagationem, ſucceſſionemque abhorrerent,
ſed quod acerrimum Philoſophiæ amorem muliebri connubio antepo-
nerent. Præterea caſtitatem & inviolatam virginitatem, multas mulie-
res ſacris dicatas, conſtanter retinuiſſe, cum omni puritate, & ſanctitate
perfuſa vita, ſe totas corporibus, & animis Deo conſecrarent. Quid ergo?
ſupplicio ne hoc dignum exiſtimari debet, an potius admiratione quadam
& approbatione? Etenim propenſa in hoc genus vitæ voluntas magni-
facienda eſt; ſed eam recte factis tueri, & usque ad extremum perſequi,
longe ſupra naturam eſt. Quibus igitur non ipſorum voluntas, ſed natu-
ræ imbecillitas liberos denegavit, eos miſericordia, non ſupplicio dignos
eſſe at divinioris vitæ amatores, non aliqua pœna afficiendos, verum in-
credibili admiratione ſuſpiciendos eſſe. Atque iſto modo legem hanc
Imperator ſumma æquitate emendabat. Hæc Euſebius. Poſtremo Ho- *Leg. 1. & 2.*
norii, & Juſtiniani conſtitutionibus, quas habemus in Codice noſtro, pla- *De jure Li-*
ne extincta hujusmodi privilegia ſunt nihilque differre à fœcunditate vir- *beror.*
ginitatem voluerunt; quod Procopius cauſam everſionis Romani Impe-
rii fuiſſe exiſtimat. Etenim cum homines propagationem ſobolis negli-
gerent, infrequentiores factæ ſunt civitates, ita ut Barbarorum ingenti-
bus exercitibus impares fuerint. Recte itaque Aventinus dicit, Conju- *De reb. Tur-*
gium, & militiam veteribus magnopere curæ fuiſſe, quibus neglectis im- *car. 4. parte.*
perium firmum, & durabile manere haud unquam poſſe. Hoc etiam Ro-
mano imperio accidit: nam neglecta ſobolis propagatione, etiam militia
ipſorum contemptui habita eſt, idque inprimis animadverſum fuit tem-
pore Valentis Imp. Cum enim Gothi ab Hunnis propriis finibus pulſi eſ-
ſent, iique Valenti ſupplices fierent, is, ut Socrates in Eccleſ. hiſtor. memo- *Lib. 4. c. 28.*
riæ tradidit, minime quid inde futurum videretur animo proſpiciens; illis
partes Thraciæ ad incolendum permiſit. Sic enim cogitabat, ſe ex illis ex-
ercitum paratum, inſtructumque contra hoſtes habiturum: quinetiam
Barbaros cuſtodes multo plus terroris, quam Romanos hoſtibus incuſſu-

ros.

Digitized by Google

ros. Et ob eam cauſam de cætero in milite Romano augendo cœpit eſſe negligentior, atque adeo veteranos milites, qui in bello viriliter, & magno animo dimicare norant, penitus contempſit. Pro militibus autem, qui ex provinciis vicatim colligi ſolebant, pecuniam exegit, juſſitque ut pro ſingulis militibus octoginta aurei exigerentur, idque cum illos antea tributo levaſſet. Hæc quidem origo, & cauſa fuit, cur res imperii Romani ad aliquod temporis ſpatium parum proſpere ſuccederent. Nam Gothi occupata Thracia, & provincia Romanorum, res adeo ſecundas ferre neſcivere: Sed contra ipſos Romanos qui tanta beneficia in eos contulerant, arma capere, omniaque loca ad Thraciam ſpectantia vaſtare cœperunt. Alio ſane animo, & quidem circumſpectiore, fuit Hadrianus Imperator. Ita enim, ut refertur ab Ulpiano JC. reſcripſit: Favorabilem apud me cauſam liberorum Albini numerus facit, cum ampliari Imperium hominum adjectione, quam pecuniarum copia malim. Cæterum cum propagatio ſobolis adhuc honorifica, & privilegiata apud Romanos eſſet, multæ in favorem ejus, ut diximus, conſtitutæ ſunt leges, inter has habemus in l. ſed in hac §. fin. cum aliis in titul. de condit. & demonſtrat. ubi conditio viduitatem inducens rejicitur, & extat totus titulus in C. Juſtin. de indicta viduitate tollenda. Præ cæteris autem memorabilis eſt lex Pauli JC. 2. ad l. Jul. quæ in titulum de verbo. ſign. a Juſtiniano tranſlata eſt, ea fuit talis; Ter enixa videtur, quæ tergeminos peperit. Mulieri enim quæ in partu tres liberos edidit, jus trium liberorum competebat, ac ſi diverſo tempore peperiſſet. Natura enim non patitur ex eodem ventre duos, pluresve ſimul partus procedere, ut notatur in l. Arethuſa, ff. de ſtatu hom. Non ſemel autem accidit, ut ex uno utero quatuor, & plures liberi pauculis horis in lucem editi ſint, ideoque ne in ſucceſſionibus jura, vel in dubium vocarentur, vel everterentur, aliis legibus ſubveniendum fuit, ſicut videre licet in l. antiqui. Si pars hæredit. petatur. Et Cajus JC. in l. utrum. de reb. dubiis, ita dicit: Noſtra ætate Serapias Alexandrina mulier ad Divum Hadrianum perducta eſt, cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa eſt. Sed tamen, inquit, quod ultra tres naſcitur fere portentoſum videtur. Id quod etiam Gellius vel Agellius cenſuiſſe videtur, ubi citat Ariſtotelem dicentem, mulierem in Ægypto unico partu quinque pueros enixam, cumque eſſe finem multijugæ hominum partionis, neque unquam plures ſimul genitos compertum. Hunc autem numerum eſſe rariſſimum ait, licet ibidem dicat, ancillam Cæſaris Auguſti in Agro Laurente, peperiſſe quinque pueros, eosque pauculos dies vixiſſe, matrem quoque eorum non multo poſtquam peperit, mortuam. Ejuſmodi autem partus non ſolum olim, ſed & ita pridem multo copioſiores,

L. ultima de bonis damn.

Lib. 10. c. 3.

Digitized by Google

res, plerique tamen præternaturales accidêre: ſicut ſequens caput plura exempla continet.

Caput LXVI.

De numeroſa & præternaturali prole.

FAzellus refert, Joannam Pancicam Agrigentinam mulierem, ætate ſua Bernardo Belluardo Agrigentino nuptam, tantæ fuiſſe fœcunditatis, ut tricies circiter enixa tres ſupra ſeptuaginta ediderit liberos. Quod præter fidem nulli videri debet. Siquidem, pergit Fazellus, Ariſtoteles affirmat mulierem quandam, quatuor partubus viginti ediſiſſe liberos. Singulo enim partu quinque emiſit. Magnus quoque Albertus mulierem quandam in Germania configuratis, conformatiſque in utero duorum, & viginti infantium corpuſculis, abortum feciſſe: aliam vero ſeptuaginta. Sed & aliam ejeciſſe in pelvim corpuſcula auricularis digiti magnitudine centum & quinquaginta refert. Et (ut amplius increſcat admiratio) Margaritam Henneburgenſem Comitiſſam, Anno ſalutis CIↃ.CC.LXVI. ætatis vero ſuæ XLII. in die paraſceves, nona hora ante meridiem, infantes vivos promiſcui ſexus trecentos ſexaginta quatuor peperiſſe: Fama percives ducta, publicis inſcriptionibus & ipſorum cadaverum numero, quæ adhuc in eadem viſuntur urbe, conſtantiſſimum eſt. Quorum maſculis Johannis, fœmininis vero Eliſabeth Guido (vel ut alii Otto) Epiſcopus ſuffraganeus Trajectenſis, qui baptiſmo eos initiavit, uomen impoſuit. Hi ſtatim una cum matre decedentes, in maximo templo, atque in eadem urna tumulati. Epitaphium habent, in tantæ rei indicium. Et (ut noſtra etiam demum adjiciamus) Anno ſalutis CIↃ.CCCC.XXX. Meſſanæ mulier quædam annos XXIV. nata, novem infantulos uno ſimul partu edidit. Quæ poſteaquam peperit, una cum filiis extincta eſt. Et licet ſint, quibus ſeptem in utero cellulæ placeant, & propterea totidem duntaxat fœtus concipi poſſe, ex Galeni quoque de ſpermate libro tradiderint (unde & Jureconſultos lapſos eſſe cenſendum eſt) ea tamen omnia & temere prodita, & opus illud Galeni non eſſe, eruditis perſpicuum eſt. Hactenus Fazellus. Hujus Comitiſſæ præternaturalis partus Eraſmus Roterodamus, Ludovicus Vives, & alii mentionem fecerunt, inter quos Ludovicus Guicciardinus, in ſua deſcriptione Belgii, quam Italico ſermone edidit, recenſet talem hiſtoriam, ſumptam fortaſſe ex Guidonis à Dominico Petri Annalib. Flandr. lib. 9. prope finem: Pauperculam fœminam, quæ gemellos pepererat,

Li. 7. de natura animalium c. 4.

petiiſſe à Comitiſſa illa ſubſidiola ad ſuſtentandam vitam neceſſaria. Illam autem non ſolum eam inanem à ſe dimiſiſſe, ſed tanquam adulteram inſimulaſſe, ſibi enim contra naturam videri, ajebat, fœminam caſtam ex uno viro gemellos concipere poſſe, ideoque hoc ſuo partu detectum eſſe, quod ſeſe aliis viris impudicè proſtituiſſet. Hac exprobratione, & ignominioſa repulſa, commotam pauperculam illam fretamque ſua pudicitia, precibus ſuis à Deo flagitaſſe, ut ad demonſtrandam ſuam innocentiam, & fidem inviolatam conjugii ſervatam, permitteret, ut Comitiſſa iſta uno partu tot liberos, quot dies annum complerent, in lucem ederet: Idque paulo poſt eveniſſe. Hanc ejus ſobolem utriuſque ſexus fuiſſe, ibidem dicit Guicciardinus magnitudine pullorum gallinarum, ſed vivos & integros univerſos, eos autem una cum matre non diu ſuperſtites manſiſſe, iiſque ſequens Epitaphium in Monialium ordinis S. Bernardi monaſterio Loduno, ubi ſimul ſepulti ſunt, non procul ab Haga Holandiæ vico maximo poſitum fuiſſe: ILLUSTRI DOMINI Florentii Comitis Holandiæ filia, cujus mater fuit Mathildis, filia Henrici Ducis Brabantiæ, fratrem quoque habuit Gulielmum Alimaniæ Regem, hæc præfata domina Margaretha, Anno ſalutis milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſecundo, ipſa die paraſceves, hora nona ante meridiem, peperit infantes vivos promiſcui ſexus, numero trecentos, ſexaginta quatuor, qui poſtquam per venerabilem Epiſcopum Dominum Guidonem ſuffraganeum, præſentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelvi quadam baptiſmi ſacramentum percepiſſent, & maſculis Johannes, fœmellis vero nomen Heliſabeth impoſitum fuiſſet, ipſorum omnium ſimul cum matris animæ ad Deum æternaliter victuræ, redierunt, corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.

Eandem hiſtoriam cum hoc Epitaphio recenſet Joannes Chriſtovallenſis in Itinerario Philippi Regis Hiſpaniarum, cum ad Carolum V. Cæſarem in Germaniam proficiſceretur, magna diligentia Hiſpanicè conſcripto. Non admodum diſſimilis hiſtoria narratur de primordiis proſapiæ nobiliſſimæ Welforum. Cum enim Irmentrudis Iſenbardi Comitis Altorfi uxor, fœminam quandam, quæ tergeminos pepererat, non ſolum adulterii inſimulare auſa fuiſſet, quod fieri poſſe negaret, ut ex uno viro tot ſimul liberi conciperentur, ſed etiam, ut culeo inſueretur, & in profluente ſubmergeretur, apud maritum temerario auſu accuſaſſet: Accidit ut in ſequenti anno uterum Irmentrudis gereret, & cum maritus forte domo abeſſet, liberos duodecim eniteretur, mares omnes, ſed corporibus perpuſillis. Quare non tam infamiam adulterii, quam pœnam talionis metuens, undecim ex iis clam projiciendos, atque enecandos in propinquo rivo curat, unicum ipſa educandum retinet. Cum autem Iſenbardus in mulierculam infantes bajulantem forte inci-

incideret, & quid in pollubro ferret, interrogaret, illa catulos degeneres, quos in rivo Schercii ſuffocare vellet, reſpondit. Quos cum Comes fruſtra refragante muliercula inſpiceret, reperit infantes, & adhibitis minis, edoctus, quid conjugi ſuæ accidiſſet, eos clam educare juſſit. Quos poſtea pubeſcentes una cum filio, quem mater domi educaverat, produxit, cognitaque ſimilitudine lineamentorum, mater conſcientia ſtimulata, totam rem confeſſa, veniam deprecatur, & obtinet. Unde in memoriam rei Welforum illuſtris proſapia nomen ſortita eſt. Hanc hiſtoriam ſtudioſus lector ex Reineri Reineccii hiſtoria de Welforum proſapia prolixius petere poterit.

Caput LXVII.

De monſtris & portentis nonnulla memorabilia, & plura de diligenti cura Romanorum in propaganda ſana prole.

De monſtris, quæ ex pluribus corporibus imperfectis, in unam maſſam coaleſcunt, naturæ indagatores, præſertim Anatomici, plura tradiderũt. Omiſſis autem iis, hiſtorica proſequemur & nonnulla memorabilia mirabiliaque aſſcribemus exempla. Primum ſane ex Buchanano referam. Circa hæc tempora, inquit, monſtrum novi generis, in Scotia natum eſt, inferiore quidem corporis parte, ſpecie maris, nec quicquam à communi hominum forma diſcrepans: Umbilicum vero ſupra trunco corporis, & reliquis omnib. membris geminis, & ad uſum ac ſpeciem diſcretis. Id Rex diligenter, & educandum, & erudiendum curavit, & maximè in muſicis, qua in re mirabiliter profecit. Quin & varias linguas edidicit, & variis voluntatibus duo corpora ſecum diſcordia diſcutiebant, ac interdum litigabant; interdum veluti in commune conſultabant. Illud etiam in eo mirabile fuit, quod cum inferne, crura, lumbive offenderentur, utrumque corpus communiter dolorem ſentiebat. Cum vero ſuperne pungeretur, aut alioqui læderetur, ad alterum corpus tantum doloris ſenſus perveniebat. Quod diſcrimen in morte quoque fuit magis perſpicuum. Nam cum alterum corpus, complures ante alterum dies fuiſſet extinctum, quod ſuperſtes fuit, dimidio ſui computreſcente paulatim contabuit. Vixit diu monſtrum Annos XXVIII. & deceſſit adminiſtrante rem Scoticam Joanne prorege. Hac de re ſcribimus eo confidentius, quod adhuc ſuperſint homines honeſti complures, qui hoc monſtrum viderint.

Lib. 13. de reb. Scoticis.

Hæc Buchananus. Simile monſtrum tempore Theodoſii Imp. in Caſtello Emmaus, natum eſt, ut in Chronologia incerti authoris, quæ nuper è Bibliotheca Henrici Petrei, prodiit, notatum eſt, ab umbilico, & ſurſum diviſum, ita ut haberet duo capita, & duo pectora & omnes ſenſus, ab una parte dormiebat, ab altera edebat, interdum altercabantur, & ſe invicem percutiebant. Sed diu vitale non fuit. Vixit enim ſaltem duobus annis, & uno mortuo, alterum ſupervixit 4. diebus. Eodem modo circa annum ſalutis ϲIↄ. XLIII. ſicut in continuatione incerti authoris Anglicæ hiſtoriæ Bedæ

Lib. 2. legimus, in confinio Britanniæ & Normanniæ viſum eſt portentum in una vel potius in duabus mulieribus. Duo erant capita, quatuor brachia, & cætera gemina omnia, uſque ad umbilicum. Inferius duo crura, duo pedes, & cætera omnia ſingula, videbat, comedebat, loquebatur una, flebat, eſuriebat altera; ore gemino manducabatur, ſed uno meatu digerebatur. Poſtremo una defuncta, ſupervixit altera, portavit pleno biennio viva mortuam, donec & mole ponderis, & fœtore cadaveris ipſa quoque defecit. De monſtris autem ſuo loco plura. Nunc redeamus, ad Romanorum inſtitutum: Ii ſane ſtrenuè ut diximus dederunt operam, ut non ſolum copioſa proles, præſertim maſcula, procrearetur; ſed etiam ut ea vivida, & ſana eſſet. Ideoque veteres leges viris poſt ſexageſimum ætatis, fœminis vero poſt quinquageſimum annum, nuptias veluti intempeſtivas inhibuerunt. Quas tamen Juſtinianus correxit, & ad nullum certum tempus eas reſtrinxit. Compertum enim eſt, fœminas etiam quinquageſimo ætatis ſuæ anno, & ulterius liberos genuiſſe. Exemplum habemus in Conſtantia Normanna moniali, matre Friderici II. quæ extracta clauſtro unica hæres fuit regni Siciliæ, *ideoque* ut ſuſpicionem partus averteret in præſentia nobiliſſimarum fœminarum Sicularum, in urbe Eſtorum, ſub tentorio in foro, parere publice voluit; quamvis non defuerint, qui hunc partum in dubium revocare conati ſunt, inter quos fuit Marquardus Anconæ Marchio, qui teſtibus probaturum ſe polli-

Lib. 4. cebatur, Fridericum nequaquam ex Henrico, atque Conſtantia; ſed ſuppo-

Lib. 2 de Inſtauratione Ital. ſitio quodam partu natum eſſe, ut Pandolph. Collenucius in ſua Hiſt. Neapol. refert. Hoc forte Johannem Michaelem Brutum movit, quod omnino neget Conſtantiam illam initiatam ſacris, & per omnem ætatem collegio Virginum præfuiſſe, à Cæleſtino Pontifice ſolutam legibus, nubere viro permiſſam, cum ex illius computatione regnante illo Pontifice eam ſexagenariam fuiſſe oporteat: E contra Falcandi hiſtorici utitur authoritate, eam florenti ætate virginem fuiſſe, atque rege Gulielmo Bono, Henrico, cum Fridericus Ænobarbus adhuc viveret, in matrimonium collocatam eſſe: Errori autem locum eorum temporum perturbationem dediſſe. Conjectura enim, inquit, adducor, ut credam, abductam illam è Regia, quo tempore Malus Rex

orto

Digitized by Google

orto tumultu captus eſt, & in carcerem conjectus, in virginum domo, ubi tuta à præſentibus malis ageret, aſſervatam eſſe. In eadem etiam ſedato tumultu, ac rebus regni compoſitis, ſui juris, ac nullis mancipatam ſacris, quoad Henrico nupſit, manſiſſe, quod claras fœminas ſæpe, atque illuſtres facere animadvertimus, &c. Utrum autem hæ rationes Bruti, & conjecturæ contra mentem Collenucii, & communem opinionem hiſtoricorum veræ ſint, licet vero ſimiles, in medio relinquo. Fateor autem, difficile eſſe impugnare, quæ hactenus pro veris habita & approbata ſunt. Recenſet autem, ut materiam cœptam proſequamur, rationes Lemnius, & dicit, aliquoties ſe obſervaſſe, quod nonnullis fœminis, quæ validæ & vegeto ſunt corpore, ad quinquageſimum quintum annum fœcunditas producatur. Etſi autem ibi addit, in viris ardorem, & naturæ vim propagandæ ſobolis ſexageſimo quinto anno deſinere: Tunc enim magna ex parte flacceſcere virile robur, & ſemen infœcundum effici incipere, extinctis ſpiritibus naturalibus, & areſcentibus humoribus, ex quibus caloris beneficio ſemen confici ſolet: tamen rectè adjungit, eſſe nonnullos validos robuſtoſque ſenes, quibus adoleſcentia continenter & moderatè tranſacta eſt, qui ad ſeptuageſimum annum fœcundi ſunt. Nam, ut teſtantur hiſtoriæ, Maſiniſſa poſt annum octuageſimum ſextum liberos genuit. Et novi nobiliſſimum equitem Francum amicum paternum veterum, qui propemodum octuagenarius, genuit liberos, filium & filiam, qui una cum matre, dum hæc ſcriberem, ſuperſtites adhuc erant. *De occult. nat mirac. Lib. 4 c. 24.*

Caput LXVIII.

De mira quorundam & vegeta ſenecta, & longævitate, nec non de benedictione fœcunditatis.

MEmorabilis hiſtoria apud Lemnium De occultis naturæ miraculis legitur. Recenſet enim, ſe Nauclerum quendam dignum fide audiviſſe, cum Stocholmiæ negotiaretur, imperante Guſtavo patre Regis Sueci Erici, quod accitu Regis interfuiſſet nuptiis viri cujuſdam centum annorum, qui in matrimonium adſciverat triginta annorum ſponſam, atque ex illa ſuſtuliſſet liberos. Illum autem virum (ut ſunt in ea regione plurimi) adeo cruda viridique ſenecta fuiſſe, ut vix impleviſſe annum quinquageſimum videretur. Huc ſpectant ea, quæ Buchananus memoriæ tradit, de Laurentio quodam Hethlando, qui poſt centeſimum annum ætatis ſuæ uxorem duxit, & natus annos *Lib 4 c. 24.* *In fine lib. 2. Scoticarum hiſtor.*

Digitized by Google

annos centum quadraginta ſæviſſimo mari in ſua navicula piſcatum prodibat, tandem cum nulla vi gravioris morbi labefactatum, ſed ſenio ſolutum deceſſiſſe ſcribit. Verum enim vero iſta ætas licet inſolita, nullo modo comparari poterit cum ſene Indo Orientali, de quo ita ſcribitur in hiſtoriarum Indicarum lib. 9. Quidam ex Gangaridum gente, quam hodie Bengalam vocant, ad prætorem adiit, natus, ut ferebatur, annos trecentos triginta quinque, neque mendacii ſuſpicio ſuberat: nam & ſeniores, qui ibi erant, ſe de hoc eodem grandævo ajebant à majoribus accepiſſe, & ipſe filium habebat nonagenarium, & cum literam noſſet nullam, quæ referebantur ab eo, de veterum geſtis rebus, ad fidem annalium optime congruebant. Huic aliquoties jam deciderant dentes, aliis continuo ſubnaſcentibus, & barba ubi prorſus incanuiſſet, in atrum denuo coloremanque paulatim ſemetipſa vertebat. Ante centeſimum annum idola coluerat; inde æque mirabili errore ad nefariam Mahometis tranſierat ſectam; is propter miraculi novitatem Sultani ſtipendiis ali conſuetus, idem vitæ ſubſidium à Nonnio petiit. Nonnius haud gravatè aſſignavit. Hæc ex Johanne Petro Maffejo, penes quem ſit fides, deſcribere volui. Quod ſi quis diſcrimen inter viros & mulieres, quamobrem hæ citius ſterileſcant, quam illi, ac profundere ſemen deſinant, cognoſcere cupit, is Lemnium in fine allegati capitis legere, ejuſque rationes expendere poterit. Hinc apparet, falſam eſſe doctrinam Dioſcoridis Aſtrologi, qui, ſicut in fragmentis Varronis legimus, ſcripſit, Alexandriæ inter eos, qui mortuos ſolent conſervare, hominem plus centum annis vivere non poſſe. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint ſine corporis tabe: Ideo quod multis annis pependit cor hominis, incrementa ætatis, & diminutiones conſervent, & anniculi pendere duas drachmas, bini quatuor: & ſic in annos ſingulos uſque ad centum accedere binas: ab his centum drachmis, atque anno quinquageſimo. Item decedere in unoquoque binas: ex quo perſpicuum ſit, centeſimo anno redire ad anni primi pondus, nec longius poſſe vitam procedere. Poſtremo, ut ex ſacris literis aliquid adducam, conſtat ex iis, fœcunditatem & multiplicationem prolis benedictionem divinam, ſicut ſterilitatem maledictionem fuiſſe. Ideoque quemadmodum fœcundæ fœminæ felices habitæ ſunt: ita ſteriles negligebantur, & infames erant. Unde ſæpius, præſertim in veteri Teſtamento, fœminarum flagitantium à maritis liberos, & deplorantium infœcunditatem, querimonias legimus, quæ tamen ab iis, prolem à benedictione divina potiſſimum expetendam eſſe, admonentur. Sanè ut hæc ſalutaris doctrina, qua docemur, quo fine, legitimo modo genus humanum conjunctione maris & fœminæ propagatur, hominibus adimeretur, Satan ejus hoſtis acerrimus author fuit, ut ſub prætextu ſanctioris inſtituti hæc propagatio impediretur, & cœlibatus, tanquam ſan-

ctior

Digitized by Google

ctior conjunctio inveheretur. Unde, ut de aliis taceam, in Africa D. Auguſtini tempeſtate hæreſis orta eſt, qui Abeloitæ, vel Abeloini vocari voluerunt. Ajebant enim, Abelum à Caino fratre cœlibem, & abſque prole occiſum eſſe. Hi quidem uxores ducebant, ſed illis non commiſcebantur, neque filios generabant, ſervabatur nihilominus ea multitudo per adoptionem. Quilibet duo vir & uxor adoptabant ſibi puerum atque puellam, hac lege, ut ipſi quoque non commiſcerentur, illoſque hæredes inſtituebant. Et hoc illis facere licebat, cum pauperes homines filiis onuſti ſemper invenirentur, qui ſuos filios aliis darent libenter adoptandos, ut alienis facultatibus frui poſſent.

Caput LXIX.

Aquæ, thermarum & aliarum rerum ſalutarium, quas terra emittit, uſum omnibus communem eſſe debere.

Retulit nuper nobis quidam, nonnullas thermas ſalutares Germaniæ, quas & nominavit, dum non omnibus volentibus uti, gratis, ſed exacto pretio permitterentur, planè exaruiſſe: ſublato autem illo iniquo vectigali, vel penſione, conceſſoque libero uſu omnibus, valetudinis curandæ gratia, advenientibus, rurſus ex fontibus, uti antea, copioſe manare cœpiſſe. Cum autem de his ſermonibus cogitarem, forte incidi in locum Athenæi, ubi eadem olim quoque accidiſſe ſcribit, in paludequadam, Alexandri Pyrrhi Regis temporibus. Nam fabas Ægyptias per biennium fructum ibi feraciter admodum protuliſſe & creviſſe. Alexandro poſtea cuſtodiam ſtatuente, neque carpere ſolum eos, qui cupiebant prohibente, ſed ad lacum etiam accedere, paludem illam exiccatam eſſe, nec fructum poſtea amplius tuliſſe, quamvis aquam locus habuerit. Res huic ſimilima fuit (pergit ibidem Athenæus,) & ea quæ in Edapſo accidit. Ibi enim differens ab aliis aquis, aqua quædam frigida ex fonticulo ſcatens apparuit, non procul à mari quam ægri bibentes plurimum juvabantur: quare efficiebatur, ut multi ex longinquis regionibus illuc ad bibendum accederent. Cum vero duces Antigoni Regis hanc parcius diſpenſare cœpiſſent, aliam multum differentem bibentibus dari juſſerunt, quo ſtatim fonticulus exaruit. In Troade etiam licebat volentibus Tragaſæum ſalem ante id tempus capere. Cum autem Lyſimachus tributum impoſuiſſet, continuo evanuit: cumq; poſtea locum ob admirationem immunem iterum reliquiſſet, ſal iterum crevit. Ut a. ad recentiora exempla redeamus, Lib. 3, c. 2.

Non

Digitized by Google

Lib. 19. Non diſſimile recenſet Jacobus Majerus in Annalib. Flandriæ, quod Sluſæ, anno cIↄ.CCCC.XLI. accidit. Conchæ hoc anno, inquit, (Muſchele vulgo) apud Sluſam, poſtquam earum collectioni impoſitum eſſet quoddam genus vectigalis, non comparuerunt, ſed ceſſaverunt affluere, quæ res loco certi miraculi habita. Nam poſtquam ſublatum eſt tributum, rurſus advenerunt. Pauperrimi iis veſcuntur loco piſcium. Verum ne exempla tam longè petamus, ſi non tutius eſſet externa, quam domeſtica, teſte Cicerone, referre, poſſem indicare locum, & ea referre, quæ pluſculos ante annos ibi acciderunt. Cum enim acida aqua admodum ſalutaris, illo in loco ex fonte perenni ſcaturiens, à multis ægris & ſanis expeteretur, & is, qui ſcaturigines in ſuo fundo haberet, ſpe lucri adductus, eas obſeraret, certoque pretio conſtituto indigentibus impertiri nollet, mox fons ille acidus, alioquin perenni aqua ebulliens, exaruit, & ità locus aquæ vacuus manſit, donec remotis impedimentis, gratis rurſus expetentibus præberetur, & omnibus accedentibus liber acceſſus uſuſque concederetur. Huc pertinet, quod Petrus Quinqueranus de laudibus Provinciæ lib. 2. ex Braſavoli Ferrarienſis libro ſimplicium, de Manna, refert. Quum, inquit, Neapolitani Reges locum Marina roratione ſolennem, muro clauſiſſent, ne aditus ad colligendam eam pateret inopibus, niſi penſo vectigali, inhibitus eſt ſtatim mannæ deſcenſus: reſerata ſunt clauſtra, tum vero Manna fluxit, tempore ſuo. Occluſus iterum fuit locus, atque tertio, atque viciſſim apertus? In ſumma, nulla unquam Manna in occluſum defluxit, in reſeratum larga. Cæterum Mannam de cœlo delapſam, miraculoſam, in deſerto, & naturalem ejus efficaciam, luculenter deſcripſit Johannes
Cap. 12. Huartius Hiſpanus in ſuo examine ingeniorum. Rectè itaque dicit Lactan-
Lib. 5. c. 24. de Juſtitia. tius, quod Deus omnibus ſuum unicum lumen æqualiter dividat, emittat omnibus fontes, victum ſubminiſtret, quietem ſomni dulciſſimam tribuat.

Caput LXX.

De cadaveribus non putreſcentibus.

ADVECTUM fuit ſuperioribus annis à negotiatore quodam noſtrate ex Ægypto, uti ajebat, cadaver integrum fœminei ſexus ad nos, & propter novitatem, affluente multitudine, id videre expetente, ſolutis nummulis aliquot, id promptiſſimè unicuique demonſtratum fuit. Erat autem illius generis, ex quo Mumia non in arenæ cumulis, Solis calore excocta, ſed aromatibus condita, ad multos morbos ſalutaris medicina deſumitur, faſciis depictis hieroglyphicis notis & characteribus artificioſè involutum,

Digitized by Google

lutum, addito encomio, meo judicio ficto, eſſe Iſidis corpus, quæ olim tam religioſè ab Ægyptijs tanquam Dea culta fuit. Vidi ego id ſane cum multis amicis meis libenter & cupide, ut rectius ſuperſtitionem miram & attentam curam in ſepeliendis mortuis veterum cognoſcerem, conatique ſumus negotiatori perſuadere, ut faſcijs & involucris detractis perſcrutaretur, quid ſub illis, in corpore illo exangui, ſicco & arido intus lateret, ſed ille allatis, neſcio quibus rationibus, nobis præſentibus id facere recuſavit, quod tamen deinceps factum fuiſſe cognovimus. Idipſum præbuit mihi occaſionem cogitandi, quamobrem Ethnici, Ægyptij præſertim, tantos ſumptus & induſtriam in condiendis conſervandiſque mortuis collocaverint. Non enim illis fidei Chriſtianæ articulus, de reſurrectione carnis, utpote cum ſapientia & ratione humana penitus pugnans, cognitus fuit: quamvis Ægyptij, teſte Herodoto in Euterpe, primi extiterint, qui dicerent, animam hominis eſſe immortalem, ſed quæ per μετεμψύχωσιν quandam ex uno corpore mortuo in aliud atque aliud, non hominis tantum, ſed & brutorum omnis generis immigraret. Quid miremur autem hanc opinionem in Ægyptijs idololatris, cum eadem etiam Phariſæorum ſecta in populo Dei, cum Chriſtus in terris degeret, imbuta eſſet, Joſepho teſte? An autem Ægyptij oſtentatione quadam, vel nimio ſuorum amore tantam curam impenderint mortuis, vel alias cauſas habuerint, alijs excutiendum relinquo. Hoc certe conſtat, peculiaria aromata, pulveres cedrinos, & alia contra corruptionem pugnantia, eos adhibuiſſe, & cadavera tam artificioſè condire ſolitos fuiſſe, aureaque lamina nonnunquam ac faſciolis denſiſſimis obvolviſſe, ut duobus amplius annorum millibus integra, præter humores & viſcera ſervarentur, ſicut etiam nunc his temporibus ex arena pura eruuntur, circa pyramides integerrima, illa ætate condita & oblita, qua Iſidi ſacra fiebant, ut ex imaginibus, quas cadaveribus includebant, compertum eſt. De Ægyptijs pariter & Perſis ſcribit Cicero lib. 1. Tuſc. quæſt. Condiunt, inquit, Ægyptij mortuos, & eos domi ſervant. Perſæ etiam cera circumlitos condiunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Quod etiam de Perſis teſtatur Herodotus lib. 1. ut nunc alios prætermittam. Etſi autem veterum cura eo ſpectabat, ut cadavera integra & incorrupta aſſervarentur, tamen nihil aliud fuerunt, quam homines vere corrupti. Siquidem corruptio terminatur ad interitum totius, etiam partibus omnino integris; non ſecus ac navis corrupta dicitur, licet integra carina, prora, puppis, à ſe invicem avulſa habeantur, ſicut Bodinus quoque id obſervavit. Ubi quoque notat: Mumiam vulgus appellare, quæ à Plinio funera medicata dicuntur. Sunt *In Theatro natura l.c.* enim illa cadavera ſuaviſſima, ac incidentibus aromatis ſic exſiccata, ut ſaccari Cretici duriſſimi colorem & duriciem imitari videantur, faſciolis telarū

tenuium multis involucris complicatarũ, omnino tecta, vacuatis viſceribus, & inaurata cute: nihil enim à putredine aut ærugine diutius conſervat quam aurum. Intus autem Iſidis imagines pro viſceribus reconditas habent, ac talium quidem cadaverum ſepulchra ſunt infinita, in arena puriſſima & aridiſſima, ac potiſſimum ſub pyramidibus, quæ ſunt innumerabiles, quibus vim medicam plerique ineſſe tantam arbitrantur, ut propterea ſepulchra effodiant. Certe quidem Franciſcus I. Rex Francorum Mumiam illam, quocunque iret, devehi curabat, quaſi morborum omnium ſingulare medicamentum. Non ſolum autem veteres aromata varia, ſed etiam cedri ſuccum contra putredinem adhibuerunt. Hoc confirmat Henricus Salmuth, vir doctiſſimus in ſuis notis eruditiſſimis ad lib. Rerum memorabilium jam olim deperditarum Guid. Pancirolli. Cedrum, inquit, tum ob inſignem ſui amaritudinem, tum ob excellentem, quam habet, ſiccandi facultatem: non ſolum valet cauſam corruptricem interiorem ad breve tempus compeſcere: verum etiam ſemel ſibi rem creditam in immenſum tueri, ac conſervare. Teſtantur id medicata in Ægypto cadavera ante annos prope ter mille, Platoni jam olim in Phædone celebrata, quæ ad hunc uſque diem non ſine magno inſpicientium ſtupore incorrupta perdurant, vulgus Mumias appellat. Verum ea funera conſueviſſe farciri ſeu medicari cedri ſucco Melchior Guilandinus ex *De papyro, membro 24.* Dioſcoride & Galeno probat: qui Cedrium à quibuſdam vocari tradunt, cu- *Lib. 16. c. 11.* ſtodiam mortuorum corporum, ſive particularum emortuarum. Idipſum Plinius confirmat, ubi Cedri tantam vim eſſe ſcribit, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſerventur. Et alio in loco ait: Cedri ſuccus defuncta corpora incorrupta ævis ſervat, viventia corrumpit: *mira diffe-* *Lib. 24. c. 5* *rentia, cum vitam auferat ſpirantibus, defunctis pro vita ſit.* De Cedri autem ligni perpetuitate ſequens caput plura docebit. Ut autem in ſepulturis veterum pergam, eundem ritum condendi ſua cadavera ad memoriam perpetuitatis retinent Chuſſitæ Æthiopes, de quibus ita ſcribit Benjamin Tudelenſis: Hujus regionis incolæ ſuos mortuos non ſepeliunt, ſed medicamentis & aromatibus variis conditos in ſedibus collocant, retibusque amiciunt, certa ſerie ſecundum ſingulas familias diſpoſitos: areſcit autem illis caro cum oſſibus, & adeo rigeſcit, ut viventes majores ſuos à multis annis deducta ſerie agnoſcant. Similem quoque morem uſitatum in Arabicis Inſulis ex Ortelio *Cap. 14.* in prima centuria recenſuimus: Cæterum mos iſte, vel potius oſtentatio in cadaveribus inhumatis, apud Chriſtianos & pleraſque gentes, qui ſenſum humanitatis & civilitatis impreſſum ſervant, pro barbaro & nefario habetur. Homo enim ex terra & limo manu Dei formatus & factus, peccato deformatus, & corruptioni obnoxius, ad primævam ſuam materiam defunctus neceſſario rediturus eſt.

Moſcovitæ tamen (licet alioquin ſi ulla gens in ſepulchrorum ac mortuorum cultu cum primis ſuperſtitioſa) diverſum hac in re ab aliarum gentium inſtitutis hoc maxime habent, ut non ſtatim mortuos ſepeliant, ſed per unum annum loculis conditos in fornicato aliquo cœnaculo aſſervent, ac exacto demum anno multis cum lachrymis ac planctu terra condant, ſicut Reinoldus Heidelſteinius teſtatur. Duravit autem forte hic mos à veteribus Ruſſis, quorum cadavera adhuc propemodum integra prope Kioviam ad Boryſthenem, vetuſtiſſimam ampliſſimamq; urbem conſpiciuntur. *De Moſcovit. bell. l. 2.*

Ita enim ſcribit Alexander Gaguinus: Apparent ibi cavernæ quædam ſubterraneæ, vaſtiſſimæ, longo tractu, ſubtus terras extenſæ, in his plurima antiqua ſepulchra, corporaque illuſtrium quorundam Ruſſiæ virorum, quamvis antiquitus poſita, carie tantum abſumpta, integra tamen apparent; præcipuè vero duorum quorundam principum cadavera in veſtibus gentili more, prout vivi ambulabant, integra veluti recens poſita apparent; ſic inſepulta in ſpecu jacent, quæ peregrinis & advenis, à monachis Ruthenici ritus oſtenduntur. Urbs iſta Kiovia olim in illis locis Septentrionalibus, abſque dubio fuit cum celeberrimo emporio; locuples & potens, ſicut Laurentius Mullerus, tanquam oculatus teſtis, ejus circumferentiam octo circiter milliaria comprehendentem, amplum attamen & deſolatum ſitum deſcribit. Inter alia autem templum egregiis conſtructum fornicibus laudat, in quo multa cadavera incorrupta conſpiciantur, integra quidem, veluti cocta, non nigredine lutida, ſed vivido colore cutis. Famam autem eſſe, ait, corpora eſſe martyrum, ideoque Tartaros in excurſionibus ea non attingere: nam aliquoties male illis cecidiſſe, ſi tale aliquid conati fuiſſent. Commemorat præterea in fornicato ſacello conſpici fœmineum corpus, pellucida tela tenui veſtitum, ita integrum, ut flavi crines, & reliqua membra tactu quoque incorrupta ſint. Barbaræ martyris id eſſe, famam ait. Reliqua quæ ibi adduntur, fidei lectoris permittuntur. Perſuaſum porro veteribus fuit, fulmine tacta corpora non putreſcere, ſed integra manere, ſicut quoque Plutarchus cenſuit: Cunctis fere, inquit, notum eſt, fulmine ictorum non ſentire corpora putredinem, unde reprehenditur Euripides, dum Clymenem introducit de Phaetonte, dicentem: Putreſcit aſt hic in convalle mortuus. *Rerum Polon. tom. 2.* *In Septentrionali hiſtoria.* *Lib. 4. conviv. 2.*

Tradunt autem hiſtorici de Indis Occidentalibus, multos ex ſuis popularibus in altiſſimis montibus, certo tempore anni plane torpeſcentes & exanimatos reperiri, quorum corpora integra, abſque corruptione, una cum interioribus viſceribus, & aliis partibus, manere. Venit itaque mihi in mentem, cum hæc legerem, fieri potuiſſe, ut etiam ij fulmine exanimati

Digitized by Google

fuerint, de quo tamen initio, utrum verum eſſet, nec ne, dubitavi. Facilius enim multa mira, ac inſolita, quæ in diſſita orbis terrarum parte evenire affirmantur, ſcribunturque quam probantur. Verum hanc dubitationem mihi exemit D. Paludanus Medicus eximius, & rerum exoticarum utriusque Indiæ percontator & collector ſtudioſiſſimus. Is enim mihi retulit, ſe domi ſuæ habere tales Indos duos integerrimos, neque odore tetro, pallido, emortuove colore, luridos, ſed procul aſpicientibus cute rubicunda, & in alijs omnibus, excepto motu, viventibus ſimiles. Ajebat autem hoc, flante vento meridionali, qui vim tantam obſtupefaciendi & congelandi haberet, Indis illis nudis in patulis locis, ubi ſe abſcondere non poſſent, ſæpenumero accidere. Hac narratione fidus ille teſtis mihi omnem dubitationem exemit, ita ut nunc pleniorem fidem Cornelio Witflieto adhibeam, iſta ita confirmante: In provinciæ Chilienſis montanis peculiaris ventus dominatur, non aliqua vehementia, ſed nimia ſua ſubtilitate noxius. Olim terreſtri itinere, ſuperatis altiſſimorum montium jugis, ad has terras primi detectores penetrarunt, ſed propter teterrimam metuendamque hujus ventuli, ſive auræ vim, maritimo nunc itinere, aut ſecundum maris littus per planas regiones Chilienſes adeuntur. Auræ hujus Chilienſis vis adeo noxia eſt, ut oppreſſo inter viſcera vitali calore, viatorem extemplo interimat, mortuorum tamen corpora non infeſtat, ſed à corruptione & putrefactione præſervat. Fama eſt, Almagrum poſt quintum menſem eadem itineris ſpacio remetientem, multos ſuorum cum equis frigore exanimatos recentes adhuc, integrosque inveniſſe, manibus fræna retinentes, equisque in ſuo greſſu ſtantibus, tali habitu, ſicut vivi obriguerant. Quæ res contemplantibus admiratione digna merito videtur, ſed ratio in eo eſt, quod Chilienſis hæc aura cum ſit ſubtiliſſima, non ſuras, non pedes, aut manus pertentet, ſed ad intima præcordia penetret, vitalemque calorem ſuffocat & reſtinguit, & cum in ultimo ſiccitatis gradu ſicciſſima ſit, neque corruptionem, neque putrefactionem inducit aut admittit, ſed mortuorum corpora præſervat. Nam corruptio putrefactioque à qualitate calida & humida procedit.

In deſcriptionis Ptolemaicæ augmento, ſive occidentis notitia.

CAP.

CAPUT LXXI.

De perpetuitate æris, cedri, & cupreßi.

NOn fruſtra in capite decimoquarto primæ Centuriæ ſubciſivarum operarum mearum, & capite præcedente, Ægyptiorum veterum, adductis memorabilibus hiſtorijs, & exemplis mentionem fecimus, quod ij non ſolum ſuperſtitione, ſed etiam ratione naturali quadam, conditis aromatibus & ſuccis, alijsque rebus ad avertendam putredinem, & corruptionem, illis ſigilla vel icunculas æreas, inſuper cadaveribus, pro præcordijs, & viſceribus inſeruerunt. Obſervarunt enim æris naturam, & efficaciam, quod non ſolum ſeipſum, ſed alias quoque res, quam diutiſſime, conſervare ſoleat. Id Plinius quoque notavit: Uſus, inquit, æris ad perpetuitatem monumento- *Lib. 34. c. 9.* rum jampridem tranſlatus eſt, tabulis æreis, in quibus publicæ conſtitutiones inciduntur. Unde quoque ex ſacris literis conſtat, morum duritiem, & difficultatem maximam æris nomen comparationibus vel ſimilitudinibus notari, ut apud Prophetam, Frons tua ærea. Firmitudinem quoque, *Iſaia c. 47.* ſoliditatem, & conſtantiam ſignificat æs, eoque nomine in perſona Dei Pro- *Cap. 1.* pheta Jeremias utitur, Dedi, inquit, te in murum æreum ſuper omnem terram: ſic etiam in Apocalypſi, viſio filij Dei à Johanne ita deſcribitur: Et *In l. Ioſeph.* pedes ejus ſimiles aurichalco: ut hæc & alia memorabilia à Benedicto Aria *ſive de ar-* Montano notantur. Porro vis conſervandi æris, de qua modo diximus, Plu- *cano ſermo-* tarcho ignota non fuit, qui Satyrum introducit, ita dicentem. Venatores *ne.* *Sympoſia-* quum aprum, aut cervum confectum è longinquo advehunt, æreum ei cla- *con 3. l. 10.* vum tanquam putredinis amuletum infigere ſolere; & paulo poſt addit rationem. Clavus, inquit, proinde æreus ſiquidem transfixus à putredine, quod ajunt, carnes tuetur: videbitur hoc fieri ob inſitam æri facultatem adſtringendi. Nam ærugine ad tales caſus utuntur medici, loco medicamenti, & eos qui commorantur in ſecturis ærarijs, lippitudine ſolvi; ac ſi cilia amiſerint, ea denuo enaſci, Ariſtoteles author eſt. Pergit ibidem Plutarchus, quod ea, quæ æreis cuſpidibus, & gladijs infliguntur vulnera, corpori minorem inferant dolorem, & facilius ſanentur, quam quæ à ferreis, quia ſcilicet æs in ſe quidpiam medicamenti habeat, idque in vulnere ſtatim relinquat. Hucusque Plutarchus.

Idipſum non ignorant Æthiopes Africani, qui armillas in brachijs, & cruribus non ſolum in cotidianis uſibus refrigerandi artus ergo, plerunque utuntur, atque etiam ornatus cauſa geſtant: Sed etiam ita ad vitandam corruptionem ſepeliri volunt. Sicut picturæ, & ij, qui in ijs

 locis

locis peregrinati fuerunt, teſtantur. De Cedri & Cupreſſi vero ligno, quod aliquot ſeculis res involutas vel incluſas, incorruptas ſervet, multa teſtimonia veterum extant, inter quæ admodum vetus eſt, cum de libris Pythagoræ repertis, recenſent veteres, inter quos fragmenta L. Caſſii Heminæ allegantur. Lapis, inquiunt, fuit quadratus circiter in media area vinctus candelis quoque verſus, in eo lapide inſuper libri impoſiti fuerunt, propterea arbitror eos non computruiſſe. Et libri Cedrati fuerunt, propterea arbitror tineas non tetigiſſe. In his libris ſcripta erant Philoſophiæ Pythagoricæ, iique combuſti à Q. Petilio prætore, quia philoſophiæ ſcripta eſſent. Eodem modo in Epheſo Cupreſſina materies, ex qua valvæ templi Dianæ quatuor ætates reſervatæ, duraſſe traditur. Sola hæc nitorem etiam recipit, ideoq; ex hac condere opera lautiora conſuevere. Aliquando ex hac ſtatuæ exudant: Cœlo enim Auſtrino, humectoque ita afficitur, cum in ea aliquid ſit pinguedinis, ſicut Theophraſtus obſervavit. Reliqua de cupreſſi perpetuitate, ex Plinio & *Lib. 2.* alijs autoribus collecta, videantur apud Baptiſtam Portam in ſua villa, ubi eadem, & memorabiliora de Cedro arbore collegit, & in proximo præcedenti capite plura de hac arbore, ejusque vires contra putredinem collegimus.

Caput LXXII.

De veris & utilibus theſauris colligendis & conſervandis.

Matth. c. 6. 19. 20. 21. 24. QVales theſauri quærendi, conſervandique ſint, qui non tranſitorij, vel potius umbratiles, neque poſſidentibus plus damni, quam emolumenti afferentes, docet nos Chriſtus Dominus noſter; Ne theſauros, inquit, congerite in terra, ubi tinea, & eroſio eos corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur: Sed congerite vobis theſauros in cœlo, ubi neque tinea, neque eroſio corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neque furantur. Nam ubi eſt theſaurus veſter, illic erit etiam cor veſtrum. Nemo poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum habebit odio, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ. Memorabilis *Deut. c. 32.* præterea eſt doctrina legis divinæ. Nam commemoratis omnibus malis, quæ homini poſſint contingere, Jehova addit: Annon hæc ſunt condita in arcis meis? Ac ſi diceret, ſunt mihi theſauri bonorum, quum meam gratiam & benevolentiam hominibus volo exhibere: poſſum illis benefacere, non humano more, ſed incomprehenſibili etiam ratione. Contra,

Contra, cum homines affligere voluero, ſentient, mihi non deeſſe affligendi rationes, quæ ipſis numquam in animum venerant. Sic igitur Deus vult ſuos infinitos theſauros nobis notos fieri: tum bonorum, tum malorum reſpectu. Notemus igitur, non ſatis eſſe, ſi ſciamus ex Dei gratia manare pluviam, ſerenitatem, fœcunditatem, & alia bona, licet hoc ſit fundamentum, ſed altius eſſe conſcendendum, nempe ſi Deus talem virtutem terræ conferat, multo magis oportere, ut virtutem noſtram ab ipſo accipiamus, ſiquidem creaturæ nobiliores ſumus.

Porro viſum fuit, operæ precium eſſe adjicere D. Ambroſij piam admonitionem (quæ noſtro præſertim tempore, perturbatis fere omnibus rebus, bellis, & ſeditionibus atque odijs inteſtinis, imminente inſuper noſtris cervicibus tyrannide Turcica, quam vel ſecuri negligimus, vel deſides, & inertes contemnimus, paulo poſt noſtram inertiam, & ſecuritatem utinam non ſero, deploraturi, diligenter obſervanda eſt.) Nos aliquando, inquit, in invidiam incidimus, quia confregerimus vaſa myſtica, ut captivos redimeremus; quia Arrianis diſplicere potuerat, non tam quod factum diſpliceret, quam ut eſſet, quod reprehenderent. Quis autem eſt tam durus, immitis, ferreus, cui diſpliceat, quod homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus Barbarorum? contra graviores morte ſunt, adoleſcentuli, vel pueri, vel infantes, ab eis dolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur. Quam cauſam nos etſi non ſine ratione aliqua geſſimus; tamen ita in populo proſequuti ſumus, ut confiteremur, multoque fuiſſe commodius inſtrueremus, ut animas Domino, quam aurum ſervaremus. Quis enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregavit: Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, ut ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nil adjuvat? An ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini Aſſyrij ſuſtulerunt? Nonne melius ea conflant ſacerdotes propter eleemoſynam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Nonne dicturus eſt Dominus: cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, ut miniſtrares alimoniam, cur captivi deducti ſunt in commercio, nec redempti? cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Melius erat vaſa viventium ſervare, quam metallorum. His non poteſt reſponſum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet: Aurum ſacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur: Ornatus ſacramentorum redemptio captivorum eſt. Et vere ſunt illa vaſa precioſa quæ redimunt animas à morte. Ille verus eſt theſaurus Domini, qui operatur, quod ſanguis ejus operatus eſt. Tunc vas dominici ſanguinis agnoſcitur, cum in utroque viderit redemptionem, ut

Lib. 2. offi-cior. c. 28.

calix

calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit? Ecce aurum quod probari poteſt, ecce aurum utile, ecce aurum Chriſti, quod à morte redimat, ecce aurum, quo redimitur pudicitia, ſervatur caſtitas; Hos ergo malui vobis liberos tradere, quam aurum reſervare, &c. Et ea quæ ſequuntur.

Caput LXXIII.

De theſauris diſpenſandis & colligendis.

Lib. 2. de bello Neapolitano. Cominæus celebris ille hiſtoricus, inter alia refert, cum ſibi tanquam legato regio, theſaurus Venetæ Reipub. demonſtratus eſſet, nihil ibi reconditæ pecuniæ fuiſſe, & Ducem, præſente ſenatu, retuliſſe, eſſe apud ipſos capitale, ſi quis referat de cogendo theſauro, idque tanquam prudenter, & conſulto, ab eis inſtitutum eſſe putat, vitandæ omnis contentionis, atque ſimultatis cauſa. Huc ſpectat lex Macarenſium, vel vera, vel ficta aut fabuloſa, ſicut à Thoma Moro in ſua Utopia, refertur. *Lib. 1.* Quorum Rex, quo primum die auſpicatur imperium magnis adhibitis ſacrificijs jurejurando adſtringitur, nunquam ſe uno tempore ſupra mille auri pondo in theſauris habiturum, aut argenti, quantum ejus auri precium æquet. Hanc legem ferunt ab optimo quodam Rege, inſtitutam, cui majus patriæ commodum, quam divitiæ ſuæ, velut obicem acervandæ pecuniæ tantæ, quanta faceret inopiam ejus in populo. Nempe cum theſaurum videbat ſuffecturum, ſive Regi adverſus rebelles, ſive regno adverſus hoſtium incurſiones eſſet confligendum. Cæterum minorem eſſe, quam ut animos faciat invadendi aliena; quæ potiſſima condendæ legis cauſa fuit. Proxima quod ſic proſpectum putavit, ne deſit pecunia; quæ in quotidiana civium commutatione verſetur, & quum Regi neceſſe eſt erogare, quicquid theſauro ſupra legitimum accrevit modum, non quæſiturum cenſuit occaſiones injuriæ. Talis rex & malis erit formidini, & à bonis amabitur, &c. Quomodocunque autem ſeſe res hæc habeat, & utrum Veneti, vel alij olim ſuas rationes, plane diverſas à præſenti tempore, allegarint, & adhuc retineant, necne, ignotum tamen non eſt, tam ad conſervandam dignitatem Regnorum, & Rerumpubl. quam ad propellendam vim & injuriam, in pace, & in bello theſauri, id eſt, pecuniæ collectionem eſſe pernéceſſariam, & ideo non negligendam: Eamque ut recte dicitur, eſſe nervum belli, ſine que ea, neque ſubditos recte pacatos teneri, neque hoſtes fortiter propelli poſſe. Unde prudenter monetur; In pace arma, id eſt, ea,

quæ

Digitized by Google

quæ ſunt tempore belli neceſſaria, rectiſſime parari debere. Cum itaque experientia nos docuerit, quam neceſſaria res ſit nummos habere in theſauris paratos, nemo non ad illos coacervandos nunc intentus conſpicitur, & nonnunquam tales artes ab ærufcatoribus adhibentur, quæ manifeſtam perniciem afferunt, tam privatæ quam publicæ rei, de quibus modo plura referre extra propoſitum eſt. Non raro autem evenit, ut illi opum collectores, vel intempeſtivè, antequam cupiditatibus ſuis plane ſatisfacere poſſint, moriantur, aut brevi momento inani luxu, rurſus diſſipentur opes, quæ longo tempore, & quidem magno labore acquiſitæ, & ad certos uſus repoſitæ fuerunt. Primum illuſtratur elegantiſſimis verſibus:

Omnis in hoc ſtudio nobis conſumitur ætas,
Hoc agimus, magnas ut cumulemus opes.
Quas ſi cum ſuimus, per faſq; nefaſq; ſecuti,
Tunc nobis magno vita dolore perit.

Alterum vero, audaci facto C. Cæſaris, quod non immerito ab auctoribus reprehenditur, cum videlicet ſanctius ærarium Roman. ubi immenſus theſaurus, & paucis notus, reconditus fuerat, expilaſſe. Ita enim de eo ſcribit Appianus. *Lib. 2. bell. Civil.* Theſauros à nemine contractos, usque in illum diem, militibus rapere conceſſit, quos olim execratione propoſita conditos fuiſſe, memorant, ut niſi tumultu belli Celtici non promerentur. Ex quibus verbis colligimus Cæſarem usque ad fecem ærarium exhauſiſſe. Memorabilis autem ideo eſt ille locus, quod olim quoque Romani priſci, tam meticuloſi fuerint ob irruptiones Celtarum, Germanorum videlicet, ut peculiares nervos, & ſubſidia pecuniaria, veluti neceſſaria arma, contra ipſorum impetum, ſibi repoſuerint. De hoc theſauro, licet Suetonius, & Plutarchus, ſicut quoque ipſemet Cæſar in commentariis ſuis ſiluerint, tamen Lucanus cum *Lib. 3 Pharſal.* ita poetice depingit:

——————— *tunc conditus imo*
Eruitur templo, multis intactus ab annis,
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi:
Quicquid parcorum mores ſervaſtis avorum,
Quod dites Aſiæ Populi miſêre tributum,
Victorq; dedit Minoja Creta Metello,
Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.
Tunc orientis opes, captorumq; ultima Regum,
Quæ Pompejanis perlata eſt gaza triumphis.

Egeritur: triſti ſpoliantur templa rapina,
Pauperiorq́; fuit tunc primum Cæſare Roma.

Aliam rationem & quidem utilem, & piam in diſpenſandis theſauris habuit Tiberius II. Imp. Græcus. Is enim quicquid longa avaritia, Juſtin. II. anteceſſor ipſius in imperio congeſſerat, egentibus largitus, largiſſimas pauperibus erogavit eleemoſynas. Cum vero ob eam liberalitatem à Sophia Auguſta objurgaretur: Confido ait in Domino, nec deerit pecunia fiſco noſtro, modo pauperes eleemoſynas accipiant, & captivi redimantur. Magnus enim theſaurus ſtips pauperum. Nam hi ſunt theſauri illi nullis obnoxii periculis, quos ipſe Dominus colligere jubet. Idem, aurum cum lachrymis, & querelis ſubditorum, collectum, adulterinum & venenoſum dicebat, ſicut Evagrius & Paulus Diaconus referunt. Qualem autem Tiberius retributionem, & compenſationem, in eruendis theſauris, ſub marmorea tabula, cui imago crucis impreſſa fuit, ſuffoſſis, nec non in Narſetis, habuerit, ex Antonio & Paulo Diacono, antea, recenſuimus. Ubi quoque ex Collenucii hiſtoria Neapolitana, retulimus hiſtoriam, quo pacto Robertus Normannus opera Saraceni captivi, immenſos theſauros eruerit. Ea autem à Michaele Bruto, tanquam fabuloſa habentur, cum etiam ea, quæ ab hiſtoricis de 80. capitibus interfectorum Normannorum Byzantium ad Imperatorem Græcorum miſſorum paſſim commemorantur, tanquam conficta refutaſſet. Eodem (pergit ibi) videtur ſpectare fabula de theſauro à Roberto invento, cum index ſtatua è marmore redimito capite ænea vitta, in qua rem totam inciſum carmen ſignificaret Pœnus magus, neſcio, quis interpres fuiſſet; qui tantum ob meritum, effoſſo inventoque theſauro manumiſſus eſt. Quæ tamen, quam ſint vera, viderint ii, qui ea non ſolum legere, ſed etiam probare æquo animo poſſunt.

Cap. 63. cen. 1.1.

De inſtauranda Ital. lib. 2.

De dæmonib.

Etſi enim, ut inquit Pſellus, dæmones divitias nobis, & gloriam promittunt, nihil tamen ex ſe tradere poſſunt; Quippe cum imperium nullum habeant, ſed viſa tantum quædam inania ſuis cultoribus afferunt varia prorſus, & inſtabilia, quæ tamen impii divina eſſe ſpectacula putant. Attamen multis exemplis & rationibus demonſtravimus, theſauros, divitias, & pecuniam, atque pretioſas res, in manu Dei eſſe, ejusque largitate ea omnia ad homines, qui illi placent, emanare. Ita enim Haggæus Propheta introducit Deum loquentem; Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Eodem modo Eſaias Propheta ita Deum, Cyro Regi dicentem inducit: Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum. Et Salomon Eccleſiaſtes hæc tanquam dona Dei agnoſcit, Etiam, inquit, quod cuipiam dedit Deus divitias, & opes, & cui dominium conceſſit, ut ex illis comedat, & ſumat portionem ſuam, & lætetur labore ſuo, hoc eſt donum Dei. Multis etiam

Cap. 2.

Cap. 45.

Cap. 5.

Digitized by Google

tam aliis in locis ſacræ literæ nos docent, tam divitias & opes, quam paupertatem, & egeſtatem, à Deo promanare, & quibus illi placet, illa contingere, ſicut videre licet, in libro de providentia Dei, Andreæ Corrutii, ubi etiam pie diſputat, & rationes tales reddit: Quum divitiæ inter benedictiones Domini recenſeantur, inopia vero impiis futura denuncietur, qui fiat nihilominus, ut flagitioſos rerum copia abundare, pios autem penuria ſ, piſſime premi videamus? Quibus cogitationibus & anxietatibus etiam graviter attonitum & commotum videmus ipſum regium prophetam, qui tandem dubitanti ſimilis, in hos prorupit ſermones: Mei pene moti ſunt pedes, pene effuſi greſſus mei: Quia zelavi ſuper inimicos pacem peccatorum videns. *Pſal. 73.*

Caput LXXIV.

De mendicis, leproſis, & vera paupertate.

De mendicis antea peculiare caput compleximus, ſed occurrerunt poſtea non ſolum de illis, ſed etiam de leproſis, qui in eorum numero cenſentur nonnulla memoratu digna, quæ nunc recenſere volui. *Cap. 16. in prior. Cent.* Docent nos ſacræ literæ, quam inviſi habiti ſint homines, qui lepra infecti fuerunt, ita ut reliquis propter fœditatem & contagium eorum converſatio plane interdicta fuerit, & merito quidem. Nam numerantur in Levitico quinque notæ, per quas ab aliis hominibus ſanis dignoſcerentur, ne ipſorum contagione pollurentur. Una fuit veſtis diſſoluta; altera, detectum caput: tertia, os velatum: quarta, cohabitatio ab hominum conſuetudine ſeparata: quinta, publica proclamatio, qua immundi proclamabantur, ut pote indigni, qui inter Iſraelitas converſarentur. Diſtinctionem autem inter pruritum, ſcabiem, impetiginem, vitiliginem, alopeciam, prætereа & lepram, quæ Arabibus eſt Barras, ſeu Albarras, & vocatur volatilis, quia ſerpit, videturque volare per partes, nec non inter Elephantiaſim late tradit, & erudite explicat, quæ de hoc morbo in Levitico, tradita ſunt, Franciſcus Valeſius. *Cap. 13. De ſac. Philoſ. cap. 19.* Eſt autem Elephantiaſis (ita dicta lepra, à cute ſcabra & deformi Elephanti) apud judæos peculiare aliquid habuit, ut etiam res inanimes, veluti lapides, pannos, & ſimilia eâ inficerentur, & hæc infectio certis notis dignoſceretur: tamen à Cornelio Celſo deſcribitur; quod ea totum corpus afficiatur, ita ut oſſa quoq; vitiari dicantur. Summa pars corporis, inquit, crebras maculas, crebroſque tumores habet, Rubor harum paulatim in atrum colorem convertitur: Summa cutis inæquabiliter craſſa, tenuis, dura, mollisque quaſi ſquamis quibuſdam exaſperatur, corpus emarceſcit, os, ſuræ, pe- *Lib. 3. c. 25.*

 des

Digitized by Google

des intumeſcunt. Ubi vetus morbus eſt, digiti in manibus pedibusque ſub tumore conduntur. Febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem, conſumit. Eadem Serenus Sammonicus hiſce verſibus complectitur:

Eſt elephas morbus, triſti quoq; nomine dirus,
Non ſolum turpans infandis ora papillis,
Sed cito præcipitans, funeſto fata veneno.

Lib. 36. Hunc morbum denotare videtur Juſtinus Hiſtoricus, ubi ita, licet in hac re deceptus, & falſus, dicit: Quum Ægyptii ſcabiem & pruriginem paterentur, reſponſo moniti, Moſen cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Ægypti pellunt. Eodem modo, quum patrum noſtrorum memoria, Lues illa (quæ initio Neapolitana, ubi originem ab Indis occidentalibus eo translata habuit, & poſtea neſcio quo auctore, Gallica fuit appellata) ſparſim ſerpere cœpiſſet, ea, antequam remedia idonea reperirentur, non ſecus ac lepra, inviſa & abominabilis incurabilisque fuit; ita ut ea infecti penitus à conſortio & convictu hominum, metu tam atrocis contagii excluderentur. Unde Paponus in ſuo Arreſtorum libro ita ſcribit.

Lib. 6 tit. Arreſt. 11.

La verolle, que l'on ſouloit nommer le mal de Naples, hà eſtè du temps qu'elle fut apportée en France, fort abominée, & juſques à l'eſtimer contagieuſe & chaſſee de villes, & de la compagnie des ſains, ceux qui en eſtoient attaintz, tout ainſi que ſi ilz euſſent eſté Ladres, & ainſi fut dit par arreſt le quadrieme Mars CIↃ. CCCC. XCV. *Mais depuis, pour les promptes remedes, que le temps ha amenè, ce mal ha eſtè fait tant familier, que ceſt arreſt eſt ſans conſequence.*

De mendicis extat vetus, ut puto, conſtitutio Caroli Magni vel ex Carolingis ipſius ſucceſſoribus, quam, cum alias quoque res mirabiles contineat, integram inſerere volui.

MENDICI PER REGIONES VAGARI NON PERMITTVNTOR: SVOS PAVPERES QVÆQVE CIVITAS ALITO: ILLIS, NISI MANIBVS OPERENTVR, NVLLVS QVIDQVAM DATO, MANGONES, VAGABVNDI, ET COTIONES, QVI IMPOSTVRIS HOMINES LVDVNT, COERCENTOR. FACINOROSVS OCVLVM PRO PRIMA CVLPA PERDITO: CVLPAM ITERANS NASO TRVNCATOR: TERTIO DEPREHENSVS CAPITALEM POENAM LVITO. NEMO MILITIÆ SOCIVM SVVM, AVT QVEMLIBET ALIVM AD POTANDVM INVITATO; QVOD SI QVIS EBRIVS REPERTVS FVERIT, EIECTVS QVO AD CVLPAM COGNOSCAT, AQVAM BIBITO.

Alia

Digitized by Google

Alia quoque conſtitutio Juſtiniani Imperatoris contra otioſos mendicos digna eſt, ut adſcribatur, quæ extat in Novellis, talis videlicet: *SI HVIVS TERRÆ FVERINT, ET CORPORIBVS QVIDEM VALIDIS VTANTVR, VITÆ AVTEM EIS DECENS NON EST OCCASIO, HOS NON FRVSTRA ESSE TERRÆ ONVS PERMITTERE, SED TRADERE CITIVS EOS OPERVM PVBLICORVM ATTINET ARTIFICIBVS, AD MINISTERIVM ET PRÆPOSITIS PANIFICANTIVM STATIONVM, ET HORTOS OPERANTIBVS, ALIISQVE, DIVERSIS ARTIBVS, AVT OPERIBVS, IN QVIBVS VALENT SIMVL QVIDEM LABORARE, SIMVL AVTEM ALI, ET SEGNEM IIA AD MELIOREM MVTARE VITAM. SI VERO ALIQVI NOLVERINT INSERVIRE OPERIBVS, QVIBVS TRADITI SVNT, HOS SECTARI HAC REGIA CIVITATE, PARCENTES ENIM EIS, HOC SANCIMVS, VT NON SEGNITIE EOS AD ILLICITOS ACTVS IMPELLENTE, LEGES EOS ABRIPIANT, AD POENAS NOSTRIS TRADENTES IVDICIBVS, LÆSOS AVTEM AVT LÆSAS CORPORE, AVT CANICIE GRAVES, HOS SINE MOLESTIA ESSE IVBEMVS, IN HAC NOSTRA CIVITATE, AVT PIE AGERE VOLENTIBVS ADSCRIBENDOS, ET ALIORVM SINGVLOS INTERROGARE, QVA VENERINT GRATIA: ET INQVISITIS, QVÆ DIGNA SVNT SVPER EIS AGERE, VT NON PIGRI HIC SEDEANT, SED COMPETENTIA AGENTES, AD PROPRIAS REVERTANTVR PROVINCIAS.*

Novell. 8. de quæſt. tit. 9. cap. 5.

Similes conſtitutiones & ordinationes in Imperio habemus, ſicut ſuccinctè eas colligit præſtantiſſimus & doctiſſimus vir Cameræ Imp. Adſeſſor Petrus Denaiſius: Inopes quæque civitas ſuos alito: mendicos arceto: alio, niſi copia egenorum oppreſſa, & cum elogio, ne dimittito: Nulli præterquam morbo vel debilitate coacto mendicare permittito. Mendicorum liberos victui parando aptos, parentibus abſtrahito, artibus ſervitiisque adhibeto. Mendicantes peregrinos arceto; validos, aliis exemplo, punito. Lex autem Maſſilienſium, quam antea allegavimus, omnibus qui per aliam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſos eos habere, & mendoſam & fucoſam ſuperſtitionem ſummovendam eſſe, perſpicue explicatur ab Impp. Valentino & Valente: Eruendos videlicet è latebris eos eſſe, qui ex ignavia, prætextu fictæ religionis, onera & munera civitatis evitant, atque ad municipia patriarum revocandos, aliosque eorum loco ſubſtituendos, qui publicarum eſſent ſubituri munera functionum. Hæc tamen lex Eutropio & Oroſio, quaſi contra monachos

In jure Camerali.

Cap 16. prior. cent.

In l. quidam ignavia. C. de decur. lib. 10.

Digitized by Google

Auguſtin. de opere monach. c.17.

nachos & eremitas lata, mirificè diſplicuit; Cum tamen ſanctis patribus otium monachale quoque exoſum fuerit: quorum unus dixit, Monachum, qui manibus ſuis non laboret, violento, aut ſi mavis, latroni, judicari æqualem: alter, non licere monachis ex alieno vivere, etiamſi aſſidui ſint in contemplationibus, in orationibus, in ſtudiis. Unde S. Hieronymus ſcribens ad Ruſticum monachum, de vivendi forma, unum illud admonet, ne otioſus unquam ſit, ſed vel fiſcellam texat junco, vel caniſtrum lentis plectat viminibus, humum ſarriat, areolam æquo limite dividat, plantas per ordinem ponat, aquas irriguas ducat, texat lina capiendis piſcibus, Hunc enim & ſimilem monachis Ægyptiis morem, ut neminem inter ipſos otioſum eſſe ſuſtinerent, ibidem teſtatur. Et Chryſoſtomus nullam illos horam exercitatione vacuam habuiſſe ſcribit. Sic Divus Baſilius monaſteriorum fermentum otioſos vocat. Cæterum contra vitium mendicitatis olim fuiſſe propriam actionem (τὴν ἀργίαν γεωργεῖν Græci vocant) Heresbachius monet: Non eſt enim ignavia, inquit, fovenda, quæ eſt κακουργίας ἀρχή. Unde Baſilius Mendicorum vult delectum habere. Nam qui artę ad fallendum cantilenas mendicitatis edocti, ulcera corporisque mutilationes quæſtus cauſa prætexunt, his non oportet ſuppeditare, aut exiguo dono eorum latratum depellere, ne ad ignaviam & malitiam ſumptus ſuppeditentur, ſed veris & exploratis pauperibus liberaliter largiendo, Domino fœneraveris, dicenti: Eſurivi, & dediſtis mihi edere. Gentiles quoque, utpote viri prudentes, eodem modo hoc vitium deteſtati ſunt, & monuerunt, mendicis validis nihil eſſe dandum. Unde ſcitum Plautinum illud emanavit: De mendico male meretur, qui ei dat, quod edat, aut quod bibat; Nam & illud, quod dat, perdit, & prodit illi vitam ad miſeriam. Hæc autem à me non ideo recenſentur vel proponuntur, quod ſentiam, charitatem & beneficentiam erga proximum egentem culpandam vel prohibendam: (unde etiam hoc ſenſu acceptam Plauti ſententiam deteſtandam eſſe, dixit Lactantius lib. 6. cap. 11.) Sed potius Chriſtiano more loquendo, omnibus & ſingulis, promiſcuè absque delectu, benefaciendum eſſe puto, quum Deus ipſe hoc præcipiat, & ex ſacra Scriptura diſcamus; Non eſſe reſpiciendum, quid ex ſeipſis mereantur homines, ſed imaginem Dei in cunctis conſiderandam, cui nihil non & honoris & dilectionis debeamus; Ideoque hac ratione omni petenti, ſed verè egenti dandum, ejusque inopiam ſublevandam eſſe. Male itaque & perperam ſenſerunt Manichæi, qui eleemoſynam pauperi dandam, præciſe & absque omni reſpectu negant: Ac ne Chriſtiano quidem, & fratri ſupplici, quia ſit ſuſtentatio materiæ, & mali Dei patrocinium & favor. Idipſum obſerva-

In homil. de vita monachorum.

Epitome Chriſtianæ jurisp.

In Pſal. 14.

Matth. c. 25. v. 35.

In Trinummo.

Auguſtin. contra Adamantium, cap. 17.

vit

vit olim gentilis quidam, qui erga omnes, etiam ignotos, liberalis & beneficus fuit, dicebatque, ſe non dare & largiri homini petenti, ſed humanitati indigenti: οὐκ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ἀνθρωπότητι. Propoſitum igitur noſtrum eſt, tantum de malitioſis mendicis, & ignaviæ ſectatoribus, qui vere indigentibus ſua pigritie alimenta de induſtria ſurripiunt, quum ſeſe laboribus ſuis honeſtis, ni ſocordia obſtaret, ſuſtentare & alere commode poſſent. Hos ex Eccleſiaſte graphice ita deſcribit Jacobus Lectius Juriſconſultus præſtantiſſimus: Cap.2.

En ſedet ignavus manibus per mutua nexis,
Pigritia donec merces accedat egeſtas,
Præſtat enim palmis inquit palma una duabus,
Vnica cui requies gemina quibus anxia cura.

Huc reſpexit Atticus Epiſcopus, cum Calliopio Eccleſiæ Nicenæ presbytero trecentos aureos mitteret, cum hac monitione: VELIS AUTEM IN EOS conferre, non qui ventris cauſa, quaſi mercaturam per totum vitæ tempus mendicando exercent, ſed qui mendicare erubeſcunt. Neque in hac officii parte ullam ſectæ aut religionis cujusquam rationem ducas, neque porro reſpectum ad eos, qui à nobis in fidei ſententia diſſentiunt, habeas: ſed in illud unum incumbas, ut qui fame cruciantur, eos alimentis ſubleves, &c. Similem monitionem habemus in Eccleſiaſte Salomonis, ubi dicit: Mittito panem tuum in ſuperficiem aquarum, id eſt, in aquas ipſas coram te profluentes. Nam in multitudine dierum, id eſt, tandem & ipſo temporum ſucceſſu reperies illum. Ut autem inter mendicitatem & paupertatem diſcrimen obſervetur, ſciendum eſt, quod hæc ſit modica indigentia, labore neceſſaria quæritans. Dicitur enim πενία παρὰ τὸ πονεῖσθαι, à laborando. Ideoque ea per ſe reprehendenda non eſt; imo olim apud Romanos & Græcos commendata, & in pretio habita, ita ut Græcia alumna paupertatis & virtutis habita denominataque fuerit, ſicut antea quoque demonſtratum pluribus exemplis eſt: Illa vero extrema inopia, & rerum omnium penuria fit; unde dicuntur πτωχοὶ à παρὰ τὸ πτώσσειν, à trepidatione, quod omnibus ſunt ſupplices, vel παρὰ τὸ ἐκπεπτωκέναι ὧν εἶχον, quod omnibus bonis exciderint. Recte itaque dicit doctiſſimus Caſaubonus: Nihil intereſt, facultatibus ſit pauper aliquis, an animo, quæ ſola demum paupertas vere miſera eſt. Multa Seneca de hoc vitio variis locis, ſed unum notare ſufficiet; Sic ille de amicorum delectu loquens: Præcipue tamen vitentur triſtes, & omnia deplorantes, quibus nulla non cauſa in querelas placet. Conſtet illi licet fides, & benevolentia, tranquillitate tamen inimicus eſt, comes perturbatus, & omnia gemens.

Socrat. hiſt. Eccleſ. l.7. cap.25. — Cap.11. — Suid. in hiſt. — Cap.79. prior. eruta — In commentario ad Theophr. characteres — De tranquill. vitæ l.1.

Poſtre-

Poſtremo variæ traduntur paupertatis & mendicitatis cauſæ. I. Quibusdam cauſa eſt, vel ſua, vel majorum ſuorum ignavia. II. Aliis vita flagitioſa, qui ſua vel ludendo, vel potando temere conſumpſerunt. III. Nonnullos impellunt morbi, & defectus corporales: ut pote cæcos, claudos, inutiles, ulceroſos. IV. Alios perdidit caſus quidam triſtis, vel privatus, vel communis: privatus, ut ſolet incendio fieri: communis, ut vaſtatio bellica. V. Sunt quos tyrannis divitum & potentum eo adigat, ut pauperes & mendici fiant.

Caput LXXV.

De Nubianis Erronibus & aliis impoſtoribus mendicitatis ergo.

Cap.17. IN priore centuria nonnulla non vulgaria recenſuimus de Cingaris, eorum origine, fraudibus & impoſturis, ita ut facile, quemadmodum ex ungue leo, ut proverbialiter dicitur, cognoſci poſſint, qualis manipulus furum & latronum, ex erronibus, iſta colluvies hominum collecta ſint. Verum cum interjecto tempore plura, licet non plane conformia cum prioribus collegerim, de iis & aliis impoſtoribus, ea quidem memoranda, velut auctarii loco addam, quibus addat vel demat lector pro ſuo arbitrio fidem.

De litteris & lingua Getarum

De iis autem ita Bon. Vulcanius Brugenſis ſcribit: Nubiani inferioris Ægypti partibus contermini, ſub Patriarcha Alexandrino ſacra lingua Elkupti celebrarunt. Multi Epiſcopatus in eorum finibus fuerunt. Ante hos CLX. plus minus annos à Sultano Ægypti ſedibus ſuis pulſi, Palæſtinam, Syriam, & Aſiam minorem mendicorum ſpecie pervagantes, trajecto Helleſponto, Thraciam, & circum Danubianas regiones incredibili multitudine inundarunt; Itali Cingaros vocant, Galli, Bohemos, quod indidem ex Bohemia prima illorum eſſet notitia: Item Ægyptios quod Nubiam, etiam ipſi Nubiani minorem Ægyptum vocent. Nubæ à Stephano ipſi & νομάδες vocantur, & à Claudiano lib. 1. ad Stiliconem:

Venerat & parvo redimitus Nuba ſagittis.

Metropolis eorum Condari, non ſolum hodie ab ipſis vocatur, ſed & in mappa mundi Turcica notata eſt. Templorum eximiorum etiam hodie multa extant veſtigia, & qui ſuperſunt de illa calamitate in ſuis ſedibus, Chriſtianos etiamnum hodie ſeſe profitentur, ſed ſine ullis Epiſcopis, templis, & ſacrorum ſolennibus. Sæpe ab Imperatore, ſive Negus Abyſſinorum Epiſcopos petentes, non impetrarunt, ſed penuria Epiſcoporum in Abyſſinis, vel metu Arenoſas ſolitudines, & Mahumetanorum injuriæ obno-

Digitized by Google

obnoxias adeundi. Omnino Nomades & latrones ſunt, cujuſmodi etiam ipſorum progenies Cingari iſti, qui non ſolum morem majorum ſuorum, & furtorum licentiam, ſed etiam linguam retinuerunt. Poſtquam autem nonnulla vocabula Nubiani idiomatis poſuiſſet, ita pergit Vulcanius: Specimen hóc linguæ Nubianorum occaſionem mihi dedit cogitandi de idiotiſmo erronum quorundam, qui avorum, imo patrum noſtrorum memoria, oppida omnia & pagos pervagari, & templorum fores catervatim obſidere ſolent, & inauditis technis atque impoſturis vulgo fucum faciebant, Nubianis illis non abſimiles, eo tamen ab iis diverſi, quod cum Nubiani chiromantices, & præterita futurorum divinandi prætextu fallerent, hi ſanctimoniæ alicujus ſimulatione, & peregrinationis ab ipſis inſtitutæ, ad loca variis Divis dicata, quos diverſorum atrociſſimorum morborum, quibus ſeſe obſeſſos fingebant, averruncatores prædicabant, miſeram plebem denſiſſimis ignorantiæ tenebris immerſam atque obcæcatam, & pia quadam crudelitate, ad commiſerationem ipſorum adductam pecunia emungebant. Nubianos illos, quos Itali, ut diximus, Cingaros vocant, Hiſpani Gitanos, hoc eſt, Ægyptios, Belgæ Heydenen/ hoc eſt, gentiles: propriam ſibi ac peculiarem provinciæ, è qua orti fuerunt, linguam habuiſſe Joſephus Scaliger cenſet, cujus judicio auctoritatique libens acquieſco. Exiſtimaverim autem, Gallos & Hiſpanos, ſuos etiam habuiſſe hujus generis errones, qui inter ſe lingua vulgo incognita uterentur: quam quidem inconditam linguam, putarim Gallos Jargon, Hiſpanos Jerigonce appellaſſe, niſi fortaſſis ipſam etiam Nubianorum linguam ita appellarint. Hactenus Vulcanius. Cæterum quod ad Nubiam attinet ea in theatro orbis ab Ortelio in confinibus Occidentalibus Abyſſinorum Imperii depingitur, & ita deſcribitur: Nubia regnum olim Chriſtianum; hodie vero nullam fere religionem ii colunt. Regio eſt auro ditiſſima atque ebore: ſaccari & frumenti feraciſſima, Præcipua urbs eſt Dangala, cujus incolæ ſunt ditiſſimi, & cum Ægyptii mercatoribus negotiantur; in ea maxima ſandali & zibetti copia; domus ſunt cretaceæ, ſtramineiſque tectis. De his vel aliis erronibus judicium & ſententia Bodini eſt talis: Arcendi ſunt, inquit, graſſatores ac fures, qui Ægyptiorum ſpecie ac nomen impune ubique prædantur, quos contra lex Aurelia, magiſtratus armari jubet; Quæ peſtis quod in Hiſpania quoque latiſſimè graſſaretur, edicto Ferdinandi Regis, anno CIↃ.CCCC.XCII. coerceri cœpit. Falſo quidem ſe Ægyptios appellant, quum moribus ac lingua Ægyptiorum diſſimilimi ſemper fuerint: nec probabile ſit, ex uberrima fertiliſſimaque regione, ad extremas Hiſpaniæ infertilis oras, emenſo mari Mediterraneo advectos: ſed illa ſacrilegorum colluvies ex Alpium & Pyrenæorum præruptis ſaxis & latebris appetente æſtate, quaſi fucorum examina,

Lib. 5. de Republ.

Digitized by Google

mina, in regiones uberiores erumpunt. Nihil eſt autem in Republica tam perniciosum, quam otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudo, qui & privatorum bona diripiunt, & in everſione Reipublicæ ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt. Hanc peſtem Amaſis Ægyptiorum Rex ab Ægypto longiſſimè repulit. Quum lege lata ſanctiſſimè caviſſet, ut otioſi homines, qui nihil haberent, quod ſuum dicere poſſent, capitali ſupplicio, quaſi prædones, afficerentur. Contra hos, conſtitutiones Imperii publicatas, antea allegavimus, & eas clariſſimus vir D. Petri Denaiſius Aſſeſſor Cameræ, ita in ſuo jure Camerali, ex comitiorum Decretis, congeſſit. ZIGEUNER, QUOS COMPERTUM EST PRODITORES ESSE, ET EXPLORATORES HOSTIUM, NUSQUAM IN IMPERIO LOCUM INVENIUNTO: IN DEPREHENSOS VIS ET INIURIA SINE FRAUDE ESTO: FIDES PUBLICA, den Zigeunern/ NE DATOR: NEU DATA SERVATOR.

Poſtremo Torlaquis, Turcicis impoſtoribus & erronibus, de quibus antea diximus, qui ſub ficta ſanctitate homines decipere ſolent, & ideò ipſis Turcis prudentioribus ob hypocriſin deteſtabiles ſunt, ſuos ſocios ejuſdem

In pandect. farinæ adjungam, ſicut à Leonclavio noſtro deſcribitur: Sunt & alii apud

Turc. n. 171. Turcos monachorum ſeu religioſorum ordines, qui Calenderlari, Huggiemallari, & Dervislari vocantur. Poſtremi ita depinguntur ſuis vivis coloribus: Qui apud Turcos Dervislar appellantur, nullos in capite pilos, nullas comas habent, ubique tonſi conſpiciuntur, in eorum frontibus, & temporibus cauteria, vel ignito ferro, vel accenſa ſpongia, vel linea faſcia quadam inuſta. Aures perforatæ ſunt, in quibus Jaſpidum geſtant enotidas, & annulos ſanè non parvos: Amictus, ovillæ vel caprillæ pelles; his ita corpus cingunt, ut pellis una partem anticam, altera poſticam tegat: cætera nudi ſunt tam æſtivo, quam hiberno tempore. Paſſim in ſuburbanis & pagis habitant; Vernis & æſtivis menſibus pervagantur quaſvis regiones, ac prætextu religioſæ vitæ perpetrant infinita flagitia. Fures ſunt, adulteri, prædones, latrunculi, nec horum ſcelerum ulla tangit eos conſcientia. Quas quidem ob cauſas cavendum ab eis, præſertim in itineribus: Quippe nemini parcunt, cujuſcunque tandem ſit nationis, aut religionis, ſi ſuperiores ſe fore confidant. Præterea ſunt infames, ceu fœdi pædicones, eoque vitio ſe mutuo polluunt, nec quidem à jumentis abſtinentes. Nequitias ſuas ut tegant, ac ſanctiores videantur, masſlaco & opio veſcuntur. Hinc enim quaſi phrenetici redduntur, iiſque dum durat furor ipſimet vel forcipe vel cultello ſe vulnerant, in collo, pectore, brachiis, lateribus, donec vulneribus & cruore deformati conſpiciantur. His deinde vulneribus tamdiu ſpongiam accenſam imponunt, donec in cineres redacta, tandem extinguatur. Eum dolorem patienter ſe tolerare ſimulant. Hinc illis & honos à dementato vulgo, & veneratio non

levis

levis exhibetur, quòd Deo chari exiſtimentur: hinc & largiores eleemoſynas impetrant, ex quibus victitare ſolent. Habent in Anatolia quendam ordinis ſui Priorem, ſive præſidem, quem non Aſſambaba, ſicut Nicolaides ſcripſit, ſed Azembaba nominant: voce, non propriè, patrem patrum ſignificante, ſed patrem ſupremum, vel protopapam, ut Græcos appellaſſe, è Cedrino patet. Unde Moſcovii etiam ſuos protopapas fecerunt. Hæc ita vera eſſe, conſtat ex D. Rauwolfio Medico, qui in ſuo itinere Babylonico, quum ſecundo Euphrate veheretur in navi, has ineptias à Turlacio vidit, & vix ejus ſceleratos conatus evaſit.

Deſcribit præterea Leonclavius alios ordines, & qui pro ſanctis apud Turcas habentur, quos ſtudioſos lector ibi reperiet, hiſtoriam tantum adjungam unam de Turlacri ſanctis actionibus, quam Leonclavius ex ſermone Johannis à Salgaſtio viri nobilis, qui eam in Ægypto vidit, refert, & alteram de Derviſio latrone: Alexandriæ quum iſtic degeret, inquit, hujuſmodi quendam ſanctum virum opinione Mahumetanorum, quum præ foribus balnei muliebris ſtans, exeuntem è balneo fœminam quandam attentius intuitus eſſet, in eam furore quaſi quodam correptum involaſſe, ac protinus humi proſtratam, nec admodum repugnantem, in oculis omnium compreſſiſſe. Maritum eo facto ſe beatum duxiſſe, quod vir ſanctus impulſu divino, præ aliis cum uxore ſua coiviſſet. Vide (ita claudit Leonclavius hanc hiſtoriam) cæcitatem, ac præſertim Ægyptiorum. Nam alibi vix aliquid ejuſmodi factum, nobis illuc degentibus comperi.

Quum Anno CIↃ. D. LXXIX. Mechemetes Baſſa Vezirazemes, gener Selimi II. ſummæ ſecundum Sultanum apud Turcos auctoritatis vir, pro more domi ſuæ jus dicturus, adeunti ſe copiam faceret univerſis, in ſynedrio, vel conſeſſu, vel conſilio, vel audientia, (Divanum Turci dicunt) ingredientem ad ſe magno niſu, per mediam hominum turbam, notum ſibi Derviſium quendam conſpicatus manum exporrigit, eleemoſynam ſcilicet homini daturus. Itaque ab aliis ei ceditur, ut adire Baſſam poſſet: ad quem ubi propius acceſſiſſet, ſicam è ſinu profert, & eam vi Mechemetis in pectus adigit, ut illico lethale vulnus acciperet, quo exſpiravit: ipſo mox etiam Derviſio ab aſtantibus in fruſta conciſo. Similem conatum, ſed fere inanem, anno CIↃ.CCCC. XCIII. interficiendi Bajazetem, Derviſius ex Torlacorum ſecta, exercuit, quum in illum acinacem ſtrinxiſſet, quem ſub filtro geſtabat, quo actu exterterrito, & retro cedente equo Bajazetis, nonnihil evitatus fuit ictus hominis, ac nihilo, tamen minus Bajazetes vulnus accepit. Tum vero Baſſa Scander maſſam ferream, quam buſdoganum vocant, eo cum impetu capiti hominis impegit, ut cranio perfracto, cerebrum eruperit. Indignatus hujus facinoris cauſa Bajazetes, edicto propoſito, Torlacos univerſos proſcripſit, &

Digitized by Google

extra Conſtantinopolim, & Imperii ſui fines ejecit, &c. Mira autem res videretur, quod hæc ſecta ſcelerata Derviſiorum, eradicata ab eo tempore, rurſus tantas radices egerit, & pullulaverit, ut priſtinum parricidium, cumulato altero, renovare & ſe magis exoſam facere, conata ſit, ſi non conſtaret, hypocriſin tam fertilem eſſe, & ſemel radicatam, vix eradicari poſſe; Alia quoque non diſſimilia noſtratia extant, quæ in alia capita reſervabo. In hoc enim præter morem prolixior fui.

Caput LXXVI.

De amuletis & remediis contra tela, vulnera, & ſanguinem ſiſtentibus.

VEtus fuit apud paganos ſuperſtitio, quæ (dolendum ſanè) etiam hodie inter nonnullos Chriſtianos durat, ex amuletis, quæ à Græcis φυλακτήρια dicuntur, collo circumligatis, vel circa præcordia ſuſpenſis, in morbis & vulneribus, ne ſanguis efflueret, remedia quærere, ſicut Turcorum quoque mos eſt, de quo ſupra, cap. 29. quod etiam Periclem & Ulyſſem feciſſe, prope finem prioris centuriæ, cap. 73. ex hiſtoricis indicavimus, cui etiam Quintus Serenus, alioquin peritiſſimus auctor, adſtipulatur, dum de hemitritæi morbi medela ita ſcribit:

In Medicina c. 51.

Inſcribes chartæ, quæ dicitur abracadabra,
Sæpius, & ſubter repetis, ſed detrahe ſummam,
Vt magis atq; magis deſint elementa figuris
Singula quæ ſemper rapies, & cætera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum,
His lino nexis collum redimire memento.

Abracadabra
abracadabr
abracadab
abracada
abracad
abraca
abrac
abra
abr
ab
a

Sic quoque Ammianus Marcellinus incantamentum ad leniendum dolorem dentium, ad medicinam pertinere arbitratur. Etſi autem in hiſtoriis legimus, eſſe res naturales, quæ ſanguinem ſiſtunt, & armillas confici poſſe, in quibus lapis inſeritur, habens præſentem vim ſanguinem ſiſtendi (ita enim ſcribit Oſorius, de conflictu Albuquercii Luſitani cum Indis Malacenſibus) Nahodabeguca, princeps is erat in regione Malacæ, illorum, qui ſimulacrorum ſuperſtitione conflictati, à Mahumetis ſacris nefariis abhorrent (multis vulneribus conciſus ita cecidit, ut nullum ſanguinem è vulnere emitteret: Cum tamen noſtri illum nudaſſent, & armillam ex auro factam, in qua erat lapis quidam incluſus, detraxiſſent, magna repente vis ſanguinis ex illis vulneribus

Lib. 7. de reb. Africis & Indicis.

ribus emanavit. Lapis ex beſtiis quibuſdam eruitur, quas Siamenſes cabriſias appellant, qui mirificam ad ſanguinem ſiſtendum, vim continere dicitur.) Etſi inquam huic lapidi vis ſingularis, ad ſanguinem ſiſtendum ineſt, ſi modo non alia præternaturalia accedant: tamen experientia teſtatur, nonnullos noſtro adhuc ſeculo, magicis characteribus, & figuris, nec non verbis, ex ſacris literis, ad pravum ſuum intentum detortis, remedia & veluti amuleta quærere ſolere contra vulnera, & ſanguinis effluxionem. Exemplum habemus recens in hiſtoria Gallica, cujus libri titulus eſt, *la uraye & entire hiſtoire des troubles & choſes memorables; auenues en France q' en Flandres, & pays' circumuoicins, depuis l'an* cIↃ.D.LXII. Pictavium, inquit, cum à proteſtantibus (ita eos nominat) acri obſidione premeretur, nonnulli ex præſidiariis per pontem Achardum, eruptionem fecerunt, ut ex latere ſtagni, in inſidias traherent proteſtantes, qui tormenta majora in hunc locum ad oppugnandam urbem adducebant. Dum itaque tumultuario prælio certaretur, eques quidam ex iis vulneratum militem Regium globo tormentario, magno ardore eo uſque inſequens, quo ad in vallem, uſque ad viam, per quam obſeſſi ſeſe reciperent, continuo curſu deſcenderet, donec globulo ex tormento majori emiſſo, proſterneretur. Ideo autem hoc recenſeo, quod dum ſpoliaretur, apud eum inventæ ſunt duæ crumenulæ ex holoſerico collo ejus dependentes, in quibus erant in charta pergamena quadrata inſcriptæ literæ hebraicæ, lineis partim & figuris circularibus, & quadrangularibus, partim ſemicircularibus inter ſe oppoſitæ, totum continentes Pſal. 66. Deus miſereatur noſtri, &c. Et aliquot verſiculos, ex Pſal. 90. Qui habitat in adjutorio altiſſimi, &c. Appenſi erant quoque faſciculi nonnulli, neſcio quibus radiculis, & officulis repleti quod profutura ſibi forte ea putaſſet, contra arma & tela, tanquam quoddam remedium, à Latinis (ut ait Plinius) amuletum dictum. Aut fortè magica aliqua ex Philoſophia occulta deſumta fuerunt, quibus Agrippas animos multorum Germanorum imbuebat. Lib. 7.

At multo recentius exemplum ſimile nuper evenit poſt conſpirationem Joannis Comitis Gouriæ, & Alexandri Ruthveni ejus fratris, contra Jacobum ejus nominis VI. Regem Scotiæ. Cum enim Rex, è venatione, quam non procul à Falcolandia inſtituerat, perſuaſione ſubdola Alexandri Ruthveni, ex inſtinctu fratris præfecti Regii Perthi, eo cum paucis familiaribus ſub prætextu theſauri ibi repoſiti attractus eſſet, & in horum fratrum inſidias præmeditatas, ſumpto ibi prandio, ſolus in cubiculo incidiſſet, parumque abfuiſſet, quin à pluribus ſicariis, & aſſaſinis armatis, in ejus necem conductis, inermis ipſe, utpote nihil tale metuens ab ſuis ſubditis quos ſibi fidiſſimos exiſtimavit, necaretur, niſi ab uno atque altero, ex ſuis familiaribus ipſi, fortiter ipſomet reluctante, ſuccurſum, & divinitus conſervatus

ſervatus eſſet, & hoc modo à paucis plures vulnerati, & per cochleæ gradus dejicerentur, duo vero fratres auctores proditionis, interficerentur, poſtea cum liberato rege ipſius juſſu ſcripta & literas occiſorum, diligenter ſcrutarentur, ſi forte quid poſſet in iis reperiri, quod ad conjurationem detegendam faceret; præter marſupium tamen magicis characteribus, & vocabulis incantatoriis plenum, nihil eſt inventum. In hoc (pergit autor illius ſcripti) non parum fiduciæ Comitem collocaſſe; Nam ſine eo nunquam tutum ſe arbitrabatur. Ideoque perpetuo circumgeſtabat; quia & illud obſervatum eſt, quandiu de collo illi ſuſpenſa manebant, vulnera, quibus periit, ne guttulam ſanguinis deſtillaſſe, ut primum dempta fuere, totum corpus abundanti cruore manaſſe. Addo aliud exemplum, quod ante aliquot annos, in vicinia noſtra accidit, ſicut ex verè nobili & egregio viro, Viro Eraſino ab Eyb, ſene reverendo & multarum rerum experientia prædito (quem honoris cauſa nomino) audivi. Notum dicebat ſibi fuiſſe nobilem (cujus nomen de induſtria ſupprimo) qui feroci & nondum plane domito equo, in currum forte in platea ſtantem, impegerat, & crus fregerat. Cum autem à chirurgo perito ſecaretur & curaretur, neque ulla guttula ſanguinis efflueret, admirantibus cunctis aſtantibus, ab uno ex amicis ajebat animadverſum eſſe, loculos circa pectus moribundi pendentes, eoſque cuſtodiæ cauſa, ſi res forte precioſæ in illos conjectæ eſſent, ad ſe recipiſſe. Mox illis remotis, ſanguinem tam copioſum effluxiſſe, ut nulla ratione vel remediis ſiſti potuerit. Utrum autem hoc amuletum ex naturalibus, vel magicis rebus confectum, quid ve in illis loculis aſſervatum fuerit, in medio relinquo, Hæc tantum ſicut à viro fide digniſſimo, audivi, referre, & ita hoc caput abſolvere volui: ubi tamen hoc prius admonuero: Sanctiſſimos viros Eccleſiæ Doctores, atque in his præcipuè D. Chryſoſtomum, laboraſſe plurimum, in hac amuletorum abominanda ſuperſtitione reprehendenda, hominibuſque eripienda. Nec dubitant affirmare quod longè præſtabilius ſit, mortem oppetere, ſi Deo ſic viſum fuerit, quam hujuſmodi impiis remediis ſalutem ac vitam ſibi comparare.

Cap.

Caput LXXVII.

Fraude perjurium adſtringi, non ſolvi, & de illuſionibus juriſjurandi.

REprehenditur à veteribus, & meritò quidem, Paches Athenienſium Dux, propter fidem Hippiæ datam & ſub doloſo prætextu non ſervatam. Is enim, teſte Thucydide, cum ad colloquium Hippiam Arcadum in oppido Notio ducem, ad ſe ea conditione evocaſſet, ut ſi inter ipſos non conveniret, ſalvum eum & incolumem in oppidum ſiſteret: cum ad eum egreſſus eſſet, in libera cuſtodia ipſum Paches tenuit, & ſubito ad murum exercitum admovit, oppugnat oppidum, atque Arcades captos Barbaroſque omnes, qui aderant, interficit, nihil tale expectantes. Poſtea Hippiam ſecum in civitatem reducit, ſicut pactus erat, & cum ingreſſus eſſet, eum iterum comprehenſum ſagittis confixit. Né autem hæc fraudis perjuriique nota, non tantum apud Ducem Græcum hæreat, neve alios penitus ab ea immunes eſſe cenſeamus, audiamus quid regnante Ludovico Cæſare, Arnolfi filio acciderit. Simili enim fraude Atto Moguntiæ Epiſcopus, ſicut Luithbrandus Ticinenſis, Urſpergenſis & alii hiſtorici teſtantur, vitæ Adelberti Palatini Franciæ Orientalis, qui ultimus ſuæ familiæ fuit, inſidiatus eſſe dicitur. Cum enim is diuturna, & acri obſidione à Cæſare, cujus filium occidiſſe inſimulabatur, in arce, natura & arte, munitiſſima Aldenburgo, prope Pabebergam, in edito monte, unde nomen habet, ſita, premeretur eamque expugnare, vel obſeſſos ad deditionem cogere poſſe Cæſar diffideret, Atto ille, Adelbertum ſuum conſanguineum, ideoque fraudi magis obnoxium, blanditiis pellectum, ad Ludovicum capitalem ejus hoſtem, ſua vafricie attraxit, juramento pollicitus, ſe procuraturum, ut quemadmodum eum ſalvum, de munitiſſimo, ubi erat loco, educeret; ſi forte re infecta redeundum eſſet, incolumem & ſoſpitem itidem reducturum. Cum itaq; paulum extra portas prodiiſſet, Atto aſpiciens Solem, iter longum, uſq; ad caſtra Cæſariana, & horam jam tardam cauſatus, ſatius & commodum fore dixit redire, ut corpus jentaculo curarent, itineris laſſitudinem ita levaturi. Cui Adelbertus nihil ſuſpicatus mali, non difficulter aſſenſit, imo ut ſecum in arcem rediret Attonem humaniter invitavit. Reverſi igitur in arcem, ſumpto jentaculo, dant ſe iterum in viam, ac ſimulatque in Cæſaris conſpectu conſiſteret Adelbertus, in manus hoſtis ſui deditur, & morti adjudicatur, quo proditionis Attonem audacter non minùs *Lib. 3.*

quam

quam verè incuſante, juramento, inquit, & datæ fidei ſe tum ſatisfeciſſe, religioneque exſolutum, cum eum ad jentaculum in arcem incolumem reduceret. Atque ita de illo ſupplicium juſſu Cæſaris ſumptum fuit, & mox extincta illa familia nobiliſſima Palatinorum Franconiæ orientalis, & arx illa, vel ut tunc temporis nominabatur, Caſtellum Pabebergenſe, cum tota ditione in Cæſaris poteſtatem pervenit. Sepultus autem Adelbertus fuit in ſuo oppido Dariſſa, non procul à Mœno, quo in loco modo monaſterium ejuſdem nominis eſt, vulgo Dercs vocatum, ubi ejus monumentum in templo, licet non planè integrum adhuc conſpicitur. Hujus hiſtoriæ magna cum indignatione mentionem facit Juriſconſultus eximius Andr. Alciatus, ubi hiſce verbis exclamat: Dignus perpetua nota ſacerdos, qui ignoravit, fraude perjurium adſtringi, non ſolvi. Et ita quidem accidit. Nam Atto ille, hanc infamiæ maculam nunquam eluere potuit, ſed deinceps in noſtra vernacula lingua vulgo dici meruit, der trewloſe Atto/ id eſt, perfidus Atto. Eadem hiſtoria cum aliis memorabilibus exemplis recenſetur à Bodino de Republica. Hoc factum cum Albertus Cranzius in ſua Metropoli, vel hiſtoria Eccleſiaſtica Saxoniæ, recitaſſet, eam etiam ita concludit: Hatto, ubi proditionem perfecit, ſe retraxit ex oculis morituri. Hoc eſt enim fidem fallere, hoc eſt perfidia remunerare fiduciam. Et ibidem refert: quomodo idem Hatto, Henrico Ottonis filio, Duci Saxoniæ, mirificas inſidias, cum torque argenteo inaurato ſtruxiſſe dicatur, qui tamen cautior fuit Adelberto. Hunc Hattonem fulmine ictum periiſſe, & poſtea à dæmonibus in puteum ignis montis Ætnæ vivum præcipitatum, clamantemque in aere auditum eſſe;

In l. bove §. hoc ſermone de ver. ſign.

Lib. 1. c. 4.

Lib 2. c. 25.

Lib. 3. c. 25.

Sic peccando lues, ſicque ruendo lues,

eo quod Albertum Comitem de Babenberg dolosè tradiderit occidendum, legitur in compilationibus Chronologicis ex Bibliotheca Henrici Petrei editis. Hæc tamen hiſtoria de Adelberti morte, aliter recenſetur à Reginone Chronicorum lib. 2. Rectè itaque laudatur Romanorum integritas, quod fidem etiam hoſti ſervandam eſſe cenſuerunt, ſiquidem conſtat, tria inprimis auxiſſe, & conſervaſſe Imperium Romanum: I. Sanum videlicet conſilium in Republica. II. Paupertatem privatam. (Unde præclarè Horatius: *Privatus illis cenſus erat brevis: commune magnum*) III. Fidem in promiſſis & factis. Unde evenit, ut publica fides, quondam illis adeo venerabilis, & ſancta fuerit, ut eam pro numine colerent. Itaque apud eos ſolenne ſacrarium erat inſtitutum fidei, in quo pacis leges, fœdera, induciæ, jurejurando confirmabantur, ut ejus, qui ea violaret, ſacrum Diis inferis caput eſſet. Neque in privatis contractibus ſanctius ullum jusjurandum, quam fidei: publicæ vero tanta auctoritas, tanta exiſtimatio, ut nemini

Digitized by Google

nemini tutius ſe pecunias credere, quam Reip. privati arbitrarentur. Præterea à veteribus Romanis tanta religione celebratur Fides, ut non tantum violari eam crederent, ſi aliquid contrafacerent, ſed etiam cum paterentur fieri aliquid ab aliis, quo fides læderetur. Idque potiſſimum demonſtrarunt poſt Cannenſem cladem, ſicut Livius recenſet, cum Hannibal quibuſdam captivis redimendi ſe poteſtatem feciſſet, fide ab eis accepta redeundi, niſi res confici poſſet, ea quam propoſuerat conditione, & illi doloſe unius diei iter progreſſi, ſimulato negocio, in caſtra hoſtium rediiſſent: inde quaſi ſacramento ſoluti, tanquam liberi eſſent, ſecuri confidentesque Romam ſe contuliſſent: Indignatus Hannibal dum eos ſibi dedi poſtularet, publico Senatus decreto ad Hannibalem remiſſi ſunt. Ob eam cauſam in multis numiſmatibus Romanis, veluti teſtibus ſervatæ fidei, conſpiciuntur duæ manus junctæ, interdum cum hac inſcriptione FIDES EXERCITUUM, interdum, FIDES LEGIONUM, interdum, FIDES ROMANORUM. Huc reſpicit prudens oratio Camilli, apud Plutarchum, cum Faliſcorum pueri, à ſuo magiſtro, mira fraude, in caſtra ipſius pertracti eſſent; Gravis, inquit, res bellum, ut quæ multis injuſtis multisque violentis factis conficiatur, & tamen apud bonos viros habentur etiam belli quædam leges: neque tantopere victoria expetenda eſt, ut non fugienda ſint officia, quæ per ſcelus, & malitiam offeruntur. Magnum enim Imperatorem ſuæ virtutis, non alienæ Improbitatis fiducia, convenit bellum gerere. Non ſunt igitur audiendi Lyſander, & ejus aſſeclæ, magnam in jurando levitatem laudi ſibi ducentes, hi enim vulpinam pellem aſſuendam cenſent, ubi leonina non ſufficit, vel ut idem Lyſander Lacedæmonius, nec non & Dionyſius Tyrannus dicere ſolitus fuit, pueros taxillis, viros jurejurando decipiendos eſſe. Quare recte dicit Plutarchus in Lyſandri vita: Non eſſe Laconicum, Deos eodem quo hoſtes modo, tractare. Imo, inquit, in Deos contumelia major eſt, qui enim jurejurando fallit hoſtem, hunc ſe metuere, Deum contemnere fatetur. Et ſane qui perjurium admittunt, hi Deo vel ſapientiam adimunt, non opinantes, ei omnia eſſe conſpicua, vel juſtitiam illi exuunt, quaſi malitiæ, atque ſceleribus impiorum conniveat, cum ſciamus illum eſſe judicem juſtum, & tetrorum facinorum ultorem. Idipſum veteribus licet Ethnicis ignotum non fuit, ideoque jurisjurandi religio illis magnopere curæ fuit. Idque conſtat ex legibus Numæ Pompilij II. Regis Romanorum, quibus ſtatuit, Fidem datam, privatim publiceque ſervandam eſſe, quod eſt honeſtiſſimum vinculum ſocietatis humanæ, & omnis juris fundamentum. Siquidem Fides ſecundum Stoicos nomen habet à fiendo, quod fieri debeant, quæ fideliter promittuntur. Contra vero perfidia

Lib. 22.

Cent. II. Qq &in-

& infidelitas, non abiret impune, ſed infamia, aliiſque pœnis coercere-tur. Ideoque altera lex ejusdem Regis fuit, juramentum eſſe ſervandum, ſi modo de re poſſibili, & licita ſit præſtitum. Has & alias leges Romanorum Regum, diligenter collegit Johannes Velcurio in primum librum Titi Livij.

Caput LXXVIII.

De accuratis ritibus Romanorum in ſanciendis fœderibus, ut iis veluti vinculo fides rectius ſervaretur, & perjuria vitarentur.

ROmani ad ſervandam fidem in juramentis præſtandis quaſdam peculiares ritus obſervarunt ad reverentiam Dividi Numinis, quod maxime timebant atque reverebantur, ne perjuria committerent. Idque apparet ex Senatusconſulto, quod Livius refert. Fæciales enim cum in Africam ad fœdus cum Carthaginenſibus feriendum ire juberentur, poſtu[illegible] ipſis, Senatusconſultum, in hæc verba factum eſt: Ut privo[illegible]que verbenas ſecum ferrent, uti Prætor Romanus h[illegible] ferirent, illi Prætorem ſagmina poſcerent. Herbæ id genus, ex arce [illegible]ptum, dari fœcialibus ſolet. Hæc jurisjurandi ſolennitas tali modo [illegible]batur, apud Romanos: lapidem ſilicem tenebat jurans, ſic dicens: [illegible] fallo, me Dieſpiter, ſalva urbe, arceque bonis ejiciat, ut ego h[illegible]. ſecundum vetuſtiſſimum ritum, Martis, Quirinique numin[illegible]us adiutis, jusjurandum præſtiterunt. Ritus vero lapidis fuit hujuſ[illegible]odi Fæcialis ſumpto in manibus lapide, poſtquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit. Si rectè, ac ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusjurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præſtent; Sin aliter aut ago, aut [illegible]to, cæteris omnibus ſalvis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulchris, ſolus ego per[illegible] lapis è manibus meis decidet. Nec plura locutus, manu lapidem [illegible]jicit. Unde formula loquendi orta eſt, per lapidem jurare, idque intel[illegible] poteſt, ex Plauto in Aulularia. Cum enim Strophilus Lyconidi adoleſce[illegible] jusjurandum ad hunc modum detuliſſet, Jura per Jovem, & inter cætera reſpondiſſet Lyconides, Sed me cito expedi sis, ſubjecit Strophilus, Hem silicem tibi, tunc accepto ſilice jurans, hac formu[illegible] uſus

eſt

Digitized by Google

eſt Lycon: ſi te ego ſciens fallo, ita me ejiciat Dieſpiter bonis, ſalva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem: Confirmat præterea veterum jurisjurandi reverentiam Plinius in naturali hiſt. ubi ita ſcribit: Amnis Olachias in Bithynia Briazum affluit, hoc eſt & templo & Deo nomen, cujus gurgite perjurii notantur pati velut flammam urentem. Philoſtratus quoque in vita Apollonii Tyanæi agens de eo loco. Eſt, ait, juxta Tyana aqua quam ajunt Jovi ſacratam, quam indigenæ inextinguibilem vocant; Fons ejus frigidus ſane ſcatet, ebullit non ſecus atque igne calefactus lebes, hunc pueris, & jurisjurandi fidem ſervantibus viris, aſpectu placidum guſtuque dulcem perhibent; perjuris vero, & infidis palam adverſatur; epota namque aqua oculos, pedesque, ac manus pejerantis invadit, aqua intercute, ac tabe totum corpus inquinans, nec illinc diſcedendi datur facultas, ſed eo loco permanentes, coram aqua ipſa ſuam deplorant infirmitatem palam, quod pejerarint profitentes. Eodem modo ara Palicorum ob pœnam, quæ deierantibus ibi præſto erat, in cultu ſummo antiquitus fuit, de qua Virg. Lib. 31. c. 2. Lib. 9. Æn.

———— ubi implacabilis ara Palici.

Ad interpretationem autem hujus carminis Macrob. totam hanc hiſtoriam enarrat. Idem fere tradit ex Ariſtotele Leonicus. Pauſanias quoque in Corinthiacis, de quodam ſubterraneo loco, ubi Portunum latere creditum fuit, & mira ſcribunt, quomodo perjuri puniti ſint. Huc reſpexit Hanno Carthaginenſis apud Livium, ubi in ſenatu ita dixit: Saguntum noſtri circumſident exercitus, unde arcentur fœdere, mox Carthaginem circumſedebunt Romanæ legiones, ducibus iiſdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera ſunt ulti: Itaque paulo poſt unus ex ſenatoribus Romanis apud eundem Livium, Carthaginenſium legatos, ſupplices pacem petentes, percontatur, per quos Deos fœdus icturi eſſent, cum eos, per quos ante ictum eſſet, fefelliſſent? Cui Asdrubal princeps legatorum prudenter reſpondet, per eoſdem, qui tam infeſti ſunt fœdera violantibus. Hinc videmus quam religioſe veteres jusjurandum habuerint. Nullum enim vinculum ad aſtringendam fidem jurejurando arctius eſſe voluerunt, ut ait M. Tullius in Officiis. quo nullo modo ſit ludendum. Ob eam cauſam gentiles Fidium Jove natum finxerunt, ſicut ex eleganti Tetraſticho, quod Traiectenſes inferiores, in honorem Philippi Regis Hiſpaniarum, cum ad patrem Carolum V. Cæſarem in Germaniam proficiſceretur, Triumphali portæ inſcripſerunt, apparet, idque in Itinerario à Chriſtovalle diligentiſſime Hiſpanica lingua conſcripto, ita legitur: Li. 1. Satur. Cap. 29. Cap. 14. Lib. 21. ab Vrbe condita.

Sum love patre ſatus Fidius, mortalia fido
Conſtringo nexu, me ſine cuncta labant.
Me ſine nullus amor, juramentumq́, valebit,
Iungo animos animis, pectora pectoribus.

Idipſum Pauſanias in Arcadicis obſervavit, ubi ſcribit Philippi Macedoniæ Regis liberos propterea tantis calamitatibus affectos fuiſſe, quod ipſe fidem in pactis conventis, confœderatis datam, nibili faceret. Quod utinam Regibus Chriſtianis in mentem mature veniſſet, cum fœdera jurejurando, per veri Dei nomen firmata, tam flocci faciant, ut levi de cauſa ea negligant, & cupiditatibus ſuis, poſthabita fide data, indulgeant. Quoties enim, ut hiſtorici teſtantur (recentiora enim tanquam nimis odioſa, modo non ſunt attingenda) Ludovicus XI. Rex Galliarum, & Carolus Dux Burgundiæ pactiones jurejurando confirmarunt, toties fere cum alterutri commodum videretur, ab iis receſſerunt? adeo ut dici poſſet, eos ſibi fidem invicem dediſſe, fore, ut ea, quæ antea ſervanda pepigerunt, facilius infringerent. Quo reſpexit Cominæus lib. 4. ubi ait: Eo ſpectaſſe omnia illorum conſilia, ut alter alterum falleret, & libr. XI. dicit, horum duorum Principum fuiſſe per omnem vitam in rebus omnibus contrariam & diverſam voluntatem, & qui nullam rem ſimul ex animo comprobarunt, niſi in caput Conneſtablij conjurationem. Ob hanc cauſam minorem reprehenſionem ob illuſiones Jurisjurandi, incurrit Solimanus Imperator Turcicus, utpote Mahometanus (quorum fides alioquin fluxa eſſe ſolet, eaque apud illos ex utilitate ſuperveniente, vel ſervatur, vel frangitur, ita ut potius Utile quam Honestum obſervent,) qui Hebraymum Veſir, quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum Regum gratia potentes evaſerint, ad exemplum illudentis fortunæ, teſte Jovio; ante obitum fortunatior, atque felicior fuit, in cubiculo per Eunuchum, carnificis munus obire ſolitum, in pulvino dormientem, cultro adunco, quod de manu Imperator tradiderat, contra fidem datam necari juſſit. Feruntenim, inquit Jovius, Hebraymum, cum ſumma Solimani gratia potiretur, familiari ſermone aliquando poſtulaſſe, ne ſe tantis honoribus onerare contenderet, ne demum amplitudine odioſa, ſupra æquum florentem, è gradu, tanquam è faſtigio ſummæ Fortunæ præcipitem dare, atque occidere neceſſe haberet, fidem vero in ea verba ita principem dediſſe, ut nunquam eo vivo vitam murepturum polliceretur, ſic ut ea inanis juramenti religione obſtrictum, ne datam falleret fidem, non aliter, quam alte ſtertenti, necem intuliſſe: quoniam Taliſmanes ſacerdos, divini interpres juris, dormientem, nequaquam cenſeri inter vivos, cum una vigilia totius vitæ actus conſtaret, aſſeveraſſet. Hæc Jovius. Argutum ſane

In ſul. l. 33.

com-

commentum ad frangendam fidem, ex naturalibus rebus ad ſcelera excogitatum. Conſtat enim, ſomnum eſſe vivendi & non vivendi interliminium: ut neque omnino ſit, qui dormit, neque omnino non ſit. Vivitur enim potiſſimum vigilia propter ſenſum. Simile aliquid Mithridates in epiſtola quadam ad Regem Parthorum Arſacen, conqueſtus eſt de Romanis, quæ olim extabat lib. 4. hiſtoriarum Saluſtii, nunc inter ejus fragmenta, cujus epiſtolæ verba hæc ſuperſunt: Perſen, deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos, acceptum in fidem callidi, & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, in ſomnis occidere. De hujus tamen Perſæ Macedonum Regis ultimo obitu aliter Livius & Plutarchus. Denique ſumm (ita author theorema. 21. in ſuis commentariis de regno contra Machiavellum, poſtquam multa memorabilia exempla recenſuit, concludit) hoc maneat, perfidiam eſſe ſcelus, adeo ipſi Deo & hominibus deteſtabile, ut fœdifragos & perfidos Deus nunquam impunitos relinquat. Neque ſemper eorum ſupplicia poſt mortem differt, ſed ſæpe antevertens etiam in hac vita, eos ſevero ac inuſitato modo ulciſcitur, horæ momento, conjuges & liberos eorum, univerſamque ſobolem à ſtirpe ſubvertens. Quemadmodum apud Homerum Agamemnon Trojanorum fraudes ac perjuria divinitus ultum iri pronuntiat:

Et ſi perjuros violato fœdere Troas,
Iuppiter è cœlo præſenti haud puniat ira,
At quandoq; graves magno cum fœnore pœnas,
Hi cum conjugibus & tota ſtirpe rependent.

Caput LXXIX.

De limitata hominum poteſtate in bruta, & de eorum pœnis.

MUlta, ut ſpero, non inutilia neque vulgaria congeſſimus, & recenſuimus in cap. 21. prioris noſtræ centuriæ, quibus plura lectu digna adjicere volui, unde patet, hominem licet bruta ejus poteſtati divinitus ſubjecta ſint, attamen eam exercere abſque crudelitate, ſed humane & diſcrete debere. Quamquam enim etiam interdum bruta veluti ob delicta puniantur; tamen conſtat, ea delicta impetu quodam expertæ rationis (cum bruta ſenſu careant) perpetrari. Brutum quidem animal quan-

Exod. 21. doque propter hominis facinus (ut eſt poſt legem Moſaicam Juriſconſul-
torum doctrina) cum bruto commiſſum, occidi & concremari judicis ſen-
tentia jubetur, lite prius criminali inſtituta & perfecta, *ut in caſu capit. mulier.*
15. quæſt. 1. ubi occiditur pecus, ad quod mulier inhoneſte acceſſerat, *& in l.*
ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, ubi animal pro noxa quam fecerat, datur.
Unde à nonnullis infertur, quod non in ſolos homines, ſed etiam in belluas
merum imperium exerceatur. Sed in eo conveniunt plerique omnes Juris
interpretes, merum imperium non exerceri, niſi in corpus animatum ratio-
nale, quoniam brutum animal rationis expers non poteſt delinquere, cum
non habeat animum injuriandi & delinquendi, *dicta l. 1.* Et delictum pro-
prie ſine animo delinquendi non committatur, *§. furtum. Inſtit. de obligatio-*
nibus quæ ex delict. nec obſtat *dictum cap. mulier.* quoniam ibi pecus comburi-
tur, non ut puniatur ex ſuo delicto, cum nullo modo legis ſit capax: (careat e-
nim ſenſu & intellectu) ſed ideo concremari jubetur, ut conſumptum, indi-
gni facti memoriam amplius non refricet. Sic *in dicta l 1.* animal datur pro
noxa non ut animal puniatur, etſi damnum dedit, ſed ne in plus dominus te-
neatur, quam valeat quadrupes, quæ damnum dedit, vel injuriam fecit: ſicut
& in ſervis quoque conſtitutum eſt, qui damnum alteri (etiam ignorante do-
Cap. 5. mino) dederunt, *l. 2. in delictis. § ſi detracta de noxal. actionib.* qui pecoribus
comparantur, *l. 2. ad leg. Aquil.* Imo Draconis lex etiam in res inanimatas ſan-
cita fuit. Huc pertinet, quæ in priori centuria de ſtatua Niconis Thaſii, pugi-
lis celebrati, ex Suida obiter retulimus, quum ejus jam defuncti ſtatuam æ-
mulorum unus odio indulgens fuſtibus cæderet, tanquam Niconem vivum
contumelia afficiens, ſtatua manium ultrix in cædentem collapſa, oppreſſit
eum, & extinxit. Propter cujus necem ejus hæredes ſtatuam ipſam necis
ream egerunt apud Thaſios lege Draconis; tandemque ſtatua necis damna-
ta, ſententia judicum in mare demerſa eſt. Pauſanias vero id de Theagenis
ſtatua narrat. Quum, inquit, è vita jam deceſſiſſet Theagenes, ex ejus obtre-
ctatorum numero quidam ad ejus ſtatuam nocte qualibet accedens, eam fla-
In Eliacis. gris cædebat, non aliter, quam ſi in eo ære ipſum vivētem ulciſceretur. Quum
autem hominem ſtatua ſubito caſu oppreſſiſſet, ejus filii ſtatuam de cæde po-
ſtularunt. Eſtque ea Thaſiorum ſententia in mare abjecta, Draconis ſcilicet
lege, qui anima etiam carentia, urbe agroque exterminanda, quum leges
ſcriberet, ſanxit, ſi quid forte eorum corruens hominem peremiſſet. A De-
moſthene quoque in oratione in Ariſtocratem, hujus legis talis mentio fit:
SI LAPIS, AUT LIGNUM, AUT FERRUM, AUT TALE QVODPIAM DELA-
PSUM PERCUSSERIT, ATQVE ALIQVIS, A QVO ID CONIECTUM SIT,
IGNORET, IPSUM VERO NORIT, ET HABEAT TELUM, QVO CÆDES FA-
CTA EST, HIS REBUS IN HOC LOCO IUDICIUM DICATUR. Sequitur ergo,
quod

Digitized by Google

quod interdum aliquid puniatur, quod ratione caret; non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant indignam memoriam facti. Et refert Guido quæſt. 128. ſe vidiſſe porcum reſti damnatum, & collo obtorto pendentem, quod infantem interemiſſet. Sic Juriſconſultus quidam ſcribit, ſe vidiſſe curiæ Toloſanæ decreto enſem ibi ſuſpenſum, anno cIↄ. D. XL. Pythagoras ſane in alia ſententia fuit. Etenim is ſupra modum mitior fuit erga bruta animalia, ideoque ad vitandam crudelitatem & injurias, aucupium improbavit, & piſcium redemptis capturis, dimitti eos juſſit, omniſque non feri animalis cæde interdixit. Idipſum commovit Porphyrium, ubi ita diſſerit: Injuſtum eſt animal cædere, quandoquidem non omnino à nobis ſunt aliena. Nos autem tanquam laſcivi & inſolentes ludo frequenter in theatris, venationibusque animalia paſſim plurima interfecimus quo factum eſt, ut vis ipſa in nobis ferina & immitis vehementius invaluerit: humanitas autem & manſuetudo ceſſaverit. Pythagorici vero manſuetudinem & clementiam erga feras meditati ſunt, tanquam humanitatis & miſericordiæ ſpecimen, &c. Hac opinione in hodiernum diem Turci imbuti ſunt, quippe ſibi perſuadent homines ſuperſtitioſi ac barbari, ſe neſcio quid promereri gratiæ, ſi in brutas etiam animantes, feles, canes, piſces, aviculas, eleemoſynam conferant. Itaque volucres manibus necare captas ad victum, religio eſt, easque pretio potius ſuo redemptas, liberatas reſtituunt: Piſcibus devoranda fruſtula panis objiciunt, canes & feles in plateis publicis, ad certa loca cotidie ſtatis horis gregatim convenientes, pane, carnibus, cibiſque cæteris paſcunt, ſicut Georgivicius & Leonclavius noſter teſtantur. Sed prolixior & elegantior eſt in hac re Busbequius: Erga omne, inquit, genus animantium Turcæ ſe præbent indulgentes. Et licet canis apud eos obſcœnum & impurum animal habeatur, ideoque domo arceant; nihilominus, cum ita de canibus ſentiant, atque illi communes ſint, nec proprios habeant dominos, vicorum potius & regionum, quam certæ domus cuſtodes, victitentque de purgamentis, quæ in publicum ejiciuntur: tamen ſi qua ſit in vicinia fœta canis accedunt, oſſa pultis & offarum reliquias congerunt, idque pietati conſonum putant. In quo cum eos accuſo, quod ea præſtarent brutæ animanti, quæ haud ſcio, an præſtarent rationis participi, & ſibi congeneri, certe minime darent homini Chriſtiano: reſpondent, conceſſam homini à Deo rationem, egregium ad omnia inſtrumentum, qua tamen ille abutatur, ſic ut nihil ei cedat incōmodi, quod non ſua culpa contraxerit, idcirco minore miſericordia dignū: At brutis nihil à Deo tributum, præter quoſdam motus & appetitus naturales, quos non ſequi non poſſint, ideoque humana ope & commiſeratione ſublevanda. Ea de cauſa ferunt graviter, ſi qua beſtia per cruciatum interficiatur, aut voluptas ex ejus laniena quæratur: cujus rei documento nuper fuit aurifex quidam Venetus, is dele-

In lib. de anima.

Epiſt. 3.

Digitized by Google

delectabatur aucupio: ceperat inter reliquas aves unam coccygis magnitudine, atque ejusdem fere coloris, non magno quidem roſtro, ſed faucibus ita vaſtis & patentibus, ut cum diducerentur, prodigioſe hiarent, & quemvis magnum hominis pugnum caperent: Cujus rei novitatem miratus homo alioqui ridiculus, avem januæ ſuæ ſupero limini paſſis alis affigit, faucibus ita bacillo diductis, ut immenſum hiarent: qui illac iter habebant frequentes Turcæ conſiſtebant, ſuſpiciebantque, ſed ubi moveri avem, & vivere animadverterent, in miſerationem verſi, clamant, indignum facinus, innocentem avem ſic diſcruciari, aurificem domo evocant, arreptumque obtorto collo trahunt ad judicem rerum capitalium: jamque in eo res erat, ut male verberibus acciperetur, cum à Bailo Veneto (ſic eum vocant, qui illic inter cives Venetos jus dicit) quidam intervenit, qui hominem repeteret, quem a benevolo & favente judice, tamen frementibus reliquis Turcis, vix impetrat. Sic ille ſervatus eſt. Riſi (pergit Busbequius) ſatis: nam ad me crebro ventitat, cum mihi totam rem, quantoque in metu verſatus eſſet, commemoravit. Quin etiam avem ad me attulit, ut inſpicerem. Ea eſt, qua dixi, figura, noctu volare & vaccarum mammas ſugere ajunt. Conjectura ducor, ut veterum caprimulgum fuiſſe credam. Tales ſe erga omne brutorum animantium genus præſtant Turcæ: ſed maxime pinnigerum. Eſt è regione diverſorii noſtri procera platanus, amplitudine ramorum, & opacitate frondium ſpectanda: ſub ea interdum conſiſtunt aucupes, cum magno avicularum numero: accedunt multi, & parvo ære captivas redimunt, quas ſingulatim deinceps manu emittunt. Illæ fere in platanum ſubvolant, ubi ſe à carceris ſqualore & ſordibus purgant, pennasque explicant, pipilantes interim. Tum Turcæ, qui redemerunt; Audin, inquiunt alter alteri, ut ſibi gratulatur, & mihi gratias agit? Quid ergo? adeone Pythagoræi Turcæ, ut omne animal apud eos ſacroſanctum ſit, nulloque veſcantur? minime, imo fere à nullo abſtinent, quod ſit appoſitum, ſive elixo, ſive aſſato. Ovem quidem lanienæ naſci dicunt, ſed non ferunt ex eorum cruciatu & tormento voluptatem quæri. Minores quidem aves, quarum cantu rura campique celebrantur, ſunt, qui nulla ratione adduci queant, ut interficiant, imo ut caveis incluſas teneant, nimiam libertati earum injuriam ſic fieri exiſtimantes. Sed non eſt omnibus una ſententia. Et ea quæ ſequuntur, &c.

Cap.

Caput LXXX.

Brutis vim nullam inferri: & de eorum fortitudine, aliisque virtutibus.

NOn inficior, ea quæ de Pythagorica & Turcica ſuperſtitione intempeſtiva, ne quid gravius dicam, commiſeratione erga brutas animantes, priori capite diximus, haud carere reprehenſione, quum ſatis conſtet, neque brutis, neque aliis inanimis rebus, neminem vim proprie inferre: Quia nullum dominium neque jus habent. Sed ſolis vis hominibus infertur, ſi modo ea poteſtas recte & tempeſtive, licito & conceſſo modo, abſque hominum injuria, tam in interficiendis, quam in conſervandis brutis uſurpatur. Hujus ſententiæ eſt Autobulus apud Plutarchum, ubi dicit; Non injuſte faciunt, qui utuntur animalibus, ſed ii, qui hoc faciunt damnoſe, contemtim & cum crudelitate. Non fruſtra igitur in priore centuria monuimus, ob quam cauſam lege divina mandatum populo Iſraelitico fuerit, ne avis incubans una cum ovis vel pullis ex nido auferatur, ſicut quoque ad vitandam ſpeciem crudelitatis; Ne coquatur hœdus in lacte matris ſuæ. *De ſolertia animal.* *Cap. 21.* *Deut. c. 22.*

Etſi non ignoro, nonnullos Moſaicam prohibitionem in avibus cum ovis, &c. ob eam cauſam factam interpretari, ut vetaretur ſuperſtitio illorum, qui exiſtimabant, contra ſterilitatis maleficium, vel odii inter conjuges prodeſſe, ſi quis nidum inveniens, caperet ipſis cum pullis matrem. Cæterum quod imperamus brutis, & potiores iis ſumus, non caſu aut fortuito fieri, Ethnici quoque obſervarunt: inter quos Plutarchus prometheum, id eſt, rationis uſum, hoc efficere ſtatuit: Alioqui ſui ortus natura & conditione pleraq; bruta exiſtimat meliora, quam nos. Alia enim, inquit, cornibus armantur, dentibus, ſtimulis: At echinus, quemadmodum Empedocles ait: *Exod. c. 23.* *De fortuna.*

Dorſum horret ſpinis. & ſpicula torquet acuta.

Tum vero amicta ſunt, & ſuffulta ſquamis, villis, chelis, ungulis duris: Solus homo, ut ait Plato, nudus, inermis, ſine calceis & tegmine eſt à natura relictus:

Unum ſed hac largita emollit omnia,

ſcilicet per rationis uſum, induſtriam & providentiam.

Vires exiguæ ſunt mortalium:
Sed calliditate multiplici,
Belluas maris & terreſtria,
Et ſub cœlo volitantia
Omnia homo domat.

Digitized by Google

Nihil agilius equo, nihil velocius; ſed hominibus curruñt; ferox eſt animal canis, iracundum; ſed homines cuſtodit. Multum carnis habet porcus: Eſu ſuaviſſimus eſt piſcis: alimentum & obſonium homini ſunt. Quid majus elephante, quid aſpectu terribilius? verum & hic ludicrum hominis factum eſt, & ſpectaculum in ſolennibus conventibus, diſcitque ſaltationes & choreas ſuas, ac ingeniculare. Hæc ideo proponuntur, ut diſcamus, quò hominem attollat ratio, & quibus rebus eum ſuperiorem faciat, utque omnia redigat in ſuam poteſtatem. Qua de re aureum prorſus eſt prooemium Oppiani in 5. lib. de piſcatione: quod Latino carmine expreſſum a Conrado Ritterſhuſio ſubjiciam. Sic igitur habet:

Prooemium l. 5. Oppiani Halieuticō.

Huc adverte animum, imperio qui dirigis orbem,
Atq; attende volens, quam res homini ardua nulla
Sit nimis effectu, quam cunctæ induſtria vincat
Humani ingenij, ſubjugatq́; ſibi omnia, tellus
Quæ mater parit, & complectitur Amphitrite
Tam lato ſpacioſa ſinu, campiq́; liquentes
Ætheris includunt. Ea prive ut hero omnia parent
Prompta homini, meta rerum finiſq́; creandi.
Par ſuperis vere eſt hominum genus, illud in auras
Quicunq́; ediderit: ſolo ipſis robore cedit,
Viribus inferius, quamvis par cætera, Divis:
Sive luto molli formavit membra Prometheus
Iapeti ſoboles multiſcia, & unguine tinxit
Corda viris, dieq́; afflavit particulam auræ:
Sive cruor nobis Titanum præbuit ortum:
In medio per me ſit res tam obſcura relicta:
Hoc modo dum conſtet, ſuperare hominem omnia, tantum
Exceptis Superis. Quid enim contendere poſſit
Tandem homini? ingenij quid palmam huic præripere auſit?
Sola immortalis vincit natura Deorum
Mortales. Illam hi fas eſt ut cernui adorent,
Illa confeſſi ſeſe virtute minores.
Nam quot homo in ſylvis proſtravit ſæva ferarum
Corpora, vis ipſis etiamſi maxima ineſſet,
Neſcia terreri: Quot verò ſecla volantum
Aeris è campis liquidis, ac nubibus altis
Detraxit, cepitq́; humilis membra, arduus artem
Sublimisq́; animum? Non fulvum excelſa leonem
Vis animi elati eripuit, quin ſtringeret ipſum,

Indu-

Induretq́; plagis humana induſtria major.
Non illam reginam avium Jovis armigeram ipſam,
A laqueo tutam potuit præſtare quod alis
Libera ventoſo vacuum ſecet aera motu.
Indica quis neſcit quanta ſit prædita mole
Bellua, nigra cutem ſtrigoſam, at candida dentes?
Attamen hanc etiam docuere ſubeſſe magiſtro,
Impoſitoq́; jugo portare onera ardua multis
Ceu mos eſt, duroq́; aſſueſcere labori,
Aut portandi onera, aut currus ac plauſtra trahendi.
Neptuni quin & pecudes immania cete,
Quæ pecori illudunt, undas findentia pinnis,
Haudquaquam hiſce feris ſylvarum mole minora.
Imo etiam multo majora magisq́; tremenda
Monſtra maris domuere homines lethoq́; dedere,
Ceteas udo in pugnas cum marte ruentes.
I nunc, atq́; nega ingenium humanum omnia poſſe.

Quemadmodum autem fatendum eſt, Deum opificem omnium rerum ſoli homini rationis uſum conceſſiſſe, omniaque bruta ejus imperio ſubjeciſſe; ita nonnulla bruta, præſertim elephas, canis, & equus, propius quam alia ad ratiocinationem, vel potius ſagacitatem non vulgarem, accedunt, imo in hac etiam vincunt hominis induſtriam. Sic,

Nos aper auditu, præcellit aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx viſu, ſimia guſtu.

Ut autem de reliquis duobus animalibus taceam, in verbis Jehovæ apud Jobum: Nunquid ſuſcitans equum quaſi locuſtas? hæc notatu digna obſervavit Franciſcus Valleſius: *Cap. 39.*

Profert, inquit, Dominus exemplum intelligentiæ inſignis & fortitudinis, equum ſcilicet, cujus tanta eſt belli intelligentia, tanta audacia, tantus furor, ut fortiſſimè irruat, & jubæ, quam habent circumdatam collo, erectione & hinnitu, ac fremitu per turmas irruentes, ut locuſtæ, & inflantes nares, hoſtes deterreant, terram ungula fodiunt, exultant audacter, pergunt armatis in occurſum, neque pavent, neque cedunt gladio. Sonantibus ſuper ipſos pharetris, & haſtis vibratis & fulgentibus clypeis, non ſolum non terrentur, ſed multo magis irritati, ferventes ac frementes, ſorbent naribus terram, neque reputant tubæ ſonare clangorem, hoc eſt, neque clangore tubarum, quæ ab adverſo ſonant, terrentur: intelligentiam habent belli, & audientes buccinam, quæ ipſos ad prælium vocat, dicunt VAH, hoc eſt, exultant & adoriuntur procul bellum, & intelligunt ducum exhor- *De ſacra Philoſophia, cap. 55.*

exhortationem, & ululatum exercitus. Hæc valde conſonant cum iis, quæ Ælianus his verbis ſcripſit: Equus cum freni crepitum, & ſtrata, & cætera ornamenta videt, tunc fremit, & exultans ungularum ſupploſione obſtrepit, & eorum conſpectu, quaſi furoris afflatu ad iter incenditur: voce equiſonis excitatur, & aures erigit, & naribus inflatis, celerem feſtinationem anhelat, quodam incredibili curſus ſtudio, ad currendi memoriam rediens.

Idcirco ob hujus animalis egregias fortitudines, & alias dotes induximus antea Bucephalum equum Alexandri Magni, qui ornatus regiis phaleris, neminem in dorſo ſuo inſidere, niſi Regem patiebatur. Similem equum

Roman. hiſt. lib. 37.

habuit Julius Cæſar, Dione teſte: ita enim ſcribit; Nam præter ea, quæ retuli (quæ animum ejus inflaverant) equus ei quidam fiſſis in duas partes prioribus ungulis natus erat, isque ſolum Cæſarem exultans ferebat, & nullum alium ſeſſorem admittebat.

Nonnunquam autem ridicule, né gravius dicam, veſano certe affectu, nonnulli erga equos ſeſe geſſere, iisque præter naturam ſtolide ſane absque omni ratione, utpote irrationali animali nimium attribuere. Cajus enim Caligula equum ſuum incitatum nomine, ad cœnam adhibebat, & ei in auro hordeum apponebat, nec non in poculis aureis vinum propinabat, ſalutem ejus & fortunam jurabat, Conſulemque ſe eum creaturum pollicebatur, facturus, ſi diutius vixiſſet: tandem autem ipſe ſui ſacerdos fuit, & equum ſuum

Roman. hiſt. lib. 59.

De remed. utriusq; fort. dialog. 31.

collegam aſſcivit, ſicut Dio retulit. Eodem modo Petrarcha hiſtoriam de quodam retulit: Ne quis, inquit, priſcam tantummodo amentiam ſuſpicetur, redeat ad memoriam, nec longe ſeu joco ſeu tempore requirendus: Adhuc enim vivit, nec dum ſenuit, & in terra Italica nobiſcum degit is, quem nominare non eſt neceſſe, fortunæ utique vir ingentis, nec parvi ingenii conſiliique vir, alioqui magni animi, nec inſulſi, ubi quid ſerio agendum incidit, qui tamen ægrotanti equo, quem amabat, aureum pulvinar ac ſericum cubile ſubſtravit. Cumque ipſe interim podagra vinctus, atque immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen aut ſervorum vectus manibus, aut equo altero vix injectus, & ſuos medicos ſecum ducens, equum ſuum ægrum bis terque cotidie viſitabat, illi ſuſpirans, atque anxius aſſidebat, illum leniter manu tractans, blando murmure ſolabatur. Quid multa? Nullum medicinæ genus intentatum, nihil languenti amico debitum prætermiſſum fuit. Fabulam fortaſſe poſteritas vocet; vera res, & magno in populo nota eſt: ſic vir fortis curam qui geſſit, ut propriam, ſic extinctum luxit, ut filium. Hucusque Petrarcha. Nimia & plus quam licita ſunt hæc ſtudia erga brutum animal: Quæ ſicut merito reprehendenda, & homine ſanæ mentis indigna ſunt; ita erga bruta tempeſtive & licito modo nonnunquam miſericordiam & humanitatem exercere permiſſum eſt. Et ob hanc rem laudatur

tur Xenocrates Platonis familiaris, quod tum aliis miſericordiam ſingularem declararit, neque ſolum hominum, ſed perſæpe etiam brutorum animantium miſertus ſit: tum quum quodam tempore ſederet in loco aprico, paſſer acriter inſtantem accipitrem fugiens, in ſinum ipſius devolaſſet, illum cum voluptate receptum, & occultatum tamdiu cuſtodiiſſet, donec hoſtis è conſpectu receſſiſſet. Ubi vero jam metu periculoque ſolutam eſſe arbitraretur, mox nudato ſinu avem dimiſit, inquiens, ſe ſupplicem, hoſti non prodidiſſe. Experientia ſane teſtatur, plerunque aves minores, utpote perdices, coturnices, aliasque imbelles, rapacium avium vim & impetum ita extimeſcere, ut ſi prædatorem accipitrem, ſibique ſui ſimiles aves ex raptu viventes, adeſſe ſenſerint, in ſublime ſeſe attollere non audeant, ſed in fruteta aut alias latebras ſe abdentes malunt canibus hominibusque, quam jurato, & naturali hoſti, in prædam venire. *Ælian variar. hiſtor. l.13 c.31.*

Caput LXXXI.

De Tarantula ex genere Phalangii, & Corybantæo furore.

Generosus & nobilis quidam Neapolitani Regni vir, cum menſem unum, atque alterum una eſſemus, mihi multa memoratu digna narravit. Inter reliquos ſermones aliquando etiam de venenatiſſimo animalculo ex inſectorum genere, quod ab Italis Tarantula vocatur, mentio incidit, ideoque quæ ſibi comperta eſſent, recenſuit. Ajebat is inſectum illud, miris modis infenſum eſſe agricolis, cum vel in arando, vel meſſis tempore in colligendis fructibus occupati ruri eſſe ſolent, eosque incautos morſu ſuo, lethali vulnere lædere, ita ut contra ejus virulentos ictus, nulla remedia ſatis efficacia, hactenus excogitari potuerint. Ob hanc rem, ajebat, eo tempore ruſticos plerunque ocreatos in agris conſpici, ut hoc munimento, laboribus ſuis tutius vacare poſſint. Læſos autem, vel ictos à Tarantula, mox veluti veterno correptos procidere, neq; excitari poſſe, niſi peculiari inſtrumento muſico, ad ictum mira naturæ ſolertia, veluti deſtinato, cujus ſono Tarentatos (ita enim eos vocari ajebat) excitatos reſurgere, & perpetuo motu, ſaltando veneni vim eos digerere ſolere. Rariſſimè autem, & non niſi robuſtiores priſtinas vires, & valetudinem integram recuperare: Imbecilliores vero vel mente captos, vel ineptos ad labores triſtes & ſtupidos reliquum tempus vitæ ſuæ, abſque ſpe priſtinæ valetudinis recuperandæ, conſumere. Hæc vera eſſe, & alii obſervavere, inter quos ex veteribus eſt Julius Soli- *Cap.17.*

Digitized by Google

nus, Phalangium, inquit, aranei genus eſt: ſi niſum quæras: nulla vis eſt: ſi poteſtatem, ictum hominem veneno interficit. Ex recentioribus autem Joan. Porta ita ſcribit. Eſt Phalangii genus quoddam, quod a Tarento in Apuliæ partibus Tarantula dicitur; univerſa enim Regio ſic eis laborat, ut perpauci ſint, qui evadant; Eorum morſus acerbior eſt, quam veſpæ ictus, & homines, qui ab eis iciuntur, diverſis affliĉtantur caſibus: Multi enim perpetuo canunt, illachrymant, delirant, ſed omnes fere ſaltant. Meſſores enim dum operi incumbunt, ignarique doli, ſæpe acriter percutiuntur, muſicisque adhibitis modulis, animum delinientibus, permulcentur, eisque in ſanitatem reſtituuntur. In quibusdam cavernulis vitam degunt, easque in ſegetibus condunt. Sed Alexan. de Alexan. prolixior eſt in deſcriptione hujus rei, cujus verba, ut eo rectius cognoſcantur, aſcribere operæ precium duxi. Tarantula, inquit, aranei genus eſt, dirum animal, tactu peſtilens, eam ſi caſu ſpectes, vilem, & ſine noxa putabis. Et ſane reliquo anni tempore minime pernicioſa, aut exitialis, vix aliquid nervorum, aut virium ad nocendum habet. Cum autem æſtu anni flagrantiſſimo, aſſiduo ſole Apuliæ campos (ubi peculiare hoc malum exiſtit,) torreri certum eſt, tum maxime ſeu afflatu noxio, ſeu æſtu accenſa, morſu virulento peſtiferam perniciem affert; cui tanta malo vis eſt, ut quemcunque morſu percuſſerit, niſi celeri remedio ſuccurratur, aut ſtupor exitialis primo, deinde certa mors ſubſequantur neceſſe eſt, aut ſi, qui forte vitæ damnum evaſerint, veluti abalienati mente & ſemivivi, continuo ſtupore, & hebeti ſenſu oculorum, auriumque affecti vitam miſerabilem ægerrime ducant. Huic peſti tam præſenti malo, quantum caveri humana diligentia voluit, unum hoc [illegible]bri remedio eſſe compertum eſt; ſi protinus tibicen, aut c[illegible]ſta varios concinat modos: tunc enim morbo ejusmodi percuſſus, qui moribundus, & ſermonis, & oculorum ſenſus amiſerat, quippe nec ingredi, nec fari, neque alio ſenſu frui valuerat, mox ubi tibiam, aut Citharam admotam propius audit, illo mitti ſono, & concentu, c[illegible]ptus, & demulſus, veluti è gravi ſomno excitus, oculos attollit parumper, mox ſe in pedes erigit, [illegible] recipiens, paulatim pro modulo, & pulſu ſonorum, ſervata pſallendi lege ingreditur, tunc enim inaugeſcente ſono, quaſi permulſis animis, & confirmatis, exultabundus, maximo niſu, atque impetu in ſaltus, geſtusque nec indecoros, neque à pulſu Citharæ diſſonos, erumpit, ita ut etiam rudes & ignavi, pſallendi modos docti in ludo videantur. Hæc ille, ubi pergit recenſere, quomodo viderit Tarantatos illos ſaltantes, verum cum pauſam feciſſet, is qui tympanum pulſabat, affectum illum morbo velut attonitum, ſtupentique ſimilem, repente omni ſenſu deſtitutum fuiſſe, donec rurſus reſumpto tympano, is denuo modulos audiverit, tunc priſtinas vires

Mag. Natur. l. 2. c. 11.

Genial. dier. lib. 2. c. 17.

res reſumſiſſe, & acrius in choreas inſurrexiſſe. Ideoque concludit, creditum eſſe, & à vero non abhorrere vim illam veneni virulento morſu, & ſanie conceptam, harmonia, & vocum concentu, per totum corpus diffundi, atque inde fato neſcio quo, dilabi, & exinaniri: Ideo illos, qui morbo ejusmodi laborant, ſi quid reliquiarum reſiduum fuit, quod penitus curatum non ſit, ſi quando ſono extrinſecus, vel concentu aures ipſorum afici contigerit, veluti mente conſternatos, toto corpore, & animo concuti, ac manibus pedibusque geſtire compertum eſſe, donec vis illa tabificæ penitus extincta fuerit: Mira ſane iſta ſunt, neque ratio reddi certa poteſt, quare venenati illius inſecti morſus, aliud remedium non patiantur, niſi peculiares concentus & melodias. Ideoque fatendum eſt, in instrumentis muſicis occultam aliquam vim ad commovendos animos ineſſe, ſicut in phreniticis nonnullis videmus: qui ut Aſclepiades medicus literis prodidit, quem ibidem Alexan. de Alex. citat, nulla re magis, quam ſymphonia, & vocum concentu, ac modulis reſipiſcunt, & ſanitati reſtituuntur. Tanta hominis naturæ, cum harmonia conſenſio eſt. Id ſane teſtatur exemplum Saulis regis, ut ſacra profanis miſceamus. Is enim cum, ut ſcriptura ſacra loquitur, ſpiritu domini malo, ad furorem incitaretur, remedium, & mitigationem in muſicis inſtrumentis invenit. In quibus tamen non tantam vim & efficaciam, repertam fuiſſe, quam in pii & ad regnum deſtinati adoleſcentis Davidis piis precibus & modulationibus, arbitror. Sed naturalem Muſices vim Strabo, & Quintilianus, non ignoravit, qui cenſent *Lib. 1. c. 16.* mederi corporum morbis, & Macrobius putavit, tibicinem modula- *Lib. 2. c. 3.* mentem auxilio eſſe morſis à vipera. Etſi Saul non à dæmone prorſus, at humore melancholico exercebatur, utque nullo aptiori remedio, juvari potuerit, quam dum per muſicam mœſtitia ei excuteretur, & rerum cogitatio horridarum. Sed etſi dæmon eum agitabat adhuc & juvabat muſica, quia non ea agitatio fuerit, niſi per humores melancholicos, quos muſica miteſcebat, neque enim capitur dæmon iſtiusmodi oblectamentis, ut hæc & alia Valeſ. notat. Hæc quoque & alia citantur à doctiſſimo Alberico Gentili: Hinc videmus heroes ſæpe numero concentuum ſuavitate impetus ſuos intempeſtivos veluti fregiſſe. Et allegari poſſet exemplum D. Lazari Suendii noſtri ſæculi excellentis, & militaris herois, qui ſæpenumero Turcorum impreſſiones magna cum laude, tam ſuorum, quam hoſtium fregit, quem ſcimus, & ipſemet vidi, & audivi, muſica inſtrumenta mitiora, ad refrenandos, & demulciendos generoſos impetus intempeſtive occurrentes, adhibere ſolitum fuiſſe. Neque hoc novum eſt, nam olim Timotheus Mileſius in Muſica & modulis, ita præſtans fuit, ut Alexandrum Magnum ad arma veluti in aciem proditurum, ſumenda, & deponenda

De ſac. Philoſ. cap. 28.
In L. 2. [illegible] de maleſ. & mathe.

nenda ſua arte commovere potuerit. Imo & noſtra ætate inſtrumenta Muſica habemus, quæ ſimilem vim habere cernimus, & in Danica hiſtoria, nec non & in Cornelii Agrippæ libro legimus: Muſicum quendam tanta modulandi vi gloriari ſolitum, ut ſe audientes diceret mente abalienare poſſe, cumque id regis Daniæ juſſu facere cogeretur, adſtantium animos ſoni varietate flectere eſt aggreſſus. Itaque inuſitatæ ſeveritatis concentu edito, quadam veluti mœſticia, & ſtupore omnes complevit, ut extra ſe poſiti viderentur. Dein mutata modulorum ratione in plauſum, lætitiamque deflexit, ut & corporis motu geſtirent: Poſtremo acrioribus modis ad tantum amentiæ aſtantium animos concitavit, ut in furorem, ac rabiem quandam præcipites traherentur. Verum de his plura, præſertim ex Lilio Gyraldo in prima Centuria, *Cap. 18.* retulimus.

Ut autem cœptam meditationem proſequamur, & vetera recentibus conferamus, non diſſimile de Tarentatis eſt, quod olim iis accidit, qui Corybantæo furore correpti fuerunt: Hi enim, ut Plato ſcribit, illam tantum modulationem acutè ſentiunt, quæ ejus Dei eſt, à quo corripiuntur, & ad illam modulationis formam, & geſtus, & ſermonis copiam habent expeditiſſimam: cæteros autem ritus contemnunt. Sed ne exempla tam longe petamus, quid obſecro iis apud nos, & in inferiori Germania olim, & non ita pridem aliud accidit, qui furore quodam, quod genus vulgus morbum Sancti Viti, vel Modeſti appellat, noſtra vernacula lingua Veits Dantʒ vocamus, exagitantur? Eos enim, ut Bodinus quoque obſervat, ad laſciviam, & inconditam ſaltationem furor impellit, quam muſica Ly[illegible] tantur, deinde numeris ac modis gravioribus utuntur: idque ſ[illegible] quouſque modi ac numeri gravitate plane conquieſcant. In ſua Dæmonomania autem dicit, non magis expeditam ejus curandi rationem eſſe, quam ut ſedate, graviterque cogantur ſaltare. Horum amentium hominum, Anno CIↃ. CCC. LXXIII. magnam multitudinem veniſſe ex finibus Rheni, & Moſæ, in Flandriam gregatim choreas ducentes, ac continenter ſaltantes, & cantantes, haud ſecus ac furiis quibusdam exagitarentur, ſcribit Ludovicus Maleanus, exiſtimatque talia rudibus accidiſſe mortalibus in tenebricoſiſſima illa ætate, propterea quod à pueritia in lege DEI non inſtituerentur.

In methodo hiſtor.

Lib. 2. c. 4.

In Annal. P. andr. Lib.

Circa idipſum tempus ex Aquisgrano, in Hannoniam, atque inde in Franciam veniſſe mirabilem ſectam, tam virorum, quam mulierum, præter omnem verecundiam chorizantium, ſcribit Petrus Præmonſtratenſis. Hi videbantur ſibi in ſanguinis flumine ſaltare, quamvis aſtantes nihil tale viderent. Monſtratur ſane adhuc ſacellum in monte prope Ravensburgum Urbem Sueviæ, in quo arx egregia ædificata eſt, qui mons à Vit[illegible]

dic[illegible]

diemo die nominatur, quod ſingulis annis non ita pridem turba tripudiantium, quaſi Divo illo ſacra celebrarent, &ejus ope ſani fierent, eo ſaltando recurrere ſolita eſſet. Sed cum aditu prohiberentur, & ſacellum illud in alios uſus deſtinaretur, iſte concurſus hactenus ceſſavit.

Caput LXXXII.

Grati animi memoriam & beneficentiam non ſolum hominibus, ſed etiam brutis naturam indidiſſe.

Attigimus leviter in cap. 21. prioris centuriæ, olim Athenis adverſus ingratos actionem conſtitutam fuiſſe, & rectè quidem, quia dandi, ac accipiendi beneficii commercium, ſine quo vix vita hominum extat, perdit, & tollit; quiſquis benè merito parum referre gratiam negligit. Fuit autem Lex Athenienſis, qua reducebatur libertus in ſervitutem teſte Val. Max. talis: SUPERSEDEO TE HABERE CIVEM TANTI MUNERIS IMPIUM ÆSTIMATOREM, NEC ADDUCI POSSUM, UT CREDAM URBI UTILEM, QUEM DOMI SCELESTUM CERNO. ABI IGITUR ET ESTO SERVUS; QUONIAM LIBER ESSE NESCIS. Huc etiam Leges Cæſareæ reſpexerunt. (a) Eodem modo filius emancipatus ingratus iterum in paternam poteſtatem reducitur. (b) Et legitimatus iterum ad ſtatum naturalitatis reducitur. (c) Sic omnis cauſa feudi vel beneficii amittendi fundatur in ingratitudine clientis. Ingratitudo autem deterrimum eſt vitium, de quo Canoniſtæ, (d) cum nihil æque ſocietatem hominum, quæ in mutua conſiſtit benevolentia, diſſolvat, ut Seneca monet. (e) Ideoque ingrati plectebantur apud Perſas. (f) Huc quoq; ſpectant Sophoclea, quæ digna ſunt, ut adſcribantur. Ita enim gratum animum commendat, & ingratum abominatur:

Decet bonum, meminiſſe grato pectore,
Si quid beneficii adeptus eſt à quopiam.
Nam gratiam quiquis benefactori ſuam
Studet probare, bene ad merendum hunc provocat.
Quem vero oblivio capit affectum bonis,
Indignus ille nomine eſt viri boni.

(a) *L. alimenta §. 1 de li. agnoſ. l. 2. C. de l. & eorum lib.*
(b) *L. unica C de ingrat. liberis.*
(c) *Bal. in c. 1 §. ſilii. ſi de feud. controverſia fuer.*
(d) *In c. ſi de Don.*
(e) *De benef.*
(f) *Xenoph. in Cyropæd. l. 1. Herodot.*
Sophocl. Ajac. ex interpre. Conrad Ritter. Lib. 60.

Illip ſum obſervavit Claudius Nero, teſte Dione, ubi ita dicit: Quia multi ſervos ægrotantes nulla cura dignabantur (habebantur enim tanquam bruta

Digitized by Google

vel beſtiæ) ſed domibus ejiciebantur. Legem tulit princeps, ut qui ita caturbati ad ſanitatem rediiſſent, liberi eſſent. Hac lege magnopere indiguiſſent captivi Hiſpani, & alii ex clade Gerbenſi Conſtantinopolim adducti. Ita enim
Epiſt. 4. ſcribit de iis Busbequius. Magna ægrotorum multitudo decumbebat in templo quodam Peræ, quod oppidi nomen eſt, ſtatim trans fretum ſiti, e regione Byzantii. Ibi eos Turcæ veluti depoſitos, & abjectos habebant. Plurimos aut in ipſo morbo, aut jam convaleſcentes, idonei victus inopia perdebat, quod juſculum aut offam non haberent, quo languentem ventriculum foverent, & vires amiſſas ſenſim recuperarent. De eo admonitus, do negocium civi Perenſi, mihi amico, ut verveces aliquot quotidie emat, quos domi elixos, inter captivos illos dividat, his jus, illis carnes, ut cujuſque morbi vel valetudinis ratio exigeret: quæ res non paucis profuit. Quemadmodum autem hæc ſolicitudo pro infirmis captivis, & liberalis beneficentia præſtantiſſimi legati Cæſarei merito laudanda, & prædicanda, ita certè deteſtanda eſt cujuſdam vel ſordidi, vel avari, vel etiam immiſericordis hominis Chriſtiani durities, vel potius crudelitas. Ita enim paulo poſt pergit Busbequius. Sunt Peræ cum cives, tum peregrini generis Italici multi mercatores, quorum extitit in captivis ſublevandis inſigne ſtudium: ſed unius non poſſum obliviſci prorſus à reliquis diverſi propter ſententiæ abſurditatem. Is erat Italogræcus, h. e. mixta origine ex moribus Græcis atque Italis. Hic cum certatim omnes in tam pium opus incumberent, adduci nunquam potuit, ut teruncium in illud impenderet. Quo nomine cum accuſaretur, ita ſe defendebat, ... ſono, & incompoſito ſermone Italico (nam familior erat ei Græcus.) Ego iſtos, ... les ſint non novi, ſed facilè poſſum conjicere, non niſi juſto Dei ju... in hanc miſeriam conjectos. Nolo venire contra voluntatem divinam ... maneant per me, quo loco eos Deus eſſe voluit. Vos qui iis, quorum ... decreta ſunt tam audacter intercedit is, mirandum non erit, ſi pœnitebit. Nemo mihi perſuaſerit, ut vel unum obolum horum cauſa erogem. Sic ille. Sed vanum iſtum, & ineptum vatem omittamus. Quod ſi in loco illorum miſerorum mancipiorum fuiſſet, & volubilitatem humanæ ſortis, ut homo diſcretæ rationis rectius conſideraſſet, abſque dubio mitior, & liberalior erga afflictiſſimos captivos fuiſſet. Sed tranſeamus ad alteram partem hujus capitis, ... quoque indicium grati animi innatum, & ab iis hominibus non raro exhibitum fuiſſe. Demonſtravimus autem id in priori centuria non vulgaribus hi-
Cap. 21. ſtoriis & exemplis, quibus plurima ex hiſtoriis adjici poſſent, ſed rariora ve-
Lib. 13. c. 46. tera, & recentia tantum recenſebo. Ælianus de Dracone beneficii memore ita ſcribit; Civitas eſt in Achaja, nomine Petræ. In ea puer draconem parvulum emebat, magnaque cura eum educabat: cumque creviſſet, loquebatur quaſi cum intelligente, ludens, ac dormiens cum ipſo. Cum vero ad ingentem ma-

tem magnitudinem Draco perveniſſet, in ſolitudinem à civibus eſt dimiſſus. Poſt cum puer adoleſcens factus, reverſus à ſpectaculo quodam, cum aliquibus æqualibus in latrones incidiſſet, & clamorem extuliſſet, ecce Draco præſto eſt, & alios in fugam vertit, alios interimit, ipſum vero ſalvum conſervat. Hæc Æliana narratio ſi eſt vera, (ante aliquot enim ſecula ſcripta eſt) non ſolum grati animi retributio, ſed etiam memoria & notitia nutritoris mira, & memorabilis eſt; Sic hiſtoria de cicuribus ſcombris piſcibus, qui à piſcatoribus aluntur, alioſque ſui generis feros; ut nutritoribus gratiam referant in retia allicientibus, memorabilis eſt apud Ælianum, ſicut antea à me relata eſt. Sic etiam inter aviculas, quædam ſunt allectatrices, quæ alias ſui generis alliciunt, & in retia ſimulando ducunt. De his latius Ariſtoteles ſcribit. Et nota eſt mihi honeſtiſſima familia, quæ diu aluit fringillam admodum vetulam, quæ in aucupio libera dimiſſa, hinc inde tam diu volitare ſolita fuit, donec multas ſui generis aviculas in retia alliceret, unaque ſe capi permitteret, quæ tamen agnita incolumis in ſuam caveam remitteretur. Quod tam diu fecit donec fortè incuria ſervuli, inter alias captivas aviculas non obſervaretur, & una cum iis magna cum indignatione heri, necaretur. Cæterum ſi hæc avicula non in gratiam ſui heri, ob paſtum & nutrituram, ſui generis volucres attraxiſſet, traditrix potius earum, quam benefactrix appellari meruiſſet. *De hiſtor. animal. li. 9.*

Caput LXXXIII.

De peculiari affectione piſcium, conjuncta memoria grati animi, erga homines.

Mira ſcribunt veteres hiſtorici, de piſcibus Delphinis, quomodo unus Arionem præcipitatum à nautis latronibus in mare, ſalvum & incolumem, ſibi inſidentem, cum cithara, nec non Palæmonem, Phalantum, Taram, & alios, ereptos ex mari in portum adduxerint. Eodem modo, de puero quodam, quem Delphinus ita deperiit, ut ex ipſius conſpectu viveret, & defectu moreretur. Telemachum quoque Ulyſſis filium ferunt, cum adhuc puer in alto maris littore luſitaret, in ſubjectas aquas corruiſſe, mox Delphinorum beneficio receptum, qui puerum ſubvexerint, & ſalvum in littus expoſuerint. Idcirco patrem, inſigne Delphinorum, poſtmodum ſtudioſius adamaſſe, eamque ſculpturam, & in enſe, & ſcutis habuiſſe, & in annulo uſum pro ſigillo. Quamobrem Pierius Valerius, non pro fabulis habenda cenſet, quæ recitat Pauſanias, qui grati animi ſignum in hoc animali ſe vidiſſe in Poroſelene Joniæ urbe teſtatur. Inclamatus enim à puero properare ad eum ſolebat, ſubjectoque ei ſi adlibuiſſet, ad ve- *Hieroglyph. lib 27.* *In Laconicis p. 109.*

ćturiam ſe accommodabat, propterea quod ab eo redemptus piſcatorum manus evaſerat, curato etiam vulnere, quod illi fecerant. Ab Egeſide proditum ait Plinius in Jalyſo Rhodiorum urbe Hermiam puerum Delphino lo[illegible]a conſuetudine vectare ſolitum per fluctus, ſed ſubita mox procella superveniente demerſum. Idemque Naupacti etiam accidiſſe a Theop[illegible] ſtliterarum monumentis datum. Aliquot etiam hujuſmodi exempla [illegible] Delphinorum luculentis verſibus graphicè nobis deſcribit Opp[illegible] lib. 5. Halieutici operis: quæ apud ipſum legere in promptu eſt. Adm[illegible]atur autem Plutarchus tantam animalis iſtius humanitatem, ſiquidem non educatione veluti canes, & equi, non ulla neceſſitate, velut Elephanti, Pan[illegible]ræque & Leones ab hominibus liberati, ſed genuino quodam affectu ſp[illegible]nte ſint humani generis amatores, ideoque Crocodilorum hoſtes infenſi[illegible]i, propterea quod Crocodilus humano ſemper generi inſidiatur, atq[illegible]e ita [illegible] naturæ repugnantia inimicitias generat. Mira autem res eſt, neque c[illegible]tionem reddere poſſum, quare Delphinus vocatus nullo alio nomine, quam Simonis delectetur, eoque audito, quaſi ſibi de induſtria indito, in mari compareat, & ſaltu ſuam præſentiam, & obſequium declaret. Sed ad recentiora veniamus. Quale obſetro miraculum fuit piſcis ille, ſicut amans hominum & gratus, ob nutritionis beneficia, ita acceptæ injuriæ perpetuæ memor in lacu Guaurabo vel Manati apud Indos occidentales in ditione R[illegible] Cairamatexii, quem ita deſcribit Martyr ab Angleria. Hujus regionis, inquit, Regulus piſcatione delectabatur. In ejus retia piſcis catulus inci[illegible]e genere piſcium immanium, qui dicuntur Manati ab incolis. Minimè [illegible]otu[illegible]bitror genus id monſtri per noſtra maria: Squamis tamen non concha[illegible]nitus, corio duriſſimo, ita ut neque ſagittam vereatur, mill[illegible] errucis [illegible]tus, tergo autem plano, & capite penitus bovino. Aquatilis eſt, [illegible] piſcis, mitis, iners, uti elephas, utique Delphinus, hominibus ſociabilis, ſenſu mirabili: Infantulum piſcem domi Regulus aluit dies aliquot pane patrio, ex jucca, & panico puta confecto: radicibus etiam aliis quibus homines veſcuntur. Adhuc parvulum projecit piſcem in lacum ſuis ædibus prox[illegible] tanquam ad vivaria, qui lacus & ipſe ſuſcipit aquas, nec illas evomit. E[illegible] cui nomen Guaurabo qui dehinc lacus Manati eſt appellatus. Liber in [illegible] piſcis annos vagatus eſt quinque & viginti. Adolevit in immenſum. [illegible] de Bajano, quæve de Arionæo delphinis feruntur, nihil diſtant ab hu[illegible] pi[illegible]s geſtis. Piſci nomen eſt impoſitum Matum, quod ſignificat generoſum, aut nobilem.

De rebus Ocean. Decad. 3. lib. 8.

Quando ergo ex Reguli familiaribus ei notis præcipuè, quiſquam in lacunæ ripa Matum, Matum, hoc eſt generoſe, generoſe, proclamabat, humani beneficii memor, caput elevans, ad vocantem pergebat. Paſcebatur ho[illegible]

num

num manu. Si vero quiſpiam transfretandi cupidus, ſigna dabat, proſtratu ſuo trajecturos invitabat. Decem aliquando monſtrum conſcendiſſe uno receptu, transportatoſque fuiſſe omnes incolumes pſallendo & cantando compertum eſt. Sed ſi Chriſtianum quenquam erigens caput cerneret, ſubmergebatur, & parere recuſabat; quia fuerat à Chriſtiano juvene quodam petulante affectus injuria. In piſcem namque mitem & domeſticum fuerat jaculatus haſtam acutam, licet haudquaquam læſus fuerit ob duriciem corii, quod habet verrucoſum aſperumque, illatam tamen ſenſit injuriam. Et ſi quando vocabatur à notis, ex illo die circum adſpectabat prius diligentiſſimè, ne quis veſtitus Chriſtiano more adeſſet. Luctabatur in ripa cum Reguli cubicularibus, ſed præcipuè cum adoleſcente Regulo grato, cum quo domi cibos aliquando ſumſerat. Cercopitheco lepidior erat. Fuit longo tempore univerſæ inſulæ ſingulari ſolatio: nam & incolarum & Chriſtianorum multitudo ingens ad monſtri miraculum quotidie confluebat. Sapidas eſſe, ajunt, horum piſcium carnes, multoſque maria illa generant. Amiſſus eſt tandem facetus ille piſcis, ad mare devectus ab Attabunico, uno è quatuor æque dividentibus inſulam fluminibus, ex alluvie inaudita typhonibus horrendis comitata, quam ipſi vocarunt, furcanum. Superavit Attabunicus ripas adeo, ut univerſam impleverit vallem, & ſeſe lacubus omnibus immiſcuerit. Secutus ergo Attabunici torrentem bonus Matunnus, facetus, ſociabilis, matrem antiquam, & natales aquas repetivit, nuſquam alias viſus. Hucuſque Martyr, &c.

Caput LXXXIV.

De inſolito & miro amore atque ſympathia lyncis & gruis erga homines, quæ in arboribus quoque apparet.

PLeni ſunt libri amorum, inquit Busbequius, quibus feræ in homines inflammatæ fuerunt: in quibus quidem ego ſemper aſſenſum ſuſtinui, veritus, ne fabuloſa temere crederem, donec vidi lyncem, quem habui ab Aſſyria, ſic affectum erga unum de meis hominibus, paucis diebus cognitum, ut amare negari non poſſet: Ubi præſens aderat, multæ & inſignes blanditiæ complexuſque, & tantum non oſcula: cum vellet abire, injectis leviter in veſtis laciniam unguibus retinebat, abeuntem vero oculis proſequebatur, nec eos ferè ab ea parte demovebat, mœſtus interim, donec redeuntem aſpiceret; hic mira rurſus alacritas & gratulatio. Nec tulit diutius abſentis deſiderium, illo mecum in caſtra Turcica trans mare profecto, lynx deſiderii vim continuæ *Epiſt. 3.*

 ægri-

ægritudine teſtatus, poſt inediam aliquorum dierum contabuit. Quod tuli ſane moleſte, quod eum cum Ichneumone, quem habui valde placidum, Cæſari dono deſtinaveram propter tergoris pulchritudinem, quæ tanta fuit, ut cum communibus lyncibus compoſita aliud ferme animal videretur. Hos enim elegantiſſimos producit Aſſyria, quorum hic tergora quind[illegible] & ſedecim aureis coronatis veneunt. Nec dubito, quin illæ fuerint B[illegible] pelles, olim in pretio habitæ, quarum in l. interdum tit. de public[illegible] fit. Accipe aliud (pergit ibi Busbequius) de ave. Eſt mihi inter [illegible] grus [illegible]learica, id genus à vulgatis diſtat candido plumarum cirro ab utriuſq[illegible] auris ſede dimiſſo: deinde nigricie totiùs partis colli anterioris, qua Turcæ tegumenta capitis ornant: nec magnitudine communibus gruibus par eſt. Hæc, quam dico, grus Balearica apertiſſima dedit amoris ſigna erga militem Hiſpanum, quem captivum redemeram, ſic ei dedita, ut per plures horas, e[illegible] ambulante, ambularet una, illo inſiſtente, inſiſteret, aſſidenti vero aſtaret, [illegible] eo (reliquorum contactum averſata) tractari & demulceri pateretur. Ubi domo aberat, ibat ad ejus cubiculum, oſtiumque veluti pulſatura, r[illegible]ſtro appetebat. Si quis aperiebat, omnia oculis perluſtrabat, ſi eum reperiret. Ubi ſe fruſtratam eſſe videbat, tum vero totam circuibat domum, cum tantis & tam acutis clamoribus, ut ferri non poſſet, & neceſſe eſſet, aliquo con[illegible], quo minus ejus clangor aures offenderet. Sed ubi is redierat, paſſis [illegible] obviam ferebatur, cum abſurdo & incondito corporis motu, ut vel ſtaticulos ſaltationis alicujus tranſmarinæ, vel certè velitationem cum Py[illegible] meditari videretur. Quid plura? fecit ſibi poſtremo conſuetudinem [illegible] cubandi, ubi & ovum ei peperit. Habes duorum brutorum an[illegible]ris erga homines indices affectus. Huc uſque Busbequius. [illegible] torum exempla teſtantur, veroſimilia eſſe ea, quæ in primam [illegible]

Cap. 67. Ætola virgine adamata à ſerpente, abſque læſione, & ab eo caſt[illegible] cum alio migraſſet, ex Plutarcho retulimus. Quinimo ejuſmodi affectus [illegible]el ſympathia ſe extendit quoque ad arbores, inter quas nonnunquam tantum eſt de[illegible]rium conjunctionis, ut maris & fœminæ conſuetudines referant. Exem[illegible] habemus admodum memorabile, teſte Philoſtrato, in palmis, alia cn[illegible]ris, alia fœminæ nomen meretur, cum invicem maritali quadam cop[illegible] jungantur, maresque ad ſe attrahant fœminas, neque illæ congreſſ[illegible] tumcunq; adniti poſſunt, aufugiant, ſed ultro ramis ab utraque vic[illegible]m contra ad oſculum quodammodo exporrectis, manifeſta dent ſigna mutui deſiderii. Is duas, & hujus & illius ſexus palmas in ripis fluvii oppoſitas, e regione ſtatuit. Hic vero mas amore correptus pluſimum incurvatur, alteque ſe ſupra flumen protendit: Fœmina vero, quantum[illegible]ibet procul ſita ſit, neque apprehendi poſſit, inclinat ſe tamen, & obſequii quoddam & ipſa ſtudium

per

præ ſe fert. A quam itaque, quodam veluti ponte conjungunt, difficili tamen & inacceſſo tranſitu propter foliorum aſperitatem. Hanc utique ſpeciem, (pergit Pierius Valerius ex Philoſtrato) qui pinxerit nuptiarum & conjugalis amoris Hieroglyphicum ex ipſius naturæ gremio deſumptum, ſumma etiam cum venuſtate deſcripſerit. Quo vero major huic argumento ſit fides, eam palmarii diligentiam adhibent, ut mares eo ſaltem intervallo à fœminis diſtent, ut pulvis ventorum flatibus à foliis ſublatus, in fœminarum folia incidat, quod ſatis ad fœcunditatem facere compertum eſt. Sed mirum dictu, quod ſi qua procul à mare abſtiterit, ut neque pulvis, neque aura odorve ejus ad eam permeare poſſit, excogitaverunt coloni, funem à mare religatum, ad fœminam uſque producere, atque ita quaſi maritali vinculo copulatam, maſcula virtute clanculum per funem irrepente, fœcundam fieri, quæ prius in ea ſterileſcebat ſolitudine. Diophanes autor Græcus Florentinum citat, qui ſuis in Georgicis multa de palmæ amore conſcripſit, contabeſcere eam maris deſiderio, quod nulla diſſimulatione profiteatur, modo radices verſus eum porrigens, modo verticis in eum proclinatione, fructum ferre pernegando, agricolamque demum cogi amantem huic inveſtigare, qui multas palmas mares manu amplexuque contingat, mox ad amore perditam rediens, eam amplectetur, attrectetque manibus. Flores quoque mari prius impoſitos tollat, & ſupra fœminæ verticem imponat. Quæ ne quis fabuloſa ſuſpicetur, iſtiuſmodi amoris exemplum atque conjugii noſtro dedere tempore. Siquidem vir clariſſimus Jovianus Pontanus, homo minimè futilis, & quem fabulis pro hiſtoria de re maximè ſuo tempore omnibus conſpicua, ſcribere puduiſſet, duas celebrat palmas; marem unam Brundusii, fœminam alteram Hydrunti, quæ diu ſteriles permanſerunt, donec ſcilicet paulatim ſuccreſcentes, nondum alteram altera contueri poterat: ubi vero tantum adolevere, ut ſeſe invicem conſpicere potuerint, longo quantumlibet multorum ſtadiorum tractu diſſidentes, fœtificare cœperint. Sed cur non ipſum potius audiamus?

Brunduſii latis longe viret ardua terris
Arbor, Idumæis uſque petita locis.
Altera Hydruntinis in ſaltibus, æmula palma:
Illa virum referens, hæc muliebre decus.
Non uno crevere ſolo, diſtantibus agris,
Nulla loci facies, nec ſocialis amor.
Permanſit ſine prole diu, ſine fructibus arbor
Vtraq; frondoſis, & ſine fruge comis.
At poſtquam patulos fuderunt brachia ramos,
Cæpere & cælo liberiore frui.

Fron-

Frondoſique apices, ſe conſpexere, virîq;
Illa ſui vultus, conjugis ille ſua.
Hauſere & blandum, venis ſitientibus ignem,
Optatos fœtus ſponte tulere ſua.
Ornarunt ramos gemmis, mirabile dictu,
Implevere ſuos, melle liquente favos.

Eſt idem amor in piſtaciis, pergit Pierius Valerius, eo quibus [illegible] una cum panguntur, mas & fœmina committi debent, conjunctis naturis, ita tamen, ut mas ad Favonium dorſum vertat, ut monet Demageron.

Caput LXXXV.

De leonum heroicis virtutibus, & eorum captura faciliori, quam olim.

Cap. 22. CONgeſſimus de hoc animali, verè heroicis & generoſis dotibus prædito, non vulgaria in priorem centuriam. Inter alia autem ex Plinio hæc verba: Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit, & ubi ſævit, in viros prius, quam in fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame. Hæc Pliniana illuſtrantur egregio exemplo, quod ante a[illegible] annos Florentiæ accidit. Leo enim ſeptis & clauſtris confractis, libertate g[illegible] in urbe hinc inde veluti furibundus & ſæviens diſcurrens, forte puel[illegible] tu oppreſſum, & tardè fugientem aſſecutus, eum proſternit [illegible] comprehendit, veluti dilaniaturus. Hoc periculum filioli pr[illegible], conſpicata mater vidua, omni metu poſt habito, diffugientibus reliquis omnibus, & latebras tutas, metu belluæ quærentibus, veluti attonita, accurrit, lachrymiſque profuſis, ſupplicis inſtar, natum unicum leonis ex unguibus, & ferè faucibus eripuit illæſum, eo non refragante, ſed veluti imbecilli ſexui, heroico & magno animo clementer parcente. Hoc factum non ſolum [illegible] æneis elegantiſſimis expreſſum, ſed etiam verſibus celebratum eſt, quæ [illegible] ſunt, ut aſſcribantur. Sunt autem tales:

Lib. 8. c. 16. nat. hiſt.

Quem grata accepit quondam urbs Florentia dono,
Vi valida erupit, carcere forte leo.
Dum vero indomitus, frendenſq; vagatur in urbe,
Graſſantemq; pavens civica turba fugit:
Unguibus invadit puerum, violentus, acutis,
Qui viduæ proles unica matris erat:

Currit

Currit mæſta parens: prædam eripit, ocyus ille
Cujus prole illæſam, lenis abire ſinit.
Quæritur, unde truci clementia tanta leoni?
Indicia hæc animi ſunt generoſa ſui.
Afflicto, imbelliq́; homines hinc parcere diſcant:
Diſcat opem proli, ſedula ferre parens.

Eodem modo ſuperioribus annis leo non minus heroice ſe geſſit erga miſeros captivos & vinctos à Turcis Hungaros, protegente eos imprimis favore divino. Cum enim equites & milites ſuos Sangiacus quidam Turcicus in confiniis Hungaricis, loco conſueto, (quem ſua lingua Iſphahi meidan, id eſt, equitum aream vocant) militaribus exercitiis, propoſito induſtriis, & agilibus præmio, (uti facere aſſidue ſolent) aſſuefaceret, & circulator quidam immanem leonem domitum, & ipſius juſſis, tanquam magiſtro, parere edoctum, adduceret: Evenit forte, ut quidam captivi, Hungari Chriſtiani, (quos Turci inviſo nomine Gauros vocant) in excurſionibus deprehenſi, vinctis poſt tergum manibus, adducerentur, ut ludibrio illi turbæ hominum exponerentur. Sangiacus illis conſpectis juſſit, robuſtiorem ex iis, & quidem fere imberbem adhuc, ita vinctum palo deligari, ut à leone dilaniaretur: quem cum leo, licet irritatus & concitatus, ſponte attingere nollet, ſed blandienti ſimilis illum intueretur, commotus ejus magiſter, cum concitatiore voce, & quum hac nihil efficeret, fuſte ad inſtitutam lanienam compellere conatus fuit. Quum vero fruſtra laboraret, & ut Turcicis ſpectatoribus avidis ſanguinis Chriſtiani, ſatisfaceret, leonem tergiverſantem, contra deligatum ſtipite, verberibus incitare non ceſſaret, ita ut is unam ex oreis, miſero Chriſtiano unguibus detraheret: mox vero ipſo illæſo, converſus (divinitus ut putatur) in magiſtrum ſuum magno impetu irruit, cumque crudelem in modum fruſtratim concerpſit, erga reliquos plane innoxius. Conſternati veluti hoc portento Turcæ, nihil atrocius in deligatum palo concaptivosque ſtatuerunt, donec pleriq; vel permutatione facta cum Turcis captivis, vel pretio redempti ſunt. Ii incolumes reverſi, quo facto in ſummo periculo divinitus conſervati fuêre, ſuis prædicarunt. Hæc ſicut modo recenſui, ex fide dignis hominibus audivi: eaque æneis typis inciſa & expreſſa poſtea vendita publice ſunt.

Referam quoque, quæ tanquam oculatus teſtis recenſere poſſum: Heidelbergæ vivente Ottone Henrico Principe Palatino Electore, non ſemel vidi in arce, leonem raræ magnitudinis in ſuis ſeptis, ita tamen manſuetum, ut abſque noxa ſe attrectari à notis, & catellos involutos jubæ ſuæ indormire pateretur, ſecumque ludere permitteret. Quinimo morio-

nem Electoris ita amabat, ut ei tanquam familiari lambendo & amplectendo veluti blandiret.

Notum præterea eſt, Maximilianum II. Cæſarem optimum habuiſſe leonem domeſticum, qui non ſecus ac canis tractabilis & obſequens erat, neminique noxius, nutritus, uti dicebatur ab ineunte ætate, ſolummodo pulmentis, & nulla carne, inprimis cruda, tantaque domeſticitate & affectu erga Cæſarem defunctum præditus, ut vix à funere ſe avelli paſſus ſit. Memini autem, non ſemel legatos Reipublicæ noſtræ recenſere; cum Imperatoria & Regia ornamenta, clenodia & veſtitus ordinarii, quæ in hac urbe noſtra, veluti depoſitum peculiare, per aliquot ſecula cuſtodiuntur, Ratisbonam ad inaugurationem Cæſaris Rudolphi II. Maximiliano patri, afferrent, & ante ejus Majeſtatem, in locum certum cubiculi, inſpectante Cæſare, reſerata & explicata exponerentur, deinde rurſum reponerentur, mox leonem illum Cæſareum, pone ipſum Cæſarem aſſiſtentem, ad coronam, ſceptrum, gladium, pomum, & veſtes Imperatorias illas, antiquitate celebres, veluti obſervantem, & admirabundum, quid ageretur, acceſſiſſe, & convaſatis rurſus in ciſtam, ſuper eam, cuſtodis inſtar, ſeſe collocaſſe. Similem leonem manſuefactum habuit Johannes Auſtriacus, cujus nomen ob victoriam contra Turcos ad Naupactum, ipſo ſummo exercitus Chriſtianorum Duce, partam, celeberrimum eſt, qui leo plerunque lateri ejus tanquam cuſtos, adhærere ſolitus fuit. Cæterum leones ferociſſimos, & adhuc indomitos, etiam arte & induſtria, licet aperta, ut ita dicam, eorum captura ſit admodum periculoſa, interfici poſſe, experientia docuit. Quamobrem cum præcipua vis & v[illegible] leonum oculis conſtet, Getulus ille paſtor, teſte Plinio, vel ipſa n[illegible]ceſſitate extrema, vel naturali ratione edoctus, egregium ſpecimen domandi [illegible] interficiendi leones, poſteritati reliquit. Quum enim pro pecore, ſic[illegible] priore centuria recenſuimus, contra leonem irruentem pugnaret, eſſetque ine[illegible]nis, veſtem, qua amictus erat, ex deſperatione exuit, & in feræ caput objecit. Hærente autem forte veſte in juba circumvoluta, oculosque leonis obvelante, ita ferocia ejus diminuta eſt, ut quaſi obſtupefacta fera ſubſtiterit, paſtorique liberum ſpacium fugiendi reliquerit.

Lib. 8. c. 16.

Cap. 22.

Id ſane contra leones irruentes remedium poſteritas ſolerter obſervavit, non ad fugam, ſed ad interficiendos leones. Ita enim ſcribunt hiſtorici recentes de Afris leonicidis :. Africa, inquiunt, alit homunculos, fulvo colore & capillo., Æthiopum in morem criſpo & intorto, qui continenter ſub pellibus agunt, & præter attritam lænam, & oblongam interulam, nudi incedunt: iis leonem interficere pene ludus jocusque eſt, irritant enim, & irruenti belluæ mira agilitate lænam in oculos injiciunt, & eodem animi

mi robore, exaſperato cultro cor transfigunt: exanimæ pellem diripiunt, quam circumferentes, & à pueris patriis carminibus celebrati, ſtipem vulgo corradunt. Teſtatur Jacobus Eborenſis vidiſſe ſe unum ex iſtis Vlyſſiponæ, non ita deformi aſpectu, ut credebatur, imo colore candido, & recta ſtatura, adoleſcentem, qui Hiſpanica lingua, cujus peritiſſimus fuerat, decem à ſe leones interfectos gloriatus fuerit, & qui cum eo ex Maroxiis venerunt, ita rem ſe habere affirmabant. Hoc cum Antvverpiæ non multo poſt idem Eborenſis amicis narraret, quidam ex his cognitum adoleſcentem, & Granatæ natum ajebat.

CAPUT LXXXVI.

De heroicæ belluæ leonis morbis & terriculamentis.

ETſi leonem, ut diximus, validum & longævum animal eſſe compertum eſt: tamen ſicut omnia in hoc mundo corruptioni & infirmitatibus obnoxia ſunt, ita quoque non ſolum culicibus, præſertim in oculis uſque ad necem infeſtatur, ſed etiam aliis morbis, præſertim febribus, moleſtatur. De quibus, & quomodo curentur, multa ſcribunt hiſtorici. Inprimis autem Orus Apollo, qui hieroglyphica ſcripſit, refert leonem, ubi febricitarit, (familiaris enim huic feræ per nimium calorem hic morbus eſt) præſertim quartana, ſimia ſolere veſci, ſaluberrimæ eſcæ loco. Non repugnat Plinius, niſi quod morbi vim elevans, ægritudinem faſtidii tantum ſentire dicit, in qua medetur ſibi, guſtato ſimiarum ſanguine, quæ laſcivia immodica, in rabiem eum agunt. Confirmat idem Philoſtratus quoque, Leones medicinæ gratia ſimiis inſidiari, ſcribens. *De Apoll. Vita l. 3.* Quin & Ælianus in omnigena hiſtoria, ægrotanti leoni cætera remedia inutilia ſcribit, præter ſimiam cujus eſu priſtinam valetudinem recuperet. *Lib. 1. c. 9.* Idem de animalibus, medelæ rationem & diſcrimen morbi diſtinctius fieri, his verbis aperit: Leo ſupra modum ingurgitato cibo remedium quærit, aut à quiete abſtinentiaque, aut ſimiam nactus devorat, quo cibo alvi proluvium excitatur, moleſtaque ſaburra exoneratur: *Lib. 5. c. 39.* Hinc doctiſſimus Junius ſuum Emblema 22. cum hac explicatione ſumpſit, docteque & commode ad adulatores applicat, cum hac inſcriptione: ADULATOR REIPUBLICÆ GRAVIS: cui inſcriptum eſt tetraſtichon hoc:

Vt leo, quem cæcis lancinat effera morbi,
Sentit opem ſi ſimiam edat, citam.
Palponem & dirum ſycophantam qui ejicit aula,
Rex vira regnum vacuat gravi.

In hierogly. Quapropter Ægyptii Sacerdotes, teſte Pierio, ſi febricitantem hominem, & ſibimet auxilia comparantem ſignificare vellent, leonis ſimiam veſcentis, hieroglyphicum ponere ſoliti ſunt. Tanta enim indignatione ſimiam fert leo, ut nullum animal avidius perdere deſideret: cauſa eſt animalis petulantia, leonem indigniſſimis modis exagitantis. Nam ſimulac vel ex arbore aliqua, vel ex alio tuto latentique loco nacta fuerit occaſionem, in leonem inſiliendi, pro magno habeat negotio, caudæ ejus ſeſe applicare, natibusque affigere, atque ita quibuscunque modis poteſt ludibriis, Regi ſuo illudere: quod cum impatienter ferat leo, impotenter admodum in hujusmodi animal efferatur. Cæterum de terrorem incutientibus alioquin magnanimæ &
Lib 8, c. 16. imperterritæ huic belluæ, Plinius tria potiſſimum enumerat, circumactos videlicet rotarum orbes ſtridentes, & cantum gallinaceorum, ſed omnium maxime ignes. Idque confirmat Orus Apollo, nulla re magis domari atque frangi leonis feritatem, quam accenſis facibus. Etſi autem etiam foſſa capiuntur leones, nonnunquam etiam retibus implicantur, tamen ignem & faces maxime horrent. Cum enim ignis impetum ſuſtinere non valeant, undique equites & pedites in belluam impetum facere ſolent, dextra faces tenentes, atque læva ſcutum percutientes; ita turbatus leo in retia adigitur, ut au-
Lib. 4. de venatione. ctor eſt Oppianus. His addo ex Ammiano Marcellino, (ſicut antea prolixè expoſuimus) culicum examina lethales hoſtes leonis. Ea enim inſi[illegible]ta palpebris, noctu & interdiu, eum ad furorem redigunt, ut [illegible]tis oculis ſuis unguibus ſeipſum excæcet, & fluminibus abſorbeatur. Quoniam autem in culices incidimus, nec ab iis tam cito nos expedire, neque eos abigere poſſumus, notum eſt, hoc inſectum tam hominibus, quam animalibus brutis valde infeſtum & moleſtum eſſe, præſertim autem æſtate, ubi [illegible] paluſtria
In hiſtor. Tiburtina l. 1. c. 6. loca. Quare non fruſtra de muſcarum & culicum moleſtia conqueri[illegible] Bernhardus Saccus, ubi deſcribit delicias Romanas in verno tempore, & quam moleſta mox ſequatur æſtas in urbe: Inſectæ, inquit, tum exurgunt muſcæ, apertaque invadunt atria, ac dominarum facies importune petunt, & flabro etiam abactæ redeunt, ac inviſæ pulſæque per angulos circumvolant. Cicada quoque ex arbore lugubre carmen rauco ſtridore ſonans, moleſtiam nobis auget, & dum illa per noctem ſtridula voce ſilet, aliud ſe ſe nobis tædium longe majus exhibet. Prodeunt in tenebris infenſæ cicindulæ, vulgo cicinſulæ dictæ, quas ego ſuccidulas à ſugendo, vel à vocis zincino ſtridore, cincilulas ſcribendas putarem. Hæ enim inſectæ, vix cubili illato lumine, ſimul adſunt, ac ſummiſſo ſibilo, improbo oſculo nobis dormientibus inſident, inflictoque fronti vulnere, humano cruore ſaturæ ſub lucem abeunt latentque, nocte rurſus reverſuræ. Gloriare nunc rerum tuarum magnitudine Roma, quando tantillum animal noctes tibi, tuisque patriciis infeſtas facit, bellum-

que

Digitized by Google

quæ ſine telo ciet? Monet nos naturæ auctor Deus, per infirmiora ipſius naturæ diſcrimina infirmitatis humanæ in ipſa honorum ſerie, ac majeſtate meminiſſe oportere. Hactenus Saccus. Vera autem eſſe, quæ de culicibus (quos ille cicindulas, & aliis vernaculis appellationibus nominat) ſcribit hic auctor, ipſe cum meis ſodalibus, oculatus teſtis eſſe poſſum. Ita enim moleſta eorum examina in Italia, præſertim Romæ nobis noctu fuere, ut mane ſurgentes, ex ipſorum puncturis, ſtigmatiſatas facies, & cruentas plerunque haberemus. Hinc etiam exagitavit Adrianus Imperator Florum poëtam, teſte Spartiano, *In vita Adriani.* hiſce verſiculis:

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Porro quod ad galli naturam, vel ob ſolarem efficaciam, aliaſque cauſas attinet, quæ terrorem vel cantu, vel oculis, leoni incutiat, noſtras cogitationes antea explicavimus. *Cap. 22. in 1. Cent.* Neq; ignoro multas cauſas in natura nobis ignotas reperiri, ſicut explicatu difficile eſt, quare Germanicus galli gallinacei, *Plutarch. de invidia & odio.* neque vocem, neque aſpectum ferebat. Proclus autem ſua commenta affert. Ita enim de leone & gallo ratiocinatur; Deinde animalia ſunt ſolaria multa, *De ſacrific. & Mag.* veluti leones, & galli numinis cujuſdam ſolaris, pro ſua natura participes. Unde mirum eſt, quantum inferiora, in eodem ordine cedant ſuperioribus, quamvis magnitudine, potentiaque ſua non cedant. Hinc ferunt gallum timeri a leone quamplurimum, & quaſi coli: cujus rei cauſam à materia ſenſuve aſſignare non poſſumus, ſed ſolum ab ordinis ſuperni contemplatione. Quoniam videlicet præſentia ſolaris virtutis convenit gallo magis, quam leoni, quod inde apparet, quia gallus quaſi quibuſdam hymnis applaudit ſurgenti ſoli, & quaſi advocat, quando ex antipodum medio cœlo ad nos deflectitur, & quandoque nonnulli ſolares angeli apparuerunt, formis ejuſmodi præditi, atque cum ipſi in ſe ſine forma eſſent, nobis tamen, qui formati ſumus, occurrere formati. Nonnunquam etiam dæmones viſi ſunt ſolares, leonina fronte, quibus cum gallus objiceretur, repente diſparuerunt. Quod quidem inde procedit, quod ſemper, quæ in eodem ordine conſtituta inferiora ſunt, reverentur ſuperiora. Quemadmodum plerique intuentes virorum imagines divinorũ, hoc ipſo aſpectu vereri ſolent turpe aliquid perpetrare. Sed hæc commenta rejiciamus in auctorem, & ea ad ſacram ſcripturam, tanquam ad lapidem Lydium, & referamus & examinemus.

Caput LXXXVII.

De leænæ ſævitia, crudelitate, & voracitate: nec non de mole nivium quæ Schne Lewin.

Eſaiæ, c. 38. Iob, c. [illegible]

Ex ſuperioribus capitibus prolixè conſtat, leonem animal, non ſolum generoſum, & magnanimum, ſed etiam, potens, crudele, & ſævum eſſe, ita ut nonnunquam in ſacris literis Deus comparetur leoni, ſicut quoque Sathanas, ſed planè diverſo reſpectu. Ezechias enim Rex cum graviter affligeretur, & iram Dei ſentiret, conqueritur, Deum ſibi fuiſſe inſtar leonis, a quo oſſa ſua contrita ſunt. Quo ſimili etiam Jobus utitur, oppreſſus calamitatibus, cum quibus mirificè conflictabatur, quod à Deo, ceu leone dilaniatus fuerit. Non ut Deus accuſetur crudelitatis, ſed pio ſenſu horrendæ afflictionis, à Deo irato ſibi immiſſæ, & quod non ſatis exprimi queat dolor internus, quem ſentiunt ii quos Deus perſequitur, ita locuti ſunt viri pii. Dive[illegible] ratione loquitur D. Petrus, ubi diabolum rugienti leoni, & quærent[illegible], qu[illegible]m devoret, aſſimilat. Ibi enim omnes pios monet, ut diligenter caveant, à potentiſſimo, & truculentiſſimo hoſte, qui ceu leo famelicus, prædam indefeſſus quærit, ſicut antea quoque notavimus in Centuria prima. Tales ſimilitudines de imperterrito vigore hujus animalis, paſſim alibi in ſcriptis Prophetarum, piorum, & clarorum virorum inveniuntur. Ut apu[illegible] Iſaiam: Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis, ſuper prædam ſuam, cu[illegible]ccurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, & à m[illegible]titudine eorum non pavebit; ſic deſcendet Dominus exercituum, ut prælietur ſuper montem Sion, & ſuper collem ejus. Item de clementia leonis ut.tur D. Auguſtinus: Leo cum, qui telum miſerit, ſed tamen non vulneraverit, correptum, raptumque ſternit, nec vulnerat. Seneca quoque tali ſimilitudine utitur: Ferarum nec generoſarum quidem, præmordere, & urge[illegible] projectos: Elephantes, leonesque tranſeunt, quem impulerunt: non d[illegible], ſæva nec inexorabilis ira. Eodem modo bellua illa verſutia ſing[illegible] pollet, ut venatores decipiat. Leo enim ſemper ambulat pedibus introrſum reductis; itaque ungues occulit, ne attriti aciem amittant, aut inveſtigantibus occaſionem inveniendi exhibeant. Non enim facile invenitur veſtigium unguis leonini: ſed in cæca & exigua incidentes ſigna, aberrant venatores: Sicut Plutarchus obſervavit. Etſi autem hæc, quæ modo diximus,

Cap. 70.

Cap. 31.

Lib. 5. de Civit. Dei c. 20.

Lib. 1. de clementia.

De ſolert. animalium.

mus, tam de mare quam de fœmina leonini generis (cum alioquin in jure noſtro plerunq; maſculinum genus comprehendat in ſe fœmininum quoque) intelligi poteſt tamen experientia docuit, in hoc genere animantium, fœminam longe ſuperare ferocia & robore marem. Unde multo major laus & gloria fuit, ſuperare vel interficere leænam, quam leonem. Exemplum habemus in Perdicca Macedone, qui ex præcipuis Ducibus ſecutus eſt Alexandrum in bellis. Is enim adeo audax fuit, ut aliquando in ſpeluncam leænæ ſolus introiret, verum leænam ipſam non deprehendit, ſed catulos ejus ſecum exportavit, & magnam hominum admirationem hac audacia meruit. Etenim non ſolum apud Græcos robuſtiſſimum & bellicoſiſſimum animal leæna putatur eſſe, verum etiam apud Barbaros. Proinde ferunt Semiramidem Aſſyriam, non ſi quando leonem cepiſſet, aut pardalim, ſimilemve feram interfeciſſet, ſed ſi leænam prehendere potuiſſet, animum extuliſſe, ſibique in eo placuiſſe. Unde licet leo voraciſſimum & velociſſimum animal ſit, & cum libere deerret, & divagetur per ſylvas, non eſt mirum prædam capere, quæ ſibi poſſit eſſe ſatis: tamen leænæ, cum cubat in antro, ne catulos ſuos deſerat, quis poteſt eſcas ſuppeditare, quibus ejus & catulorum, (qui etiam ſunt valde voraces) impleantur animæ, & ſaturentur? Nunquid inquit Jo- *Cap. 39.* bus, tu capies leænæ, quam præſtes, prædam, & implebis animam, hoc eſt ſatiabis appetitum catulorum ejus? quaſi dicat, non: ſed illud eſt opus providentiæ Dei, qui dat eſcam omni carni, & implet omne animal benedictione, & abundantia. Sicut erudite verba Jobi interpretatur Franciſcus Valle- *De ſacra Philoſophia* ſius. Quare, ut ſunt meæ conjecturæ, ab hujus belluæ celeritate, impetu, & *c. 13.* immenſis viribus, quibus non facile reſiſti poteſt, appellatio molium nivium conglobatarum, domus vel montis inſtar, ex ſummis jugis alpium, præſertim Rheticarum, vel calore ſolis, vel alio levi motu, ſonituve, in præceps, ex improviſo delabentium, & obvia quæque, tam domus, arbores, ſaxa, quam homines & bruta, ingenti vi, & fragore, miſere opprimentium, orta eſt, ut vernacula lingua, Schnee Lewin/ id eſt, niveæ leænæ per [illegible] (licet nonnulli etymon earum à liqueſcente nive, quaſi Schnelehnen/ ducant) vocentur. Olim hæ immanes moles, Riſinæ, & poſterioribus temporibus Labinæ conglomeratæ per montium præcipitia labentes, fuerunt appellatæ. Etenim contra impetum & celeritatem, earum ex præcipitio ad ima ruentium, nullum aliud eſt auxilium, vel præſidium, quamcum tanquam tonitrua ex longinquo retro exaudiantur celerrima fuga, ſi modo præcipitia & ſemita anguſta hoc patiuntur, evitentur. Non raro etiam accidit, ut aliquis fugiendo neſcius quo ſe in tutum proripiat, in præſentiſſimum periculum incur- *Lib. 4. Geographiæ* rat. Idipſum Strabo innuit, ubi Alpes, & Rhætos deſcribit: Ibi, inquit, alicu-

bi ita.

bi ita arcta via eſt, ut & peditibus & jumentis non adſuetis vertigo oboriatur: Incolarum autem jumenta, facile illum laborem obeunt. Neque huic incommodo mederi potuit, neque delapſui ingentium glaciei tabularum qui integrum etiam comitatum obruere & ſubjectas valles deturbare poſſunt. Multæ enim una ſupra alium jacent glaciei tabulæ, ſubinde una poſt alteram gelu concreſcente in glaciei formam nive. Quarum tabularum, quæ in ſuperficie ſunt, facile quovis tempore ab interioribus ſolvuntur, antequam à ſole plane liquentur. Huc quoque Claudianus poëta reſpexit, ita deſcribens periculoſiſſimum tranſitum, præſertim hyberno tempore, (licet ibi ſit hyems fere perpetua) alpium Rheticarum:

Sed lacus Heſperia quo Rhatia jungitur ora,
Præruptis ferit aſtra jugis, panditq́ tremendam
Vix æſtate viam: multi ceu Gorgone viſa
Obriguere gelu; multos hauſere profunda
Vaſta mole nives; cumque ipſis ſæpe juvencis,
Naufraga candenti merguntur plauſtra baratro:
Interdum ſubitam glacie labente ruinam
Mons dedit, &c.

Hoc periculum ego cum meis ſodalibus expertus ſum, cum tranſiremus ſumma juga Rhæticarum alpium, quæ Septæ (vulgo Setmer) vocantur. Quo tempore ſæpius nobis in mentem veniebat, quod Livius, Polybius, & alii hiſtorici, de Hannibale, & ejus exercitu memoriæ tradiderunt, qui conſpectis alpium altiſſimarum jugis, montis Saniſii, quæ nubes attingere videbantur, potius de reditu, quam de tranſitu cogitarit. Ita ſane nobis quoque accidit: nam tanta erat altitudo nivis, circa principium Septembris, tam difficilis, coorto vehementiſſimo vento, aſcenſus, ut nobis videretur nubes tranſcendere; eaſque nullo modo ſuperari poſſe; Sed ſalvi protegente nos Dei auxilio, licet deſcenſus, nive liqueſcente, non minus periculoſus, imo periculoſior, ob metum leænarum nivium, quarum tonitrua in diſſitis locis audivimus, eſſet: alteram partem vallis, ubi tunc vindemia & magnus æſtus erat, Stallam, Plurſium, & ad Lacum Larium, illoque navigio tranſmiſſo in Ducatum Mediolanenſem, pervenimus. De his alpibus (quæ Lepontiæ, Splugæ, & Septæ vocantur, & per illas ex Rhætis in Galliam, & Italiam, & non alibi patet iter) idem Claudianus ita canit:

In laudem Stilliconis. *Scandit inacceſſos brumali ſidere montes.*

Cæterum in talem tempeſtatem nivium, de qua paulo ante dixi, incidit Claudius Annibaldus Francorum Regis in Sabaudia præfectus, cum Cal. Januar. Anno cIↃ. ccccc. cxLIII. In Franciam ad ſuum regem tendens, in tranſitu montis Ceniſii ad Novoleſium à ſubita tempeſtate, ac nivium ventis agitatarum

Delphini lib. II.

runt turbine, deprehenſus ferme periit. E monte enim in planum deſcendens, diu cum itinerum ducibus, omnique comitatu, animi impos jacuit; periiſſetque haud dubie, niſi ſubito ab his qui in vilibus ibidem tabernis iter facientibus neceſſaria vendunt, ſuccurſum fuiſſet, cumque in caſas ſuas delatum, pro more refoviſſent. Multi è comitatu nive ſuffocati periere, alii frigore oculos, alii pedes, aut manus perdidere: Nullius certe in poſterum valetudo conſtitit, ipſeque Annibaldus per omnem vitam idem incommodum ſenſit.

Caput LXXXVIII.

De urſorum, & canum irritatorum ferocia & ſævitia.

Vera eſſe, quæ à generoſo Domino Nicolao Virgæo Polono audivi, & in capite 38. prioris Centuriæ, de Johannis Baſilidis Moſcorum Principis crudelitate recenſuimus, & alii fide digni viri affirmant, & hiſtoriæ plures de ea extant. Conſuetum enim ei fuit non raro delectationis cauſa, de ſummis, & optime meritis viris tale ſupplicium ſumere. Ut videlicet obvoluti vel inſuti pelli urſi ad ſpectaculum deducerentur, mox ipſum principem incitare ſolitum fuiſſe aliquot moloſſos, & canes Britannicos efferos. Canes vero exiſtimantes hos miſeros neci deſtinatos homines, eſſe urſos, mox illos morſibus, & unguibus crudeliter dilaniaſſe, donec membratim ſic diſcerpti omnibus ludibrio relinquerentur. Inter hos Paulus Oderbornius recenſet, quomodo ſocerum ſuum Michaelem Temrucovium ad epulas frequentius invitatum, ſæpe veſte exutum, inter medias nives ad ſuos nudum remiſerit, ſæpe eundem ſua domo concluſum, alimentorum inopia fere ad laqueum redegerit, cum ejus juſſu quatuor ſtupendæ magnitudinis urſi ad ædium limen delegati, cibum allaturos, ab ingreſſu arcerent: Eas quoque belluas in denſiſſimam hominum turbam immittere ſolitus ſit, eo præſertim tempore, cum populus ad templa proficiſceretur. Tum ſi quis repentinis illorum incurſibus oppreſſus extitiſſet, facetiis homicidia circumſcribens, ſuos filios ex eo ſpectaculo non parvam voluptatem percepiſſe, dixerit. Eos igitur beatos reputandos eſſe, quos magni Ducis feræ proſtratos occiderint, præſertim cum ipſe etiam eo certaminis genere flagranter ſit oblectatus. Porro non mirum videri decet, quod ibidem retulimus, ad Turcarum Regem Solimannum à Rege Inſulæ Taprobanæ Æthiopem miſſum fuiſſe, qui humana carne veſcebatur. Ut enim illos anthropophagos Indos occidentales

In vita Baſilidis.

Digitized by Google

Braſilianos præſertim, qui non fame inducti, ſed vindictæ cupiditate, captivos hoſtes mactare, & devorare ſolent, utpote nimis notos ex hiſtoriis, prætercam, noſtro ſeculo Anno Chriſti videlicet cIↃ.IↃ.xlIII. cum agmina Tartarorum, occupato à Turcis Strigonio, & Alba Regali, longe, lateque prædabundi in Hungaria excurſiones feciſſent, & ab Hungaris circumventi fuiſſent, occiſis ex ipſis plus minus tribus millibus, maleque mulctatis cæteris, inter captivos, unus inventus fuit, ut Melchioris Soiteri verbis utar, ideo convertit omnium oculos in ſe, ſua tetra, & immani barbarie, quod in pera annotina, dimidia pars infantis bimuli adhuc de obſonio nondum comeſta ſupererat, &c.

De bello Pannonico lib. 2. tom 2.

In eodem capite 38. mentionem fecimus quoque canis, cui Berezillo nomen fuit, qui licet Indis infeſtiſſimus fuerit, multosque laceraverit, tamen anui barbaræ ſubſidenti, & ſupplicanti, demonſtratis literis præfecti Hiſpanici, ſibi ne noceret, pepercerit, allegato Ariſtotele, qui tradit, adverſus ſe ſubmittentes, requieſcere iram, etiam canes manifeſtum indicium facere, non mordentes ipſos, qui proſtrati ſunt. Hoc in generoſis canibus verum eſſe, Plutarchus quoque obſervavit. Is enim, inquit, canes manſueti ſimul excelſi animi imaginem proponere in hoc, quod avertantur à ſubſidentibus in terram.

De ſolertia animalium

Odyſſ. 30. Quo hæc Homerica pertinent:

Cum clangore canes tunc irruere: heic ſed Vlyſſes
Aſtu ſubſedit, baculumque abjecit.

Non enim porro impetunt canes eos, qui ſe dimiſerunt, humiliumque animo ſimiles ſunt facti. De hoc cane Berezillo ita ſcribit Cornelius Wytfletus. Anno cIↃ.IↃ.xI. Borichimenſes rebellarunt, vocatisque in auxilium Carybibus, multos Hiſpanorum obtruncarunt, ſed mox victi in ordinem redacti, quievere. Hoc tumultu memoriæ proditum eſt, Berezillum canem ſtipendia meruiſſe, multosque Inſularium dilaceraſſe. Ut autem pergamus in materia cœpta de ferocia canum erga miſeros, nudos, & inermes. Indos occidentales: inter quos una cum Berezillo admodum celebris eſt canis, cui nomen Leoniño, quem adduxit miles ſecum, quum detegeret Inſulas occidentales Columbus. Is ita ſtrenue cum Indis pugnare ſolitus fuit, ut eorum confeſſione, cum magis, quam viginti hoſtes Hiſpanos metuerent: Imprimis autem ſingulare in illo erat, ſi ex Indis aliquis ſe vinculis liberaſſet, & fugeret, Leoninus moneretur ab hero ſuo ut fugitivum inſequeretur, & retraheret, mox ille ejus veſtigia ſagacitate innata, ſequebatur & (mirum) licet inter mille Indos lateret, eum cognoſceret, & veluti moneret levi aſſultu, ut rediret. Quod ſi ſponte fugitivus canem ſequeretur, innocuus ille erat: ſin ſe defenderet, & reſiſteret, impetu in eum facto, non ceſſabat, donec eum in fruſta dilania-

In augmento Ptolemaica deſcriptionis.

laniaret. Ita autem formidini erat illis hic canis Indis, ut eo conſpecto ocius aufugerent, & latebras quærerent. Hæc ita ſcribit Antonius Torquemada Hiſpanus, quem ex Hiſpanico idiomate in Italicum vertit, & titulum fecit Giardino di fiori curioſi, Celius Malaſpina, ex quo hæc, quæ indicavi, Latine converti. Porro de tortura, & venatione canum, quæ adverſus Indos occidentales ab Hiſpanis militibus inſtituta fuit, ita ſcribit Antonius Arnaldus. In Peruanorum regione publico paſſim foro, Hiſpanos ergaſtula extruxiſſe, & ea quidem capacitate, ut mille ſimul facile concludantur: ibi milites & eorum lixæ, & caculæ fidiculis, equuleis, ungulis, laminis candentibus, ſcuticis denique, & omni tormentorum genere miſeros illos diſcruciaſſe, uti vel ſic theſauros ſuos ipſis patefacerent. Quare, quidam etiamſi caſu evaſiſſent, petitis montibus, ſponte ſe dabant in laqueum, ſuſpenſis prius, aut ſuffocatis, eliſisque juxta ſe uxoribus, ac parvulis liberis. Quinimo non ſecus ibi venationes inſtituiſſe hominum, quam apud nos ſolet cervorum, aprorumque objiciendo homines canum inſtigatorum morſibus: ſed & tygribus præbuiſſe conſumendos, cum ablegant mellis, ceræque inveſtigandi cauſa in horrendos ſaltus. Tuberonibus item cum margaritarum cupiditate adigunt eos ferocientis pelagi maxime devios tentare ſinus. Similibus ſi non atrocioribus calamitatibus, & miſeriis etiam Indi orientales ſubjecti fuerunt, ſicut ex hiſtoria Johannis Petri Maffei apparet. Meneſius enim Luſitanus Prætor Indiæ, præſidem Tobonæ Indum, quod inſolentiam Luſitanorum militum, à rapina, cum ſuis repreſſiſſet, eosque male mulctaſſet, brachiis poſt tergum revinctis, in littore deſtitutum, ferociſſimis duobus moloſſis, objecit, quorum impetus ac dentes varia inclinatione corporis aliquandiu fruſtra evitare conatus, horrente ſupplicii fœditatem effuſa ex oppido multitudine, circumſpectare cœpit primo fugam, deinde cum terreſtres omnes exitus milite obſeſſos cerneret, in mare ſe (quod ſupererat unum) ad incertā ſpem ſalutis immiſit. Neque canes, quippe jam ineſcati ab inſequendo abſtitere. Pedibus tantum natans, ſeque defendens, pone cum adhærerent, dolore, tandem ac deſperatione in rabiem actus, repente ſeſe convertit, dentibusque horribile dictu, certare cum belluis inſtitit: atque ad extremum canis aure mordicus apprehenſa, cum jam ſanguis, viresque deficerent, moribundus moloſſum una ſecum ad ima retraxit. Atrox (pergit auctor) & inhumanum id pœnæ genus haud immerito viſum, & magis quod Luſitano ex patriis inſtitutis, ac legibus gloriari licet: nullam gentium in homines damnatos mitiora exercere ſupplicia.

Lib. 5.

In Philippicis.

Lib. 10.

Caput LXXXIX.

De mira gallinaceorum natura, & pugnacitate.

Iob. cap 38. *Lib. 10 c. 21.* NATURAM galli mirati ſunt omnes, qui animalium hiſtoriam ſcripſerunt, ideoque non fruſtra etiam in ſacris literis hæc avis inducitur, ubi gallo intelligentia attribuitur. Sicut id paulo poſt explicat Valleſius. Plinius quoque de illo ita ſcribit: Proxime gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque ſomno natura genuit. Norunt ſydera, & æternas diſtinguunt horas, interdiu cantu, cum ſole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia, ad curas, laboresque revocant, neque ſolis ortum incautis patiuntur obrepere: denique venientem nunciant cantu: ipſum vero cantum plauſu laterum: imperant ſuo generi, & regnum, in quacunque ſunt domo, exercent, dimicatione pariter quoque inter ipſos, veluti ideo agnata tela cruribus ſuis intelligentes. Neque finis, ſæpe commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeque ipſi principes teſtantur, victus occultatur ſilens, ægreque ſervitium patitur. Sane Sybaritæ, gens ad omnes mollitudinis numeros nata, gallum in urbe eſſe prohibuerunt, ne nocturni ſomni quietem interpellaret, ideoque & fabriles omnes artes ablegaverunt, ut memoriæ prodidit Athenæus, ne quid eſſet, quod voluptates ſuas interturbaret. Etſi autem hæ aves ſunt, ad pugnam natæ, inventum tamen eſt, incitare eas ad pugnacitatem, allio, in cibo dato, nonnulli piper præferunt, putantque inde pugnaciores fieri. Themiſtocles certe gallorum exemplo, in quos acriter pugnantes inciderat, exercitum confirmavit, cum oſtenderet eos, non pro patria, neque pro penatibus, neque pro majorum ſepulchris, uxoribusve, aut liberis, id incommodi aggreſſos, ſed ea tantum de cauſa, ne vincerentur, nolle alterum alteri cedere. Inprimis autem Romanos delectatos eſſe pugna gallorum, paſſim in hiſtoriis invenitur. In illis memorabile admodum eſt, quod tum alii hiſtorici, tum Baptiſta Egnatius, cum Roma ab Alarico Gothorum Rege occupata eſſet, ſcribit. Cum Honorio, inquit, nunciatum eſſet Ravennæ, perditam Romam eſſe, credidit ille de pugnace gallo, cui nomen erat Roma, ſignificatum eſſe, admiratumque vehementer, tam ſubito eum periiſſe, qui cum paulo ante feſtiviſſime luſerat. Adeo ſocordis ingenii princeps, nec quicquam omnino paternæ, avitæque virtutis referens, quod & Arcadio fratri vitio datum eſt, &c. Hæc Egnatius. *De Roman. Franc. lib 1.*

In hieroglyph. Cæterum ut refert Pierius Valerius, omnium pugnaciſſimos gallos habuiſſe fertur Rhodos Inſula, neque, inquit, quidem adhuc ibi degeneravit ea volu-

volucrum hujuſmodi ferocitas, & viſenda proceritas, ut in quibusdam inde Romam allatis ipſi conſpeximus. Hæc vera eſſe confirmat Petrus Quinquetanus Bellojocani Epiſcopus Senecenſis. Hæc enim ſunt ejus verba: Rhodii quidem generis, mihi gallus unus ſemeſtris allatus erat, & ille quidem non exiguo auro redemptus; cæterum in ea ætate, tam magnanimus, animoque ad prælia comparato, ut ne liceret quidem cani cortem intrare, niſi male multari vellet: vulgarium vero gallorum quoscunque aſſequebatur, occidit. Commiſi vero cum ſæpiſſime cum gallo Numidico, ſeu Indico, qui dubio procul, vel optimo arieti pondere non cedebat, ſpectaculo admirabili. Nam & Indici iracundi impenſe ſunt, & ſeſe allevant ingenti ſuperbia colli vocisque. Interim neſcio quid plangunt omnino indecorum, & ridicule; Sed male gradito tandem contigit, ut ex tot pugnis gallinaceus meus pyctes ægrotaret, ac mox paulo nequicquam tentatis omnifariis remediis, perierit; ejus ſolatii ex gallorum pugnis, hiſtoria me admonuerat. Quippe eas cum legerem, quam frequenter celebraſſent Delii, quam Athenienſes, quam tota Græcia atque Aſia, quam ipſi Romani Imperatores, atq; inde tota Italia, ut in his etiam patrimoniis certaretur, decrevi ego quoque voluptatis particeps geri. Nec me fefellit, aut antiquorum judicium, aut propenſio mea, ſæpeque citra tædium uſus ſum eo ſpectaculo, imperita turba inimicorum meorum, quod aliquando inſolentius obſtreperet ad vivum olim à me pertacta, cum remordendi anſam quæreret, in id negotium movebat omnem lapidem. Tandem viri, fœminæ, juvenesque, ſenesque certatim exiliunt, proclamant, in libellis proſcribunt, me ſtudioſiorem gallinaceæ pugnæ. Rogatis, horum amentiam, riſerim magis an contempſerim? neſciam, ita me dii ament. Gratum forſan fuiſſet judicium, niſi ſat ſciſſem, non iis judicium. Hucusque Quinqueranus.

De laudib. provinciæ, lib. 2.

Qui paulo poſt à gallis pugnacibus, egregiam ſimilitudinem ad viciſſitudinem rerum in ſcriptis comprehenſarum, quæ ad multa alia applicari poteſt, talem ſumit, dignam ut adſcribatur. Quemadmodum arridente vere gallinacei in pulvere cum gallinis volutati, una cum ipſis in medio pulvere deſident, ita ut gallinarum cum toto corpore ſpeciem ipſi præbeant: tamen ſemper deprehenduntur, atque extant criſtæ faſtigio, & viridi, vivaque pulchritudine, quæ dici non poteſt. Quod ſi rivalem gallum adventare contigerit, protinus excutiunt ſeſe, atque exigunt, gradientesque gravitate conſpicua, jam nihil minus, quam gallinæ apparent: Eadem mihi ratio videtur, in iis, quos ultro dicendi genus ſubſequitur; quippe qui ſponte verborum faſtigia & continentem altitudinem, aliquando demittant ea felicitate, ut tamen extent in morem ſubtilioris liquoris, qui conſpici quidem ſupernatans poteſt, colligi vero non poteſt. Quod ſi quid occurrat, quod virium periculum facere velle videri poſſet, aut ſi lubet tunc velut magnanimi viri, qui non niſi in

periculis acerbi ſunt, animos inſtaurant, ac facile declarant, quod eam magnitudinis ſpeciem non ſemper præſeferant, nihil præter voluntatem abeſſe. Poſtremo, ut tandem hoc caput de gallinacei natura, concludam, viſum fuit ritum Romanorum in bello indicendo adjungere. Licet enim religioſus priſcorum Romanorum belli indicendi ritus fuerit: ut poſtquam res ſuas per oratores rite repetiiſſent, nec obtinuiſſent, haſtam, belli ſignum in hoſtium fines conjiceret: Poſterioribus tamen ſeculis non haſtam, ſed gallinaceum projecerunt. Et recte, pugnace animali pro bellico ſigno uſi ſunt, cum ex eo etiam agoniſtica ſibi milites pararent. Nam in illius ventre lapides repertos in ore aut brachio geſtos, robur virtutemq; pugnantibus addere credebant, ſicut Julius Aphricanus, Pierius, & alii annotarunt.

Caput XC.

Lupum haberi partim pro inauſpicata, partim auſpicata beſtia, & de equis lycoſpatis, odioque naturali, inter hæc duo animalia.

Quam mira, eaque naturalis antipathia ſit, inter lupum & equum, non vulgaria in priore centuria cap.32. ex hiſtoriis, experientia, & uſu, recenſuimus. Memorabile autem in primis eſt, quod animalia bruta ſciant, non ſua modo commoda, verum & hoſtium adverſa, norint ſua tela, norint occaſiones, parteſque diſſidentium, imbelles, ſicut ex Plinio allegavimus.

Lib.8.c.25. Quod etiam Senecam movit, ut ratiocinetur, qualem habeant bruta intelle-
Epiſt.121. ctum, ex quo tantum pauca adducam. Quid, inquit, eſt, quare pavonem, qua-
lib.1. re anſerem, gallina non refugiat, quum tanto minorem, & ne notum quidem, accipitrem fugiat: Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet, illis ſcientiam ineſſe, nocituri, non experimento collectam. Namque antequam poſſint experiri, cavent. Deinde ne hoc caſu exiſtimes fieri, nec metuunt alia, quam debent, nec unquam obliviſcuntur. Hujus tutelæ, & diligentiæ æqualis eſt illis, à pernicioſo, fuga. Præterea non fiunt timidiora vivendo. Ex quo quidem apparet, non uſu illa ad hoc pervenire, ſed naturali amore ſalutis ſuæ. Et tardum eſt & varium, quod uſus docet. Quicquid natura tradit, & æquale eſt omnibus, & ſtatim: ſi tamen exigis, dicam, quomodo omne animal pernicioſa intelligere conetur. Sentit ſe carne conſtare. Itaque ſentit quid ſit, quo ſecari caro, quo uri, quo obteri poſſit. Quæ ſunt animalia armata ad nocendum, horum ſpeciem trahit inimicam & hoſtilem.

Inter

Inter ſe iſta conjuncta ſunt. Simul enim conciliatur ſaluti ſuæ quidque, & quæ juvant, illa petit, læſura formidat. Naturales à contrariis aſperſationes ſunt. Sine ulla cogitatione, ſine conſilio fit, quicquid natura præcipit. Et quæ ſequuntur; inprimis quæ Seneca ex apium natura adducit, ad quæ ſtudioſum lectorem remitto. Et redeamus ad equum & lupum naturali quadam efficacia, inter ſe diſſidentes. Fieri autem poteſt, ut illa antipathia inter eos, non ſolum ex eo oriatur, quod lupus equo ob voracitatem ſuam inſidietur, ſed etiam quod ille tanquam inauſpicata & aliis invidioſa, ob voracitatem, beſtia, huic generoſo, & magnanimo, multiſque virtutibus prædito, pabuloque contento, inimica & exoſa ſit. Notum præterea eſt, Romanis lupum tam inviſum animal fuiſſe, ut ob luporum in urbe conſpectum, ſive oppreſſi inſectantium induſtria, interficerentur, ſive evaderent, ſemper urbs, ſolenni luſtratione, expiaretur, qua averti atque depelli calamitates, quas apportaſſent lupi, credebantur. Idque ſæpe factum, lupis in urbe, foro, Capitolio, Quirinali colle, Exquiliis conſpectis, ut Anno urbis 577. quum Collatina porta lupus ingreſſus, per Exquilinam, magno conſectantium tumultu, effugiſſet. Et Anno urbis 558. quum per Exquilinam portam quidam ingreſſus, frequentiſſima urbis parte decurriſſet, in forum, & Thuſco vico, atque inde Melio, per Capenam prope intactus abiiſſet, ſicut Peucerus, de auguriis & aruſpicina, ex autoribus collegit. [De divinat. gener.] Huc accedunt alia quoque, quæ hanc beſtiam exoſam omnibus faciunt. Experientia etenim docuit, quod voracitas lupi, quaſi contagione carnes pecudis laniatæ, inficiat. Hujus autem veluti veneni vim dentibus, & ſaliva potentiſſimum credendum contineri. Quin etiam compertum eſt, luporum animam admodum eſſe venenatam, atque peſtilentem. Ac quendam, qui plagis captum lupum accedens propius, venabulo vellet confodere, erigente ſe contra iſtum lupo, & efflante halitum crebriorem, ita fuiſſe hominem læſum, ut facies oris & manus quæ nudæ patuiſſent, fœdum in modum intumeſcerent; Qui tumor exquiſitis remediis ægre potuerit depelli, ſicut Dn. parens meus piæ memoriæ in problematibus ſuis notavit. [Problem. 1. decur. 7.] Hinc apparet verum eſſe vetus dictum, Beſtiarum morientium morſus ſolere quam maxime eſſe mortiferos. Non abſque ratione igitur ibidem quærit Dn. parens meus. [Decur. 7. Problem. 9.] Quare Teutones, in omnibus itinerum lupum tranſcurrentem bonum eventum ſignificare, leporem malum perhibeant: An hoc inquit, eſt de joco natum? Nam majores noſtri, ut vere fortes, ſic faceti quoque fuerunt. Quis vero non mallet lupum tranſcurrere quam adoriri ſe: Leporem autem conſiſtere, & capi eſſe melius, ut obſonium ſuppeteret. Poſtea ſuperſtitio acceſſit & de joco fortuito obſervatio nata eſt divinationis.

Cæterum quæ de equis, qui cum lupis dimicarunt, antea diximus, eoſque

Sympoſ.ii. q.8. ex hac pugna præſtantiores fieri, ideoque à Græcis λυκοσπάδας appellari, Plutarchus in hac opinione eſt, licet equos lycoſpades dici patet, à frenis, quæ lupata dicuntur, ob ferociam, & contumaciam ſic domitos: tamen patrem ſuum ſenſiſſe ait, equos, quos etiamnum pullos adorti eſſent lupi, ſi effugiſſent, bonos evadere, & curſu veloces, ac dici lycoſpadas, quaſi tractos à lupis. Sed præterea conſiderandum eſſe exiſtimat, numnam ideo agiliores fiant pulli, quod effugiſſent vim adorientium beſtiarum: an vero fuerint evitaturi eam, niſi antea celeres eſſent, & feroces. Non enim Ulyſſem eo factum eſſe prudentem, quia Cyclopem effugiſſet: ſed ideo effugiſſe, quia erat prudens.

Etſi autem in hieroglyphicis, & alias lupus plerunque pro inauſpicato & peſtilente animali, imo etiam pro augurio mortis habitus eſt: (Maximino enim Imperatori, viro & Thraci & bellicoſiſſimo, exitium portenderunt lupi, circiter quingenti ſimul ingreſſi urbem, in quam ipſe ſe receperat, cum in Italiam adverſus Maximum & Balbinum profectus eſt: Et Coloniam, quam C. Grachus inſtaurata Carthagine, quam Junoniam appellaverat, deduxiſſe fertur, infelicem futuram aruſpices dixere, propterea quod lupi metas, ibi poſitas, ſubito incurſu ſubverterant, infauſtum hujusmodi oſtenſum eſſe aſſeverantes. Et ea Judæorum clade, quam ſub Hadriano paſſi ſunt, lupi & hyænæ, per urbes paſſim irruentes ululabant:) tamen lupa tanquam nutrix Romuli & Remi, etiam apud Romanos in honore fuit, ideoque in hieroglyphicis proſperitatis ſignum fuit. Tradunt etiam, quod Geloni Syracuſano adhuc puero, & in ſcholis rudimenta prima diſcenti, lupus auxilio fuerit, ut imminenti vitæ periculo ſubduceretur. Nam cum & præceptor ejus, & frequentes diſcipuli, in ludo literario eſſent, viſendæ agnitudinis lupus erupit, Geloniſque tabulis, morſu arreptis, ire foras properabat. Gelon haudquaquam territus, ne tabellis privaretur, eas manu non ſegniter tenens, lupum ſequebatur, poſtea vero quam foras p. oceſſere, gymnaſium repente corruit, magiſtrumque & diſcipulos oppreſſit: Gelo incolumis evaſit. Sicut hæc & alia tam inauſpicata, quam proſpera, Pierius in ſuis Hieroglyphicis notavit.

L.5.Georg. Strabo quoque hanc hiſtoriam vel fabellam refert: Ferunt, inquit, quendam eo quod libenter ſponderet, celebrem atque dicteriis hominum obnoxium, intidiſſe in venatores, qui in caſſibus habebant lupum, qui cum per jocum dicerent, ſe lupum, ſi ipſe fidejuberet, eum illa damna compenſaturum, miſſum facturos: Hominem id in ſe recepiſſe, lupum ita dimiſſum, armentum equarum nulla inuſta nota, magnum ab ipſo, ad ſponſoris iſtius ſtabulum adduxiſſe. Sponſorem recepta beneficii mercede, equas, inuſto lupi ſigno, notaſſe, & lupiferas appellaſſe, velociores, quam pulchriores. Sit autem horum

horum omnium fides penes autores. Cæterum tradidit creator omnium rerum medium quoddam, ut hæc ſæva beſtia ſua propagatione numerum inſolitum non excederet. Sicut quoque de leonibus antea notavimus, qui culicibus ad mortem uſque vexantur, ſicut Bodinus in ſuo theatro obſervavit, Lib. 3. quærit enim ibi Theorus, cur vulgo lupus nec patrem, nec matrem, nec prolem unquam vidiſſe jactetur? Cui reſpondet Myſtagogus; quia cæteri lupi, quem ex odore coiviſſe percipiunt cum fœmina, eundem enecant, niſi enim rapaciſſimæ illæ beſtiæ exitium ſibi ipſis inferrent, in pecorum greges, & armenta longè lateque graſſarentur. Poſtremo, ut tandem hoc caput concludam, pauca addam ex libro Benedicti Ariæ, cujus titulus eſt Joſeph, ſive de arcano ſermone: ubi tale encomium dat lupo ex ſacris literis deſumptum: Lupus, inquit, infeſtum animal eſt, celeri ad nocendum ingenio, & motu, neque tantum famis explendæ aviditate, quantum nativa malitia & crudelitate notens, ſicut ſcriptum eſt, lupus rapit & diſpergit oves. Unde lupis epitheton malignis, apud Eſdram eſt. Et paulo poſt: Hoſtes etiam infeſtiſſimi & crudeliſſimi hoc indicantur nomine, ut lupus ad veſperam vaſtavit eos. Et velociores lupis veſpertinis. Hoſtem illum communem generis humani Sathanam ejuſque membra hypocritas, & falſorum dogmatum miniſtros lupos dixit Chriſtus, atque omnes homines veritatis Evangelicæ inimicos, ut; Ecce mitto vos ſicut oves, in medio luporum; Et mercenarius videt lupum venientem, & fugit, &c. Ego ſcio, quod intrabunt poſt diſceſſum meum lupi rapaces, &c.

Caput XCI.

Equum eſſe generoſum, & multis virtutibus præditum animal, ſed unum genus aliud bonitate ſuperare, pro nationum diverſitate: & quam indulgenter à Turcis educentur.

De equorum magnanimitate, & aliis virtutibus, additoque eleganti encomio in cap. 23. prioris Centuriæ, multa memoratu digna, ut puto, recenſuimus. Nunc alia quoque, veluti auctarii loco, addere viſum fuit. Non enim ſolum, ut diximus, Alexii Imp. Græcorum equus, qui fuit Arabicus, fulvi coloris, veluti tyrannum, & fratricidam ſagacitate cognovit, eccum morſibus & calcibus petiit, ſeſſoremque dorſo dejecit; ſed etiam ſimilis generoſa indoles fuit in equo Antiochi Regis. Quum enim eum Contraretus

Digitized by Google

Galata in prælio occidiſſet, & equum regium tanquam bello partum conſcendiſſet: Mox viſus eſt equus ſentire, tergo ſuo domini hoſtem [illegible] dere. *Fulgoſ. tit. de grati. lib. 5.* Itaque dentibus apprehenſo freno, ut nulla ratione jam habenis regi poſſ[illegible]t, ad altiſſimum ſaxum, citato curſu contendit, atque ab eo ſe, inſidentemque [illegible] ſimul hoſtem, præcipitavit, ſua, domini ſui mortem ultus. Eſt profecto in hoc animali peculiaris quidam ad hominum ſalutem grati animi ſenſus, qui a paucis obſervatur, ſed Philippi, Bertoldi, & Marenholdi, id eſt, amantes equorum, eum non vilipendunt, & admirantur. Adducam autem aliud, idque ſingulare exemplum, cum alia quoque plura ſupperterent Alboino L[illegible]o-bardorum Regi, quum poſt triennalem obſidionem Papienſes ſive Ticinenſes, certis & honeſtis conditionibus à Rege ſubſignatis ſeſe dediſſent, urbemque is, prodeuntibus obviam civibus, nihilominus intrare hoſti [illegible]no, torvoque vultu, immitem animum apertè prodente, cum exercitu con[illegible]ſet: Tum repentè ipſius portæ limine, Alboini equus Rege, ornatu regio inſidente concidit; quem erigere conati aſtantes fato dejectum, utrumque immotum ſenſere, caſumque admirati Regem monuere, ut iram, quam in Papienſes delendos occultè fovebat animo, dimitteret, urbemque ſervare conſtitueret. Invaſit illico perpetrandi ſceleris pœnitentia Regis animum, mutataque ſententia, ſenſit ſimul fata commutari, hujuſcemodi voce emiſſa: Salva ſint civitatis jura, & quæ ſpoſpondi, fiant eodem actu: quam vocem poſtquam emiſit Rex, mox ſurrexit ſine impulſore equus. Eſto ſane, teſte Paulo Diacono, Blondo, & Sabellico, iſta divinitus facta eſſe, ne Rex animo fœdifragus, contra datam fidem, in deditiam urbem, & ſupplices, ut propoſuerat, crudeliter ſæviret. Tamen hujus equi laus, veluti inſtrumenti delecti, & utiliſſimi, merito celebratur, & ejus nomen perenne erit. Romanis certè hoc magnanimum & bellicoſum animal ignotum minime [illegible]: Ejus enim effigiem in ſignis prætuliſſe Romanos inde arbitratur Henricus Salmuthus, *In Notis ad Pancirollū.* quod per hujuſmodi animantis ſpeciem, cum bello interſit, plurimumque valeat, Martis commoditatem deſignare voluerint, tum quia præſ[illegible]t hoc animal pugnam, & gloriæ atque victoriæ cupidum eſt, tum quia armatos vehit, tum quia velox nonnunquam eſt, ut Martem decet, ac impetu [illegible] furore maximè plenum. Marti autem ſacrum imprimis eſſe equum ex eo [illegible], quod Decemb. Idibus illi equus qui à dextra victor fuiſſet, immolab[illegible], &c. Nunc autem de coloribus & ſignis generoſorum equorum nonn[illegible]a du[illegible]am. Non abſq; ratione celebravimus ante Marones equos, quorum naturam bonam indicant albi, & nigri, atque fulvi pili, ob temperatam quandam [illegible]nem humorum. Huc referri quoq; poſſunt etiam ii, qui albi ac mac[illegible], quos Itali à muſcarum ſimilitudine Muſcatos appellant; Albi enim [illegible]cantes; nigrique unicolores plerique improbantur, niſi pede, fronte v[illegible] aut

juba,

juba, lineaque à dorſo ad caudam tendente, aut alio modo diverſam à reliquo corpore notam habeant. E contra magno in pretio rubri inſigniti, præter alios cenſentur; quos Virgilius ſpadices, equorumq; magiſtri Itali, Bajos vocant. Sanè Valii equi, quos olim Gothi, & hodie Germani Walchen à ſubruffo colore vocant, olim in magno pretio, & præ reliquis commendati fuerunt. Unde hujus tincturæ, & coloris fuiſſe Achillis, & Beliſarii fortiſſimi Ducis, teſte Procopio, equos proditum eſt. Sed de colore, ſignis, & notis generoſorum equorum alii copioſè ſcripſerunt: & non vulgaria de his, in libro de curandis equis Dn. parentis mei, piæ memoriæ, reperiuntur. Inprimis autem locus ille apud Solinum, ubi ita ſcribit: Animos leonum frons, & cauda indicant, ſicut motus equini de auribus intelliguntur, ita legendus eſt, ſicut in veteribus exemplis habetur, *Naribus* pro *auribus*. Quod non ſolum Cato, & Varro, Palladius, optimi harum rerum æſtimatores, obſervarunt, ſed etiam Xenophon in ἱππικῷ teſtatur: Solere videlicet iraſcentes equos diductis vehementer naribus, iram denunciare. Claudianus quoque volens exprimere furorem equi amantis, ita cecinit: Cap. 50.

Mobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitavit odor, tumidus, quatienſq; decoras
Curvata cervice jubas, pharſalia rura
Pervolat, & notos hinnitu flagitat amnes,
Naribus accenſis.

Id etiam princeps poetarum innuit de equis;

——— ———*Spirantes naribus ignem.*

Et huc ſpectaſſe videtur idem Solinus, ubi indicia generoſi equi, in potando ex narib. ſumit: Quo quis, inquit, acrior fuerit, ſpeiq; majoris, eo profundius nares merſitat in bibendo. Cæterum noſtro tempore cum Aſiatici equi excellentiores, apud nos ſint rariores, Hiſpanici præ cæteris Europæis præſtantiores habentur. Unde etiam è veterib. Hiſpania tanquam dives equini pecoris celebratur. Noſtris ſanè uſib. inquit Scal. nulla terrarum pars, mittit præſtantiores, ſive dexteritatem, ſive animum ſpectes. Nam & domino mites, & hoſtium hoſtes ſunt, impulſi in mucrones abeunt, juſſu heri morituri. Cæſi non avertuntur, percuſſorem etiam appetunt, denique fiunt ſeveriores. Vidimus nos inter animi, fideiq; miracula, unum a commilitonib. avectum, incolumē, equo ita ſaucio ut etiam inteſtina per humum traheret. Neq; prius concidendi tempus eſſe ratus eſt, quam ſeſſor deſcenderet, atq; in ſocii terga ſubſiliret. Idem accidit in Belgicis bellis ante pluſculos annos, ſicut oculatum teſtem referentem audivi, equum Hiſpanicum, Generoſum Comitem Hohenloium licet transfoſſis laterib. & inteſtinis, cum magna copia ſanguinis erumpentib: tamen in caſtra amica continenti curſu, nequicquam inſequentib. hoſtibus, Cap. 47. Symmach. in epiſtol.

Digitized by Google

incolumem avexiſſe. Digni ſanè eſſent iſti equi φιλάνθρωποι, ut ſi non in memoriam fidelitatis ſuæ urbs (ſicut Alexander Bucephalo ſuo fecit, eo quod non ſolum is inſtructus ornatu regio, inſcendi ab alio ſe quam Alexandro non ſiverit, quod præterea ungulis etiam impetierit hoſtes: Sed multo magis quod tandem lethali accepto vulnere non prius, quam extra telorum jactus regem ſiſteret, animo, viribuſque deficeret,) conderetur: attamen monumentum grati animi, & memoriæ ergo erigeretur, ut eorum fortitudo, & virtus perpetuo poſteris nota eſſet. Adſcribam quoque encomia equorum variorum generum ex Petro Quinquerano: In quibus tamen, cum ſuum judicium de Germanicis equis generoſioribus, planè fallit. Nulli dubium, inquit, eſt ex omni genere equorum, qui principum optimatumque ſtabulis celebrantur, pulchritudine præſtare Hiſpanos; ferocia Turcicos: velocitate Numidicos. Nec ita tamen in horum uno impenſe vincunt, ut cæteri deſtituantur, quando & Turcici, Numidiciq; forma non exiguè commendantur, quin & Hiſpani nuſquam degeneres animo, ſtudio etiam ipſo valeant, ſunt & alii noſtris regionibus viſi magis, quam perinde ſolennes, ut Anglici, Walachi, Sarmatæ, Epirotici: quos omnes Neapolitani pretio, & authoritate ſuperant. Sunt Scoti haud ſegnes quidem pedibus, ſed viribus imbecilles. Nec deficimur Flandricis, non Germanicis, ſed id quod veteri proverbio fertur; Caliga Maximini, adeo ad curſum, aut quemvis prærapidum agitatum [illegible]pedi, & immobiles ſunt: & ea, quæ ſequuntur: ubi commendat quoque provinciales ſuos equos, ob perſeverentiam, & celeritatem curſus. Obſervat quoque in illis defatigatis, quando adhuc calentibus ephippia, frenaque confeſtim detrahuntur, atque ita in paſcua dimittuntur, ſi illico corpus per humum volutent, ſolenni illo volutatu omnem abigi noxę metum. Quod ſi non procumbunt, continuo pro morboſis in villam curandis deducuntur. Idipſum quoque noſtratibus equis contingere experientia nos docuit. Quare nihil peculiare hac in re habent provinciales. Etſi autem Germanici equi multis in regionibus generoſi, & forma atque præſtantia egregii, magnaque in copia, ſicut quotannis gregatim ad exteros venales ducuntur, generantur, præſertim in Friſia, Pomerania, Weſtphalia, Haſſia, aliiſque locis: Neque equæ Hiſpanicæ, quæ Græcis: [illegible], id eſt, equæ admiſſuræ idoneæ nominantur, potentioribus principibus noſtris deſunt, cum quibus Friſii, & alii generoſiores equi noſtrates, ad propagandam ſobolem admittuntur, & hoc mixto ſemine proles admodum egregia generatur: tamen concedendum eſt, Hiſpanos equos robore & magnanimitate, ut diximus, reliquos Europæ longè antecellere, ideoque in majori pretio eſſe. Memini autem ab amico militari viro me audire, ſe poſt conflictum in Belgio, in quo multi præſtantiſſ. equi varii generis, globis tormentorum occiſi eſſent, in tibia cruris equi Hiſpa-

De laudibus Provinciæ. fol. 29.

Hiſpani, & tibia Friſii periculum feciſſe, utra eſſet firmior, & cum hac in illam aliquot plagas intuliſſe, verum tertio ictu hanc in aliquot fruſtra diſſiluiſſe, illam vero firmam, atque illæſam permanſiſſe. Quod indicium eſt firmiſſimæ ſoliditatis compactorum oſſium, quæ hos equos ad labores perferendos, diuturnos, & magis idoneos facit. Veteres ſanè, (ut Dn. parens meus in ſuo ἱπποκομικῷ, de nominibus equeſtribus recenſet) laudarunt equos Arcades, Iberos, Mauritanos, Gallicos, Parthicos, hi ſunt, inquit, magni, decenti magnitudine, animoſi, honeſta forma, pedibus admodum firmis, & bonis. Medi grandes, Armenii & Cappadoces, Parthis non diſſimiles, niſi quod capita habeant graviora, Hiſpani, qui & Iberi habitu corporis proceri, εὔρυθμοι, venuſti, erecti, præclara habent capita, graciles, coxis minus ſpectati, in vita ſatis validi, neque macies in iis apparet: Primis annis ignaviores, uſque ad perfectam ætatem, id eſt, τὸν καταρτισμόν, reliquo tempore πονηροὶ καὶ δῆκται, pravi & mordaces. Græcæ nationis equi bonorum pedum, decente magnitudine, inprimis erectis, & venuſtis, atque elegantibus capitibus, δρομικοί. id eſt, in curſu veloces. In hoc genere primas tenent Theſſalici: Epirotæ pravi & mordaces, cum Maroni tamen Eliadum mittat palmas Epirus equarum: Argolici ſatis alto, ſed brevi tempore: Thraces deformes, ſtrigoſi, humeris demiſſis, gibero tergo cruribus detortis, id eſt, βλαισοί. Sed tales non eſſe omnes oportet refragante cum aliorum indicatione, tum Virgiliana mentione elegantis equi Thracii: Cyreniaci decente magnitudine, caſtigatis ilibus, ſpiritu libero. Iſtrii bonos habent pedes, ſatis magni, ſed deformes, & repandi, curſores tamen: Sarmaticum genus totum minimè ingratum eſt, inque ſua natione venuſtum, velox, cum capite & collo elegante ἁπλοῖδαι, id eſt, ſimplex & imperitum. Nunc celebres ſunt Menapii, id eſt, Juliacenſes, & Phriſii & externorum in maximo pretio. Neapolitani, atque Hiſpanici Geneteri, Aſturconum, ut Plinius vocat, ni fallor ſoboles. Et Britannici laudantur, mollium crurum, alterna glomeratione, ut Plinius loquitur. Nam ingens diſcrimen eſt inter noſtratium equorum, qui tollutim ingredi docentur, & illorum gradum. Sunt & Pæones, id eſt, Ungarici in pretio, ut firmi, & durantes in labore, quos Thracum non admodum diſſimiles eſſe oportet. Quemadmodum autem vinum ſincerum, & bonum eſſe cognoſcitur, quod ſecundo & tertio ſi bibas, vel pariter gratum, vel etiam jucundum eſt: ita & Græci ajunt, extremis flexibus curriculi præſtantiſſimè ſe gerunt boni equi. Hucuſque parens meus. Cæterum Busbequius equos Turcicos, Syros, Cilices, Arabes, Cappadoces, quos animi cauſa in ſua legatione permoleſta, & diuturna, aluit, admodum commendat: & recenſet, quomodo Turcæ pullos veluti ex numero liberorum eſſent, omni lenitate educant, fuſte nunquam, niſi magna cogat neceſſitas, ſævientes. Unde evadunt illi hominum amantiſſimi: neque

Digitized by Google

tamen eo magis calcitroſum, aut mordacem, aut refr
nè diverſa ratione à noſtris moribus, quoniam agaſo
intonent, niſi fuſtis continenter in equi coſtis habit
ingreſſum in ſtabulum equi toti cohorreſcant, & eos
tuant: Turcæ, (pergit is) aſſuefactos cupiunt habere
bant in genua, & ſeſſorem ita recipiant, bacillum, clav
humo attollant, inſidentique domino porrigant. Et
ſanè jucunda & digna.

CAPUT XCII.

Quomodo Germani nunc curent, domen ſuos equos, deq; pretio eorum, & quoa equabus, & adhuc iis nonnun utantur.

ALia nunc eſt, tam in Principum aulis, quam ap dominandi & gubernandi equorum ratio, quam bus. Experientia enim teſtatur, vera dixiſſe Henric notis: Cornelius Tacitus, inquit ipſe, memoriæ pro quos, non forma, non velocitate conſpicuos, ſed nec v norum morem doceri: at in rectum, aut uno flexu de orbe, ut nemo poſterior ſit. Quibus verbis haud obſ hunc morem Romanis fuiſſe, ut in utrumque latus, ſi ſuos equos in converſionib. flectere conſueverint. H ces, utrum Italis equitandi, & equos, vel dextra, vel ſi quemadmodum & in circulum, vel noſtri quicquam iamnum conſuetudo equeſtris invaluit, qua equi pec eriguntur tanquam in adverſum nitentes, & in orbem quaſi ſaltu circumaguntur. Sed & ita equos ab ipſis eru quantumvis concitatiſſimo curſu, ad leviſſimum ſeſſo deranti, nutum, ſubito conſiſtant, ac ne latum, quod nitantur, &c. Hinc apparet, licet Turcici & alii exotic naturalibus nonnunquam præſtantiores noſtratibus dis & inſtruendis illis multum concedere. Quod etia

Ad Pancirolli librum Rerum deperditarum.

inſuperiore capite allegavimus) diſſimulare nequit, & poſt laudes inſignes, etiam vitia indicat, Nempe, quod Turcicorum equorum proprium ſit, ut non niſi porrecta, rigidave cervice, curſum conficiant, nec ſiſti, nec flecti poſſint, niſi largiore gyro, quod freni crimen arbitratur: id enim per totam Turciam unius formæ & generis eſſe dicit, neque ut apud nos, pro oris equi ratione, aſperius molliuſve induatur.

Cæterum quod ad equorum curam & educationem attinet, omnes rei equeſtris periti conſentiunt in hoc præceptum, quod à Dn. parente meo traditur, tanquam ſalubre & optimum: NE QUID OMNINO AB IRATIS IN EQUOS FIAT. Nam ira, inquit, conſilio & prudentia ſemper deſtituitur, & plerunque ea deſignat, quorum eſt pœnitentia comes. Idcirco non abſque cauſa invehitur in illos, qui hanc regulam negligunt, hoc modo: Noſtri autem homines nunquam fere, niſi furentes adoriuntur equos, tum ſcuticæ, & furcillæ maximè ſunt negotioſæ, cum vel ira, vel ebrietate, inſaniunt miniſtri, ut niſi diſciplina hominum melius conſtituta in hac parte, de bona equorum curatione deſperandum eſſe videatur.

Experientia autem teſtatur, ſicut & ibidem notatur: Niſi fortè vel morbo (nam & rabie equi corripiuntur, ut canes) vel ira inſaniat equus, non facilè hominem ab hoc lædi, maximè ætatis aut ſexus imbecilliores. Itaque mordaces iſti, & calcitrones (pergit ibi parens meus) ut Pannonici plerique, de quibus & proverbium improbitatis ortum, non ferè niſi irritati, aut opinione, aut metu offenſæ, ferociunt. Ut autem ad curam equorum revertar, ex illa ſtatim dignoſcitur, utra ſit generoſa ſoboles, & ad domandum apta. Facilè autem (ut iterum utar verbis parentis mei) diligentia & obſequio efficietur, non ſolum equus ut amet, ſed etiam requirat curatorem ſuum. Viceverſa, inquit, intergiverſando, aut feritate, nequaquam delectantur equi iis, qui non tam placare, quam ulciſci illos voluerint, itaque & in ſtabulis & foris, multis equis nocetur, agitatorum & curatorum moroſitate & iracundia, & probat hoc ibi memorabili exemplo amici, qui ſua præſentia in curandis equis ſuis effecerit, ut ab eis amaretur, & vox ejus nota illis eſſet; ad quæ Lectorem ſtudioſum, ne prolixior in recenſendis paternis ſcriptis ſim, remitto. Idipſum magna cum ſua voluptate & recreationis loco imitari voluit Busbequius in ſua legatione tædioſa & diuturna Turcica, cum in ædibus ſibi deſtinatis, Conſtantinop. velut in cuſtodia detineretur. Jucundum, inquit, ſpectaculum capio, cum ſole ad occaſum vergente, ſinguli equi ſuis quique locis in area collocantur, appellati à me vel Arabis, vel Caramani, vel quocunque nomine, hinnitu reſpondent, oculoſque in me contorquent. Nam ſoleo interdum deſcendere, & cortices peponum, mea manu, inter eos dividere, hinc illa notitia, &c. Habent autem (ut antea dixi) equi cum reliquis animan-

Google

animantibus cane videlicet & elephanto, manſuetu
grati animi, miſerationis aliarumque virtutum ſign
De intelligentia autem eorum Dn. parens meus, ut d
re non audet, ita profecto, inquit, memoria gloriæ,
tio, diſciplina, atque alia hujuſmodi, in his animadv
gnis deprehenſa, ſive aliquis intelligentia, prudentia
ſint, omnino inexplicabile videtur. Neque ergo l
tiamque ac rationem humanam eſſe dico, verum ali
ac modi. Quod autem peculiaria nomina, ſibi indi
prime noſcant, ſicut Busbequius ſcribit, olim quod
bus fuit: ut memorantur Cyllarus, ut Arion Adraſt
lerophontis: ut Pſylla & Harpinna, Oenomai, ut Ac
immortales, & Pedaſus mortalis, ubi notat parens
Balium mares integros, qui propagare nationem ſu
ſcent: ſed Pedaſum caſtratum, ut ſuum cum ipſo ge
Præterea recenſetur Pollucis equus, ſecundum Marc
qui, δεῖμος & φόβος. Neptuni, ἐρμώλης & γλαῦκ
petus, & Glaucus. Memorantur & ſolis equi fabulo
αἴτων, φλεγέτων, id eſt, flammeus, matutinus, fulvus,
apud Maronem equus Ræbus eſt. Narrat Pauſani
rinthii, Auram nomine, cum agitator initio curſus d
flexus circum metam peregiſſe, & incitato curſu ad j
ſe. Idem equis convictoribus Cleoſthenis Epidam
φοίνιξ & κόραξ. Et tandem utili doctrina ibi ita con
loco antiquitatis diligentia, & induſtria celebranda
minus putavit nominibus compellandos, quam ſerv
in domo cum ſic mandatur: Afferto aliquis aquam:
dito aliquis ligna? Sed & hoc memorabile, ad certo
buiſſe inſtructos. Et ea quæ ſequuntur, lectu digniſ
noſtra domeſtica admiſceam, cum adhuc eſſem ju
meum, à Magnifico & nobiliſſimo Dn. Chriſtophor
litarem poſt prælium illud in Luneburgicis campis,
niæ Electorem, & Albertum Brandenburgicum, con
Mauritius globulo tormenti, incertum ab hoſte an à
duo poſt occubuit) dono accepiſſe, qui erat Tranſ
qui vocantur Siculi, pilis albicantibus & nigris cum
xtis, quos nos Schwarz vnd Rotſchimmel vocamus
vocem parentis mei, cum adduceretur, illique velu
nus, accepto pane madefacto vino, vel ſale, lingeba

Digitized by Google

natus & ephippiatus, ut ita dicam, nullum alium ſeſſorem admittebat, me vero tunc & fratres, áliosque, morſu, & calcibus repellebat, alioquin erga nos mitis & obſequens, niſi calcaribus urgeretur, quorum erat impatiens. Quamprimum enim ictum ũnum atque alterum patienter pertuliſſet, irritatus, tertium non expectabat, ſed vel miro artificio, transverſis ſaltibus, ſeſſorem excutiebat, neque jacentem offendebat, ſed immotus ſtabat, donec ſurgeret, eumque tamen difficulter rurſus aſcendere permittebat, vel lupata mordicus tenens, velut rabioſus, concitato curſu periculoſa loca petebat. Quod & mihi aliisque accidit, donec natura ipſius notior nobis fieret, non enim cum alioquin ſua ſponte alacer & morigerus in inceſſu, gyris, & curſu eſſet, ſerviles ſtimulos, pigris & inertibus equis convenientes, pati volebat. Sed in tam latiſſimo campo materiarum, abrumpendum potius, quam abſolvendum, hoc meum de cura equorum propoſitum eſt. Et venio ad precium eorum. Pretia equorum, pro ut ſunt generoſiores, aut minus, inæqualia ſunt. Germanici diverſi generis, tolerabili precio ante pluſculos annos vendebantur, ſed nunc propter continua bella, in quibus equitatus prævalet, carius venduntur, ita ut qui paulo ante 30. thaleris emebantur, nunc in duplum vel etiam triplum precium creverit: Abundaret certe adhuc Germania equis, & tolerabili quidem precio comparari poſſent, ſi non in tanto numero quotannis ad exteros præſertim Gallos, venales abducerentur, vel ii eos tam magno precio coemerent. Hiſpani, Neapolitani aliique generoſiores equi in maximo precio ſunt, ideoque Principes, Comites, & Barones, ejusmodi nationis equos in deliciis habent. Vidi equam Neapolitanam ſpadicem, Auguſtæ ante aliquot annos, in ſtabulis Fuggerianis, ad propagandam ſobolem, emptam, plus quam mille florenis, nudam & abſque omni ornamento. Hæc ſane merx privatis non convenit. Apud Indos Occidentales, equus ante Hiſpanorum adventum, illis incognitum animal fuit, quo viſo, ita conſternati ſunt, ut equites ſedecim, ſicut Petrus Martyr refert, in terram ex claſſe expoſiti, & à tergo Barbaros adorti, turmas eorum fuderint, non aliter, quam ſi greges ovium interficerent, perimendo, feriendo à dextris & ſiniſtris. Ideoque illi miſeri & nudi homines, veluti miraculo attoniti, conſpecto animali ut putabant carnivoro, & ſævo, hæſitabant, & obſtupeſcebant, neque exercendi tela locus illis dabatur. Arbitrabantur etiam idem animal eſſe, hominem videlicet equo annexum, ut de Centauris eſt fabula. Quare apud illos Indos nulla merx equorum fuit: Etſi autem in tanta omnis generis animantium multitudine, per univerſam Indiam Occidentalem antequam Hiſpani equos invexerint, eorum uſus, imo nec forma illis incolis fuit cognita: tamen horum defectum, ovium copia natura ſupplevit, quæ camelis perquam ſimiles, præter toroſi pectoris ſtrumam,

De reb. Oceanicis & novo orbe.

Digitized by Google

equorum magnitudinem exæquant, ſed ad bellum v
men armatum in tergum ſublatum , per aliquot pa
ſi feſſæ urgentur , inſidentes ore converſo, fœdo o
cant : Quod ſi ſarcinis onuſtæ graventur , in terrar
rum vehementia propelli poſſunt, niſi clitellis exor
In Augmento deſcriptionis Ptolemaica, fol. 134. Witflietus & alii peregrinatores obſervarunt. Hab
vel Indicæ, cum præter vires impelluntur vel onerar
verſationem, cum Camelis, qui ad onera ferenda
ſunt, quando modus ſervatur, & moles ipſis ſuſtin
tur : alioquin ſi imponitur pondus majus, reliquu
poſſunt, aufugiunt : Unde Jovius Symbolum Hiſpa
gine jacentis & onuſti Cameli , NON SUFPREMAS
cium equorum revertendum. Cum Hiſpani maxi
victis illis Americanis Indis, ibi ſedes ſuas inſtituer
bella exercerent, equorum precium ita auctum fuit
immo etiam quinq; millibus ducatorũ, veniret: ſicu
Hiſtor. gent. l.4. c.117. dẽ modo ſcribunt hiſtorici, de Narſingis (regnũ ho
tales Indos) equum vendi 500. Pardais, quæ eſt mon
gni valoris. Extat præterea in hiſtoria Aloiſii C
Etſi in Regno Senega Nigritarum, equi magna diff
pter ſterilitatem arenæ, & nimios æſtus, eo, quod
retentionem urinæ rumpantur , nihilominus tamen
copia, ita ut pro uno dent duodecim vel quatuorde
mancipia. Ne autem diutius in hac materia hærea
ſacris literis, quale fuerit precium equorum Ægypti
nis Regis, qui aluit, exceptis quadrigis, copioſiſſim
Lib. 3. c. 10 legimus in libris Regum; Egrediebatur quadriga e
argenti , & equa centum quinquaginta. Atque in l
De aſſ. l. 4. ges Syriæ equos venundabant. Centenos autem qui
gulos equos precium computat Budæus nummo no
coronatos, quo fit, ut quadriga, id eſt, quaterni equi j
ti libris conſtiterint, quæ ducentis & quadraginta c
Ad tertium membrum hujus capitis quod attinet, n
uſum frequentiſſimum, tam apud Germanos , quan
ob equeſtrem militiam fuiſſe. Atque apparet ex n
nacula, ex antiquitate receptis, utpote, Marſtall/Me
ſimilibus, quæ omnia ab equabus etymon ſumunt.
equa eſt. Prævalent enim equæ in maximis ſubi
præſertim integris & non caſtratis. Præterea mittun

Digitized by Google

dum, currendumve, nec minimo momento à curſu & opere ceſſant. Equi vero, in labore & curſu continuo, meiere nequeunt, & dum lotium continent, aut ſtranguriæ morbo exanimantur, aut jugulis humore repletis perpetuo inutiles fiunt, ſicut teſte experientia, Franciſcus Patricius obſervavit. Hoc commodum in equabus, Bajazetes Turcorum Rex non ignoravit. Cum enim in prælio acerrimo, cum Tamire, Tartaro, quem vulgo Tamerlanem nominant, ſtragem & fugam ſuorum cerneret, protinus equam aſcendit, totisque laxatis habenis aufugit, cum velociſſimo curſu obequitarent, & fugientem hoſtes inſequerentur, properantes eum capere, jamque multum itineris fugiendo confecerat, ut qui celerrime veheretur, forte pervenit ad flumen, ex quo equa intoleranda ſiti ex timulata, bibere cupiebat. Bajazetes autem cum chiragra, ſimul & podagra tunc graviſſime laboraret, equam à potandi immenſa cupidine, inhibere non potuit. Equa igitur, ut bibit, parum diſſoluta, nonnihil de curſus pernicitate remiſit, adeo ut milites Tamiris, Bajazete potirentur, & captum ad ſuum regem perducerent. Felicior ſane fuit fuga Darii Regis Perſarum potentiſſimi, profectus enim contra Alexandrum magnum, cum exercitu quingentorum millium, in Ciliciam, ingenti prælio ad Iſſum ſuperatus fugit, inſidens equæ, quæ quod relicti domi pulli recordaretur, quanto potuit ſtudio, & celeritate, eum è prælio & periculo eripuit. Noſtri ſane Principes, & magnates, in torneamentis, & aliis ludicris, ſeriisque certaminibus, nec non & bigis, & quadrigis, utuntur plerunque noſtro tempore equabus Hungaricis, & aliis elegantioribus, propter certum & indefatigatum curſum, ſed caſtratis: ſicut memini Auguſtum Electorem Saxonem, & alios Principes ejuſmodi fœminas equas, in talibus excitiis, maribus prætuliſſe. Poſtremo equorum, & equarum vitam longævam, ad quinquageſimum uſque annum Plinium extendere Franciſcus Patricius obſervavit, & addit: Ea quidem minime optanda eſt, fiunt enim inutiles, non modo rei bellicæ, & vectandæ ſarcinæ, ac trahendæ rhedæ, ſed etiam admiſſuræ. Ultra quidem vigeſimum annum non poſſe generare equum doctiſſimi quique, qui de agricolatione ſcripſerunt, affirmant: nec equam ultra decimum concipere.

De regno & Regis inſtit. lib. 3. tit. 2.

Petrus Bizarus de rebus Perſ. l. 9.

Lib. 8. c. 42.

De regno & regis inſtit. l. 3. tit. 8.

Caput XCIII.

Canes quare rationis alicujus capaces cen[ſ]
diſtincta voce, forma, genere, & natura,
peculiaria nonnulla.

De ſolertia animal.

PLutarchus, cum aliis argumentis, tum ex furore
rationé præditos eſſe. Ita enim ratiocinatur.
teſt, quod nulla eſt facultate præditum, cui affectio
mutilatio aut læſio accidere queat. Nimirum, quæ
ſti rabidos canes aliquando ? ipſe etiam equos vidi
ves quoque furere, & vulpes dicant. Sed nobis f
controverſia carens, quod teſtatur, animal hoc ra
præditum eſſe; quæ conturbata furore iſto, qui dicitu
neque viſui eorum, neque auditui quicquam accide
nimus. Enimvero ſicut ineptus ſit, qui hominis m
inſanientis, neget abalienatam, corruptamque eſſe
moriæ (cum quidem ita receptum ſit conſuetudine
apud ſe, & mente excidiſſe dicamus) ita qui rabid
quid putet, quam quod vi intelligendi, ratiocinand
bata deſipiens, ignoret cariſſimas perſonas, fugiat
vitæ rationem, neque agnoſcat, quem cernit, videtu
ſæ ductus contentioſe veritatem impugnare. E
pergit: Dialectici ajunt, canem in triviis, ea uti arg
ribus disjunctis enunciatis conficitur. Sic enim ſe
hac, aut illa inſtitit via, ſed neutra; ergo hac, quæ ſup
tionem, nihil ſuppeditante: ratione aſſumptiones,
ferente. Neque vero canis indiget hoc teſtimonio
terinum. Nam ipſe ſenſus cani veſtigiis, & curſu
fera quo fugerit, ea demonſtrat, valere juſſis iſtis de
fatis. Alioqui vero è multis factis, affectionibus, &
olfactui, neque viſui obvia, ſola intelligentia agi, ac
tura ejus perſpici poteſt. Ridiculus ſum hujus anim
nentiam, obedientiam, atque ſolertiam vobis narra
bus & tractantibus. Hucusque Plutarchus, ubi rece

Digitized by Google

& vix credibilia facta canum. Verum ne in illis quæ alioqui nota ſunt, cum faſtidio legentium, forte præter decorum prolixior ſim, tantum rariora nonnulla, de hoc fidiſſimo homini, necnon ſolertiſſimo & ſagaciſſimo animali, recenſebo. Memorabile autem eſt, quod reliquis animalibus brutis, tantummodo una vox, tanquam peculiaris & genuina nota, qua à reliquis dignoſcitur, attribuatur, utpote Elephanto barritus & jalemus ſive lugubris ipſius cantio, Leoni rugitus, equo hinnitus, lupo ululatus, porco grunnitus, ovi balatus, & ſimilia. Cameli ſane oblactiunt, blactire enim proprie Camelorum eſt. De avibus talis pentameter extat:

Pupillat Pavo, trinſat hirundo vaga.

Cani vero non ſolum latratus, (nos dicimus bellen) ſed etiam alia indicia diſtincta, diverſæ vocis attribuuntur. Hirrire enim, & ringere, ſecundum Feſtum, genus vocis eſt, canis rabioſæ. Unde hirriunt, & ringunt canes, cum jam reſtringunt dentes. In noſtra Germanica lingua dicimus, de iratis canibus, die Zähn blecken. Mutiunt vero, cum incipiunt irritari, marren/Germanice; Ab eo quod μ vel μῦ, videntur edere. Unde dicit Chariſius μῦ caninum eſt, ſicut γρῦ porcorum, unde grunnire. Cum autem latrant, veluti ſigna dant, unde ſigna canere dicuntur. Ganniunt vero canes, geſtientes ob heroum adventum, ut apud Lucretium, Gannitu vocis adulant: & Homero σαίνεσθαι, ſemper eſt geſtu quodam oris exprimere gaudium ob amici, aut alterius cari adventum. Varro à voce canis vult deduci nomen. Unde Joſephus Scaliger, ita legendum ejus verba cenſet; Quod hic idem nictaculus in cuſtodia, & in venando ſignum voce dat, canis dictus. Eſt enim, elegantiſſime vox à nictando detorta, id Græci dicunt σκυζᾶν, quod ſolent facere canes in venatu, & in cuſtodia. Inter alia autem genera canum excellentes ſunt, qui Vertagi, & interdum Defenſores nominantur, quos Germani Retter vocant, de his ita Martialis: *In conjectaneis in Varronem.*

Non ſibi ſed domino venatur Vertagus acer,
Illæſum leporem, qui tibi dente feret.

Hi enim ita generoſi & magnanimi ſunt, ut à lepore proſtrato, mordacitate ſua reliquos canes venaticos abigant, & illaceratum cuſtodiant, donec vel à venatore auferatur, vel in tutum ab eo reportetur. Memini autem, me ab amico quodam meo audire, ſe habuiſſe Vertagum tam generoſæ indolis, cui dum leporem reportare vellet, forte vulpem occurriſſe, qua conſpecta illum depoſuiſſe, & hanc inſecutum fuiſſe, eamque deprehenſam necaſſe, mox ad priorem prædam reverſum, utramque apportare conatum fuiſſe. Verum cum ſimul rictus capacitas anguſtior eſſet & comprehendere binam prædam non potuiſſet, tantum laborem ſuſcepiſſe, cum neutram deſerere vellet, ut ipſe in fruteto deliteſcens animalis hujus ſagacitatem ſatis mirari

Digitized by Google

In Theren-ticis. non potuerit, dum per aliquot paſſus, modo hanc
rictu minus capaci ad binam capturam attraheret.
rit. De his vertagis ita ſcribit Conradus Heresba
farios vocat: ſi capiatur lepus, leporarius defenſo
ptumque aſſervans, tuetur à dilaceratione aliorum
venatores excipiant. Nonnulli aſſuefacti, ut ip
Defenſorem mordacem eſſe oportet: & quem ali
re cædere hunc aut objurgare non oportet, ſi quan
eosque mordicus repellat. Et paulo ante ita eos
re procero, agili, & expedito, cruribus prioribus
giuſculo, neque carnoſo, ſed levi, cruribus brevi
micantibus, pectore toroſo, cæteris expeditis mem
tiuſculos habentes magis probantur, & cauda lon
Natur. hiſt. l. 8. c. 40. ta, &c. Eſt & aliud genus canum, qui Laidthun
tur, de quibus ita Plinius: In venatu ſolertia & ſag
tatur veſtigia, atque perſequitur comitantem ad
retrahens, ventos & odorem captat, proditque roſt
bachius ſanguinarios, & numellarios vocat. Vul
ram præcipua ſagacitate prodentes, ſcrutantur veſ
loco cohibiti ad feræ latebras deducant. Quod
transmiſerit, idipſum primum caudæ, poſt roſt
ſtrant. Hi ſenecta jam exhauſti, atque etiam debi
Cap 24. in prima Cent. De laudibus provinciæ. ventus ac odorem captantes, roſtro cubilia produ
quoniam antea, poſt non vulgares hiſtorias encom
legantiſſ. verſiculis Mycilli appoſuimus, nunc aliu
jus animalis ex Petro Quinquerano Epiſcopo Se
aſcribam. Hujus, inquit, animantis poſſeſſion
cundam dicam magis an neceſſariam, gratiſſimi &
xui, fortunæ, fortibus ſimul & gnavis. Et rurſum:
atque res noſtræ, neceſſaria omnino ex iis cuſtodi
cum horum indolem, geſtusque multiplices ſubti
liquando induxiſſem, nimirum illectus tam freque
experimento, naturæque ipſius ibi latentis contem
enim id dicto exprimere facile, quod nunquam p
tui) neſcio inquam, quo pacto introſpexerim, mu
dentiæ, in iis non exacte expreſſa, ſed plus quam de
dicam? nam varia artificique oculorum ſpecie, v
nunt, tam efficaci nutu loquuntur, & loquuntur qui
ſuo more, ut haud dubie exiſtimare ſit, eos, ſi articul

Digitized by Google

tur, & argute, & lepide de rebus ſuis dicturos. Quid ni? an non ſollicitudinem craſtini jejunii allegarent, cum jam ſaturi nihil minus cibos expoſcunt, eosdemque adepti (non ut hominum plerique, qui ſe ferculorum ſuperingeſtu, etſi certa futuri mali conſcientia, comprimunt) callida proſpectantium oculis ſubtractione ſui, terræ infodiunt, identidem hinc inde caventes, an quis adſit importunus ſpeculator, qui repoſcentis mendacium deprehendat. Verum hæc utique frequentiora omnium oculis quotidie obverſantur. At nos ex deſtinato animi ingreſſi, nec ſemel hujusmodi ſpeculationem tam variæ prudentiæ, ipſique homini haud perinde imitabilis generis in ea deprehendimus, tam aſtutas artes, tam provida conſilia, ut niſi ex licentia prioris libri, tum etiam ipſo iſtius principio, data fide omnem evagandi materiam ejuraſſemus, non mediocrem digreſſionem tam procaci naturæ opificio daturi fuerimus. Nihil hic canis ille Plinianus, qui in Epiro percuſſorem domini verbis, quibus licuit, reum fecit. Alioquin tale aliquid, aliquantoque ſplendidius, nimirum duello ipſo cum ſicario in Gallia accidit. Non adeo multi ſunt anni fidejubente pictura, quam continuo atque eventu rei exaratam ad hunc diem cōſpici audio in arce oppidi, cui vulgo nomen Montargis. Et ſequentia, quæ ob nimiam prolixitatem omitto. Hoc addam, auctorem illum, licet Britannicos & Corſicos canes; hos propter audaciam, quod bini ſpumantem aprum poſſent opprimere; hos propter callidos, artificesque aſſultus, reliquis præferat; tamen ſuos Provinciales illis non poſtponit, ſi modo diſciplina diligentior accedat. Imo, inquit, cum ego Anglicos Corſicosque aluerim, ac ſæpe in rixam irritatis nunc his, nunc illis noſtros oppoſuerim, experimento didici, præter ſpem noſtros reſiſtere, quin & ſæpe peregrinos illos male multare: nam noſtri robore longe ſunt robuſtiores. Unde omnino mihi perſuaſi fore, ut ſi vel minimum ſtudii, curæ, impenſæ, noſtris inſumeremus, quæ omnia Britanni profuſiſſimè ſuis adhibent, non inferiores, fervore audendi, ferarumque ſternendarum ipſa magnificentia noſtri evaderent. Addere præterea propter raritatem ex eodem auctore, licet, ſolum Hiſpanos & Provinciales habere canes, quos Charneguios vocant. Hi, inquit, venantur noctu, ſi ducas interdiu, ſtatim ingenii acumen obtundis, providaque vel inde naturæ ſolertia, non tamen aliu in iis, quam emaculati candoris color. Varium pullum aries, ovisque, utrique candidi plerunque progenerant; nec equa coloris albiſſimi non maculoſum fœtum frequenter egerit. Quid dicam, cum & in homine ipſo ſplendidiſſima ora, non raro natos tetro colore inficiant? At hujusmodi canum genus, etſi alieno ſupponas, nigerrimo etiamnum patre, non alterius coloris fœtum educet, quam aut penitus albi, aut lutei dilutiſſimi. Statura non mediocris

dioeris notæ modum multum ſupergreſſa , ſed tan
pus gracile , admodumque ſtrigoſum , deſtinata
pra fidem certa, rapaxque, aures prælongæ, erectæ
flaccidæ. Exquiſitiſſimo utuntur auditu, quo ſolo ve
dium perſequendis cuniculis, in iisque inaudita ſol
deinde latè deſcribit. Olim ſane Epirotici Molo
ſimis habebantur, ut excellentes omnes venatici e
tur. Deinde Spartani, qui & Laconici à regione d
minæ, quas Ariſtoteles maribus prætulit. Terti
laminii, qui & ſagaciſſimi habiti ſunt, & cuſtodiæ i
Lib. 1. de venatione. ſpii ob ferocitatem in homines & feras recenſentu
numerantur, ſicut ex iis, qui à Rege Albaniæ Alexa
apparet, Leones & Elephantos vincere ſueti. O
cim nationes canum, & de forma eorum, aliaque
mante late ſcribit, ad quem, & Notas doctiſſimi R
rem remitto. Cæterum recte dicitur, venatorem
debere, non genus aut patriam. Nam qui primi
virtute, non à patria aut majoribus laudem meruer
ſtremo non eſt, βυλιμίαν à Græcis appellari, quar
Pſal. 58. Et de ea interpretantur viri pii Davidis regii Prop
tentur ad veſperam, & fame conficientur, ut cane
gantes, cum futuram Judæorum mendicitatem pr
Sympoſiac. 6. q. 7. famis vocabulum frequenter pro mendicitate uſur
chus autem monet, antiquitus non bulimum, ſed pu
id eſt, famem multam, appellatum. Diſputat po
ſtomachi deliquium animi faciens , aut morſus
cui præſertim fruſtula panis medetur, additque ra
ſimum, qui in nive deambulant, hic affectus mol
tum in diſcrimen vitæ adductum bulimo fuiſſe, c
niam proficiſceretur per nivem copioſam, & eo
nemo ipſum conſequeretur; Ibi cùm animo defic
cti ſunt milites ad muros accurrere, & ab hoſtib
flagitare; quo ſtatim accepto, Brutum recreaverun
maniſſimè eos tractavit. Accidit bulimus equis e
me cum caricas, aut mala geſtant, & quod maxim
quæ eſui ſunt, apprimè panis reficit non homines
que, ut vel minimo panis fruſtulo, veſcendo conſ
diantur. Hucusque Plutarchus. Hinc rectius intel

Digitized by Google

tiores ſenes, juvenes moneant, ne ſe abſque pane viæ dent. Eo enim non ſolum remedio contra famem conſuetam, ſed etiam contra alios affectus uti poſſunt.

Caput XCIV.

Canes generoſos fidem ſuam, tam erga dominos vivos, quam defunctos ſuos, teſtatos eſſe, & plura de hujus animantis natura, ſagacitate, atque epitaphiis eorum.

HEroes olim non ſolum in publicum prodeuntes, canes habebant comites, ſicut Homerus teſtatur, Et Virgilius: *Odyſſ β. lib. 8.*

Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto,

Item:

——Greſſumque canes comitantur herilem.

Sed etiam haud fruſtra Romani defunctorum rogo, canem & equum aut ſervum, quem præ aliis defunctus charum habuerat, imponebant, ut una cremarentur. Deſignantes videlicet fidelitatem inſignem horum animalium, quæ etiam comites in morte ſuorum eſſe voluerunt. Coactum hoc ſane, & violentum fuit: ſed plura exempla vetera & recentia, exſtant, quibus declaratur, fidelitatem iſtam naturalem in hoc generoſo animante eſſe. Et ob hanc cauſam, ob amorem inquam ſingularem canum erga ſuos dominos, Græci, κύνα vocarunt, quod amaſium ſonat: quamlibet enim quandoque à domino cædatur, ab eo tamen non diſcedit, quin potius ad ejus pedes advolutus, flebilibus oculis illum contuetur, quaſi culpam agnoſceret, & pœnam deprecaretur: Unde manavit vocabulum προσκυνήσεως, quæ ſummam animi ſubmiſſionem, cum ſumma obſervantia conjunctam, ſignificat, qua ſe Chriſtiani proſternunt, ante faciem & tremendam majeſtatem Dei, ſuas apud illum preces cum ingenua peccatorum confeſſione effundentes, ſicut pie emphaſim hujus vocabuli explicat Joan. Spinæus. Cæterum ut ad hiſtorias veniamus, hoc animal peculiari ſagacitate, tam vivos *De providentia Dei.* & mortuos dominos amore ſummo, quam hoſtes odio acerrimo, diſcernere poſſe, recenſebo ex Niceta Choniata, quam rem ipſe tanquam miram *In annal. l. de imperio* refert, capta videlicet Theſſalonica à Siculis, nullum cadaver Romanum, *Andronici* (ita is Græcos appellat) canes guſtaſſe, aut dentibus laceraſſe: Latinorum *Comneni* vero (ita Siculos nominat) cadavera rabie quâdam inſatiabiliter devo- *lib. 2.* raſſe, & ſepulchris etiam eruta laceraſſe. Erga mortuum dominum ſingu-

Lib. 6 Hexaemeron. cap 4. lare fidelitatis documentum canis extat apud D. Amb
inquit, necis illatæ evidentia canes ad redarguendos
runt: ut mutuò eorum teſtimonio plerunque ſit cre
runt in remotiori parte urbis crepuſculo necatum
adjunctum haberet. Miles quidam prædandi ſtudi
rat. Tectus idem tenebroſo adhuc diei exordio in
Jacebat inhumatum cadaver, frequens ſpectantiu
queſtu lachrymabili domini deflebat ærumnam.
lerat, (ut ſe habet verſutia humani ingenii) quo co
toritate præſumpta fidem adſciſceret innocentiæ,
tis populi acceſſit coronam, & veluti miſerans ap
Tum canis ſequeſtrato pauliſper queſtu doloris, ar
que apprehenſum tenuit, & veluti epilogo quodam
murmurans, univerſos convertit in lachrymas: fi
quod & ſolum tenuit ex plurimis, nec dimiſit.
quod tam manifeſtum rei indicem neque inimicit
aut injuriæ alicujus poterat objectione evacuare,
fellere. Itaque quod erat difficilius, ultionem p
ſionem præſtare non potuit. Hucusque Ambroſi
De ſolertia animal. recenſet Plutarchus de quodam cane, qui Pyrrho
ſui prodidit. Cum enim Rex iter faceret, incidit
hominis corpus adſervabat; cognitoque eum terti
tem aſſidere, neque cadaver deſerere tamen; illuc
autem attente ſecum duci juſſit. Paucis poſt dieb
ſtratio, ita ut ſinguli rege ſedente tranſirent. Ibi ca
huc quietus fuerat, ut vidit domini ſui percuſſor
currit, eosque allatravit, ſubinde ſe ad Pyrrhum ve
rex modo, ſed qui aderant omnes ſuſpicionem d
comprehenſi, & examinati, levibus quibusdam ſig
faſſi homicidium pœnas dederunt. Idem feciſſe(
ſapientis canem, qui Ganictoris Naupactii filios pr
dus interfectus fuerat.

Alterum quoque exemplum de ſacrilego
quod ibi idem auctor recenſet, memorabile
cum in templum Æſculapii occulte intraſſet, a
donariorum, quæ mediocris eſſent ponderis, a
iit, feſelliſſe ſe putans. Sed cuſtos canis, nom
mo æditiuorum latrantem exaudiret, fugientem

Digitized by Google

& initio quidem ſaxis petitus, non abſtitit: luce autem facta eminus eum eſt ſecutus, tanto ſpacio ut videre hominem ſemper poſſet, eum oſ ſervans: cibum ab eo projectum reſpuit, juxta dormientem excubavit, rurſus ſurgentem ſubſecutus eſt, obviis viatoribus abblandiens, illum allatravit, atque urſit. Hæc cum ii qui ſacrilegum perſequebantur, ex occurrentibus audiviſſent, ſimul colorem & magnitudinem canis exponentibus, alacrius perrexerunt deprehenſumque ſacrilegum à Cromyone reduxerunt: cane in revertendo præeunte, lætitiaque exultante, ut qui ſibi capti ſacrilegi laudem vindicaret, Athenienſes decreverunt, ut cibus ei publice demenſus daretur, & ſacerdotibus ea cura ſemper demandaretur.

Verum ne in veteribus, & veluti obſoletis, omnino hæreamus, ſed recentiora immiſceamus: In Antonii Torquemadæ libro, quem Cælius Malaſpina ex Hiſpanico idiomate in Italicum tranſtulit, & titulum fecit, Giardino di fiori curioſi, talis hiſtoria legitur, ſicut eam in Latinam verti. Comes Alfonſus aluit canem cui nomen Melcorico, tam fidum, ut vix in animal irrationale ſimile aliquid caderet. Is erat perpetuus comes & aſſecla Domini ſui, eumque viciſſim valde amabat: cumque is diem ſuum obiret, ordinavit, ut ab hæredibus ſuis Melcorico panes aliquot & victus quotidie præberentur. At is defuncto ſuo Domino recuſavit omnem cibum, licet lautiorem canino, ita ut per triduum plane nihil guſtare vellet, & parum abeſſet, quin mœrore & inedia tabeſceret. Hoc cum familiares Comitis mortui, qui non minus canem propter ſingularem fidelitatem & indolem diligerent, graviter ferrent, ſubornarunt Morionem familiarem antea cani, vivente domino, qui veſtitu, geſtu & voce, Comitem repræſentaret. Erat enim is alioquin ſimilis illi, ſtatura & facie. Hic cum conſuetis blanditiis canem priſtino more ad ſe alliceret & tractaret, mox canis iis irretitus, ratus à ſuo domino eas provenire, magna lætitia & canina alacritate geſtiens, vel potius ganniens, è latebris prodiit, & ei tanquam vero domino adulando, aſtitit, cibumque ab eo ſumpſit, famemque & inediam depulit. Mox attentius ſagacitate ſua, deprehenſo errore & dolo ſuppoſititiæ perſonæ, mortuumque verum dominum, ſicut antea, requirens, eoque non invento, ſe in priſtinum angulum occultavit, omnemque cibum averſatus eſt, donec fame & ægritudine moreretur. Olim quoque ſimilem hiſtoriam eveniſſe ſcribit Plinius, Jaſone Lycio interfecto, cujus canem cibum nunquam deinceps capere voluiſſe, & tandem poſt multos dies per inediam conſumptum eſſe. Ibidem Plinius Titi Sabini interfecti, canis fidelitatem prædicat, qui à cadavere heri abigi non poterat, ſed mœſtos ederet ululatus, cumque cibus illi *Lib. 8. c. 40.*

 obji-

objiceretur, illum ad os domini admovit. Deind
abjecto, canem illum adnataſſe, id ſuſtinere conatum
chi præterea Regis Canis, Durides appellatus, qu
præliis, venationibus, laboribus, periculiſque con
cerneret mortuum herum pyræ imponi, magno
cunctis ſpectantibus accenſo rogo ſe flammæ injce
tuo domino cremari voluit. Idem etiam feciſſe
Lib 8.c 13. regis canem idem Plinius teſtatur. Plura exempla
De regno & regis inſtit lib.3 tit.6 ciſcus Patricius, ad quem cupidum lectorem plu
num cognoſcendi, remitto. Huc reſpexerunt ve
ſine ratione peculiari, laribus ſuis canes adjunxere
Quæſt Roman 51. bus involutos finxere. De his ita quærit Plutarch
præſtites proprie vocant, canis præficitur: ipſi aut
ſtiuntur? An quod præſides ſunt qui præſunt; h
des eſſe oportet, & alienis formiduloſos, ſicut cane
ac lenes manſuetoſque domeſticis. Et addit ibid
tes vocantur, & ibi rationem adjicit. Non ſolum
cuſtodiam tam nocturnam, quam diurnam atten
nem, multis exemplis demonſtrari poſſet; ſed
olim & noſtro ſeculo præſertim contra Indos
dominis ſuis pro iis fuiſſe, ſupra demonſtravimu
In variis hiſtor. lib. 14.c.46. ſte Æliano, accolæ Mæandri, quum bellum Ep
li equites, commilitonem ſecum adduxerunt,
ſervum jaculatorem. Quum vero jam ad manus
tum eſſet, protuentes canes aciem hoſtium terror
placabili impetu perturbabant: Servi vero ante do
culabantur. Atque poſt canum ferociam, quæ di
quoque non obſcurum hoſtibus detrimentum inf
equites ipſi hoſtem aggrediebantur. Relatum qu
Anglico legato, Comitem Eſſeccium in ſuo exe
glicos moloſſos, cum contra rebelles Hibernos,
ciſceretur, habuiſſe, ut non tantum cuſtodes Caſtr
in hoſtes, majori ex parte nudos, irruerent, eoſque
vis deliteſcentes, latratu ſuo proderent. Eadem i
adhuc canes generoſi in finitimis munitionibus
contra inſidias Turcicas aluntur, quamvis diverſ
re. Hi enim inſtituuntur, non ut in hoſtes irrua
lacerentve, ſed ut odoratu ſuo, latentes in ſylvis in
tis, mox recurrant ad ſuos, atque latratu indicent, &

Digitized by Google

procul abeſſe. Idque inprimis Zengæ, munitione Iſtriæ, fieri, ab oculatis teſtibus cognovi. Non raro autem accidit, ut longius canes excurrentes jaculis à Turcis latentibus confodiantur. Huc ſpectarunt Ægyptii in ſuis hieroglyphicis, qui ſub forma canis, militem depinxerunt, copula religatum, ſicut Pierius Valerius notavit. Nam hoc militis officium deſignarunt. Quemadmodum enim omnia diligentiæ obſequia, cuſtodiendo, vigilando & aliis rebus indefeſſo ſtudio præſtantur à canibus: ita militem intentum ducis imperio, ſive iter arripiendum, ſive pugna ineunda ſit, ſive ubi receptui cani cœptum ad ſigna redire, eſſe oportet. Quid vero illud, quod ſi inter ſe canes rixentur, offeraturque fera æque illis inviſa, nonne facta ſtatim inter ſe pace, unanimiter in feram convertuntur? cujusmodi milites eſſe decet, qui tametſi inter ſe aliquando diſſideant, adverſus tamen communes hoſtes unanimiter præliantur. Exemplum in L. Syllæ legionibus habemus, quæ cum pernicioſa ſeditione furerent, efferatis Imperator annunciari juſſit hoſtem adeſſe, & ad arma vocantium clamorem tolli, atque ita diſcuſſa ſeditio eſt, univerſis adverſus hoſtes animum intendentibus. Verum durante diſciplina militari iſta facta ſunt: corrupta autem illa ſecus fit. Poſſem etiam exempla recentia recenſere, quod milites ſtipendia, mota ſeditione flagitantes, & neglecta, & contempta teſſera, & claſſico militari, Geldt / Geldt / pro eo ingeminantes, ab irruente hoſte potius ſe interfici & capi paſſi ſint, quam hortatu ducum remota ſeditione ad ſigna convenire, & fortiter, ut par erat, pugnare vellent. Odioſa ſane iſta ſunt, utinam non vera. Ut autem tandem hoc caput concludam, & antequam ad epitaphia Canina veniam, hujus animalis præconium ex Athenæo aſſeribam, qui naturam canis quatuor elogiis prædicat: Olfactus inquit, ſenſu animalibus cæteris præeunt, quo diſcernunt, & utilia ſibi & noxia: deinde quod cicures ac manſueti cum hominibus degunt: tum etiam, quod domum cuſtodiunt: & poſtremo, quod ſupra omnium reliquorum ingenium, eorum vitam fortiſſime tuentur, ac propugnant, à quibus bene accipiuntur. *Lib. 13.* Epitaphia canum multa extant. Inter alia ponit Cotta epitaphium Caparionis alloquentis herum ſuum Livianum, mordax ſane, & glorioſum, quaſi is canis latrans, phalangem Germanicam arbitrantem adeſſe herum ſuum, fugaverit, nec non neſcio, quæ futura, de Gallorum & barbarorum ſtrage trans ſtyga domino nunciaverit. Quod de ſingulari induſtria omiſi. Aliud autem admodum lepidum extat, in quadam villa ſuburbana prope Bononiam, tale videlicet. *In Miſcellaneis.*

Latrai a' ladri, à gli amanti tacqui:
Onde a' meſſeri & à madonna piacqui.

Digitized by Google

Quod ita vertit doctiſſimus vir & eximius Poeta N

Furem allatravi, parcens, tacitus nus amant
Sic placui domini, ſic placui dominæ.

Romæ quoque talis inſcriptio cernitur:

Longo ac fido amore probatus Domino,
Senio confectus, ſervata ſtirpe hic jaceo,
Hoc me ſepulchri honore dignatus eſt herus.

Extat quoque monumentum ibi Titæ catellæ bla
nius Theobaldæus poſuit. Nec non elegans de
Polum Cardinalem, apud M. Antonium Flamini
ibidem. Præterea librum integrum de catellis ſcr
poematibus ejus legitur.

Caput XCV.

De impudentia, turpitudine, &

CÆterum ne nimium in laudibus hujus anim
dum quoque putavi nonnulla de turpitudin
In libro Ioſeph. ſive de arcano ſermone. ſicut in ſacris literis nomen canum invenitur, ſicut
ter collectum eſt. Canis inquit, ingenio, & ſenſ
affectibus eſt immodicis præditus, amoris, libidi
atque crudelitatis, & ſævitiæ: præterea immundu
etiam putrida & immunda, atque ſalaciſſimus eti
nis ſpectaculo notatus, inter homines educatus,
ſtinet, ſanguinis etiam lingendi avidiſſimus, ſæ
Hæc adeo naturæ obſervatio effecit, ut in contem
vel prophanarum, vel alias abominandarum per
ſtendenda, Canis nomen uſurpetur. Neque ver
quoque rejiciendæ canibus deſtinantur, ut execra
ad ſancta admittitur in ſacrificium, nec ipſe parte
1.Reg.c.3. dere permittitur. Ingratum, importunum, & n
2.Reg.c 16. ficat canis, cujus officium tametſi conſtet, tamen i
caput canis ego ſum adverſus Judam hodie? exe
4.Reg.c.7. ctum ſignificat, ut: Quare maledixit canis hic mo
Eccleſ 9. gi? Et, quid enim ſum ſervus tuus canis, ut facia
Pſal.21. melior eſt canis vivus leone mortuo. Inimicum,
remque refert, ut circumdederunt me canes multi.

unicam meam. Canes aliquando prophetis, & iis, qui ex paſtoribus, populo ad cuſtodiam & conſilium adduntur, ut, canes muti non valentes latrare. Periculum imprudenter aditum, ſignificat illud proverbium, ſicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. Pro gentilibus & prophanis hominibus ac vitio deditis, & diſciplinæ contemptoribus, impuriſque animis: Quid ſancto homini ad canem? Et, Nolite ſanctum dare canibus. Et non eſt bonum, ſumere panem filiorum, & dare canibus. Et, videte canes, videte malos operarios. Et, canis reverſus ad ſuum vomitum. Et, foris canes, venefici, impudici & homicidæ. Memorabile quoque eſt, olim inſignis infamiæ indicium fuiſſe, ſi canem, vel circa caſtra, vel ad locum certum rebellis, vel aliorum criminum reus, in humeris portare coactus eſſet, de qua re talis extat deſcriptio apud Guntherum, Ritterſhuſii noſtri opera nuper correctius quam antea, editum:

Eccliſ. 3. Matth. 7. Marc. 7. Philip. 3. Apoc. 22. Lib. 5.

Quippe vetus mos eſt, uti ſi quis Rege remoto,
Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis apertæ
Turbine ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat: ante gravem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat ſi liber erit de more vetuſto,
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre:
Sin alius, ſellam cujus diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare comes cunctiſq; videndus
Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantem:
Hanc quoq; tunc alii ſimili pro crimine pœnam
Suſtinuere decem Comites totidemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo, &c.

Etſi autem amicus ille noſter in ſuis doctiſſimis Notis felem, id eſt, Catum pro ſella, nonnullos legere refert: tamen ſella, meo judicio rectius quadrat: placet itaque ipſius ratio, per ſellam, ſellularios, & ſedentarios tanquam ignavos & viles homines notatos fuiſſe, ideoque ſellam ignaviæ fuiſſe ſymbolum, ut canis contumaciæ & impudentiæ: Elegans quoque eſt ratio nobiliſſimi Chriſtophori Pflugii, ibi relata, canem à nobili portatum fuiſſe ideo, ut eum officii ſui neglecti admoneret, quod erat excubare in aula, & Regem cuſtodire ac defendere. De hac pœna, & ſumma ignominia, ſi aliquis canem, aut in conventu publico, aut curia regis, ſinu portare cogeretur, tanquam indicium læſæ majeſtatis, ſcribit quoque Georgius Fabricius, olim præceptor meus parentis loco colendus. Porro cognovi ex aliis, cum nuper in Conventu Deputatorum Imperii Spiræ, hujus pœnæ

In chronico de orig. Sax. lib. 2.

men-

mentio incideret, eamque tunc temporis, vernaculo
ren/appellatam fuiſſe. Unde autem hoc etymon ſu
poſſum, niſi forte crinium ſectio, vel tonſura, quæ c
rat, denotata fuiſſet, eaque graviori ſupplicio veluti
ſane in ſuis hieroglyphicis, adulatorem, & morda
canis imaginem oſtendere voluerunt, quorum alt
quo pronus, & alter quælibet in quemvis opprobria
Lib. 5. nica, inquit Pierius Valerius, hæc eſt interpretatio
Nam is interrogatus ab Alexandro, ob quæ facta c
titus eſſet. Quia, reſpondit, dantibus blandior, no
los etiam mordeo. Quin & conjectores, ut apud
per nocturnam quietem imaginatus ſit canem videra
jectum fore præſagiunt. Impudentiæ quoque ſymb
Pierius demonſtrat, inprimis quod apud Homer
cuſet, utpote quæ fuerit tot malorum cauſa atque au
allocuta.

δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνε ὀκρυόεσσης.

Apud eundem Agamemnon quoque accuſatus
ἔχειν. Canis enim oculum, teſte Polluce, habe
plus impudens eſt. Petulantiæ quoque ſignum i
enim qui petulantes juniores appellabantur ſub N
lyricum, canem luteum in rubra parma præfereb
bis erat lutei coloris, canis ſupernè pedibus, qu
rectis.

Poſtremo quæri poteſt, quare ex lege Pomp
parricida, præter gallum gallinaceum, viperam &
culeo inſuatur. Etſi autem non vulgares ration
1. Georg. malefico, tot animalia diverſæ naturæ, adjungan
qui cenſent, canem ideo comitem pœnæ adhibi
Lib. 1. Epig. ad Lælium. hominem oſtendat, & immundum, qui parenter
lius canes immundos appellat, & Horatius, ca
nos nominat. Unde Plutarchus ſcribit, caner
admitti fas non eſſe, nec eum inſulam attinge
miſſum, quod immundi ſint, & in propatulo & pa
In c. nuptia- lis 27 q. 1. aliorum animalium diſſimiles ſunt. Unde Di
filiorum procreationi operam dandam, non ca
ſto ordine conjugali. Non abſque ratione itaq
terſhuſius in ſuis commentariis ad locum Oppiar
ticon, canum difficiles eſſe coitus, ita ſcribit: E

in plateis non ſine pudore conſpicimus, vulgivagam venerem canum, & quanta cum difficultate coeant, placet tamen idem etiam ex Lucretii verſibus ſuavidicis cognoſcere, qui ſunt hac de re lib. 4.

Nonne vides etiam, quos mutua ſæpe voluptas
Vinxit, ut in vinclis communibus excrucientur?
In triviis quin ſæpe canes diſcedere aventes
Diverſi cupidè ſummis ex viribus tendunt,
Cum interea validis Veneris compagibus hærent,
Quod facerent nunquam, niſi mutua gaudia noſcent,
Quæ iacere in fraudem poſſent, vinctosq; tenere.

Caput XCVI.

Elephantes cornutos non dentatos eſſe, & de pietate & aliis virtutibus vix credenda, nec non de eorum ancipiti auxilio in bellis.

De animali omnium immaniſſimo & maximo Elephante, diximus ſupra non vulgaria: maximeq; recenſuimus, quam prope ad humanam rationem inter omnia bruta accedat, & utrum cornua vel dentes, ex quibus eburnea vaſa conficiuntur, ex ore prominentes habeat. Cum autem interea diligentius de hac re cogitaverim, opinio mea cornutum eſſe Elephantum ante hac dubia, nunc validioribus rationibus confirmata eſt. Non ſolum a. Plinius in prius allegato loco, huic belluæ cornua attribuit, ſed etiam alibi ſcribit, Elephantos arbore exacuere limareq; cornua, & ſaxo rhinocerotes, nec non & Jubam arma Elephantorum cornua appellaſſe, Ennius quoq; ubi dicit: *Cap. 25. prior. Cent.* *Lib. 10. c. 2.*

Atq; prius pariet locuſta Lucam bovem.

Præbuit materiam M. Terentio Varroni, de hac re diſputandi. Luca, inquit, bos, elephas, cur ita ſit dicta duobus modis inveni ſcriptum. Nam in C. Atii commentario erat à Lybiceis Lucas & in Verginii (alias Vergilii) commentario a Lucaneis Lucas, ab eo quod noſtri cum maximam quadrupedem, quam ipſi haberent, vocarent bovem, & Lucaneis Pyrrhi bello primum vidiſſent apud hoſtes elephantos, Id eſt quadrupedes cornutas, (alias cornuatas) nam quos dentes multi dicunt, ſunt cornua, Lucæ bovem appellaſſe. Si à Lybia dictæ eſſent Lucæ, pantheræ & leones non Africanæ beſtiæ dicerentur, ſed Lucæ. Si ab Lucaneis dictæ, urſi cur potius Lucani, quam Luci dicti? Quare ego arbitror potius Lucas ab Luce, quod longe relucebant, propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum erant ornatæ turres: Cornutos *Lib. 6. de lingua Lati.*

Digitized by Google

In ſuis Theoreticis, lib. 3. in theatro naturæ. eſſe Elephantes, Heresbachius præterea affirmat, ubi i
bellua veſcum, niſi promuſcis, & labra, ac cornuum m
firmat Bodinus in ſua dialogo, ubi quærit Theorus
præ cæteris belluis? cui reſpondet Myſtagogus, ſum
tem, ſummam prudentiam, ſummam vitæ diuturnita
moles interdum tanta eſt, ut æquare poſſit pondo 22c
Quia dentes non à mandibula, ſed à cerebro veluti c
ram dentium, in omnes partes flexibilia, promit. Ex
culos, arcus, & omnis generis ſuppellectilium inſtrun
fragilis & indomita dentium natura ferre non poteſt.
magnitudine ac robore proximum? M. Rhinocero
ferro duriore, ſæpius Elephantum acerrimum hoſte
phanto minor eſt. Sed de hoſtibus Elephanti antea
plura recenſebimus. Nunc vero de peculiaribus qu
tum eſt, virtutibus, non vulgaria addemus. In primis
& diſciplinæ capaces eſſe, præ cæteris brutis guberna
Rom. hiſtor. l. 39. ligere, eorumq; monitis obtemperare, conſtat ex Di
pejus in dedicatione ſui theatri, populo Romano mu
ſet, & inter cætera quinque dierum ſpacio, quingent
elephantesque octodecim cum armatis depugnaſſen
gna, partim paulo poſt mortui ſunt: Populus aliquos,
miſeratus eſt, cum vulnerati à pugna deſtitiſſent, c
proboſcidibus lamentati eſſent, ita ut ſermoni occa
id ab ipſis temere, aut caſu fieri, ſed jusjurandum, qu
ducti erant implorantibus, ſuique vindictam Deos p
haud prius eos in naves ingreſſos eſſe, quam à ducent
tum eſſet, de omni injuria. Id verum ſit necne, no
memoriæ proditum eſt, præterquam quod Elephan
cipiant, rerum quoque cœleſtium notitia eos eſſe pr
niis, antequam in conſpectum hominum veniunt,
accedere, ſeſeque luſtrare. Hucusq; Dio. Cæterum
Cap. 28. meaturos in naves non prius ſubire, quam de redit
tur, Solinus quoque notavit. Non omittenda præ
phantis, quomodo eorum auxilio Judæi morti & ſup
tus conſervati ſint. Eam ita recenſet Cedrenus: Sub
Evergetæ filio, quum populus Judæus eſſet captivu
mandavit rex ſatellitibus, ut Io. Elephantos vino Li
dæis immitterent, atque univerſos obtererent: Sed
bus, Elephanti in ipſos milites ac Ægyptios ſeſe co

per furorem multitudinem interfecerunt. Ita Judæi ſervati cum gratiarum actione in patriam dimiſſi abierunt. Hæc hiſtoria prolixè deſcribitur in libris Machabæorum. Similia exempla de leonibus parcentibus Chriſtianis, & ſævientibus in ſuos nutritores, antea recenſuimus. Mira quoque ſunt quæ ex Æliano Lipſius doctiſſimus refert, fuiſſe nimirum magiſtrum elephanti, qui adulteraret: nec contentum furtiva libidine, uxorem ſuam clam ſuſtuliſſe, & ad præſepe Elephanti ſepeliiſſe, altera illa mox inducta. Elephantum hoc ſcelus tacitum non habuiſſe, uxorem novam illuc traxiſſe, & cornibus pedibusque refodiſſe cadaver, tantùm non rebus ipſis mulieri inclamantem, cui & quomodo innupſiſſet. Nec minus mira ſunt, quæ ibidem Lipſius ex Acoſta & aliis autoribus recenſet: Tribuitur enim Elephantis imperiorum obedientia, memoria, gloriæ cupiditas, probitas, prudentia, religio, & alia vix credenda, quæ tamen ſingula memorabilibus hiſtoriis & exemplis comprobantur, ad quæ ſtudioſum lectorem, vitans tædioſam prolixitatem, remitto. Etſi autem Aſiatici & Afri olim plerunque Elephantis domitis, & aſſuetis in dorſo turres, & in iis jaculatores & ſagittarios, veluti ex caſtellis pugnantes, & tela in hoſtes ex alto mittentes geſtare, in præliis uſi ſunt, in iisque ad propellendam & diſſipandam aciem, ac proterendos hoſtes, maximam partem victoriæ, ob immane robur & impetum hujus belluæ irritatæ collocare ſolebant; tamen Romani tanquam egregii & circumſpecti Imperatores, raro, & quidem ſero, vel nunquam, in acie prælio ve, elephantos adhibere conſuevere. Non ignorabant enim, anceps in his belluis eſſe auxilium, easque plerunque plus damno, quam uſui eſſe. Id ſane poſſet demonſtrari pluribus hiſtoriis, ſed unicam tantum, eamque memorabilem ex Appiano Alexandrino recenſebo. Nobelion enim Dux Romanus (in Græco Νωβελίων vocatur) pugnaturus cum Segedenſibus, & Aruadeis, cum trecentos equites, cum decem Elephantis à Maſaniſſa miſſis, accepiſſet, iisque auxiliaribus copiis aſſumptis, in hoſtem aciem dum promovet, belluasque poſt principia, ne conſpici ab hoſtibus poſſent, locat: Commiſſo prælio, quum ſe acies diduxiſſet, belluæ ex improviſo conſpectæ, tantum terroris injecerunt, cum Celtiberis, tum eorum equis, qui antea elephantos nullos viderant, ut terga vertentes, Numantium fugerent. Fugientibus inſtans Romanus Imperator mœnibus Elephantos admovet. Ibi acriter pugnatum, quoad Elephas ingenti ſaxo in caput adacto, ſauciatus iras concepit, & immani clamore edito, in ſuos converſus, ſine diſcrimine amicus an hoſtis eſſet, in obvium quemque ſævire cœpit. Reliqui ad ejus vocem turbati, eadem & ipſi facere, paſſimque Romanos proterere, disjicere & ruere.

Lib. 2. Cap. 24. prior. Cent. Epiſt. 50. Cent.

De bello Hiſpanico.

Cæterum ſolent elephantes, quum turbati ſunt, omnes pro hoſtibus habere, ac propter hanc perfidiam à nonnullis, communes hoſtes vocantur.

tur. Fuga inde Romanorum effuſa fieri cœpta eſt;
Numantini, eruptione facta, in palatos illati, ac inſec
dant, elephantis tribus, multis armis, ſignisque capti
Lib. 7. memoria in India orientali ſimilia accidêre, cum Al
gis Luſitani, Malacenſium Regem oppugnaret. Is en
dine ſuorum urbem cum fortiter defendiſſet, prælii
ſitanis iniit, quod ita Oſorius deſcribit; Rex Caſtel
gens tergo ſuſtinebat, cum aliquot è ſuis domeſticis
lephanti ſimiliter inſtrati, & armati ſequebantur. T
decidebant. Elephanti enſes dentibus alligatos geſt
in noſtros irruebant, ut anteſignani pellerentur. Fer
cius Lemius, & Vaſcus Fernandus Contignus, mini
ſtunt. Cum uterque eorum in oppoſita viæ latera,
violenter inferebat, conceſſiſſet, aditum ei liberum r
deinde latera illius, haſtis profodiunt. Belua quamvis
ſit immanis & efferata, eſt tamen doloris impatiens
vulnere ſauciata convertitur. Itaque cum elephantu
tere fuiſſet, rectorem qui illi inſidebat, proboſcide
Exanimari deinde (ſanguis enim illi utrinque prof
Rex ex metu confeſtim deſiluit. Elephantus in ſuos
elephantorum aciem perturbavit. Omnes exterriti
que rurſus ullis rectorum monitis, aut minis in præl
Lib. 12. Idem author ita deſcribit aliud prælium, quod cum Z
Luſitanorum duce, geſtum eſt. In agmine primo p
numerum, erant equites centum, & quinquaginta, &
quinque & viginti. Aliqui eorum dentibus enſes a
bus admirabili dexteritate obvios cædebant. Quida
tudine territi, & elephantorum metu perturbati, ced
tius jam munitionibus poſt tergum relictis, in urbem
autem qui ferreis fiſtulis armati erant, imperavit, u
plumbeas in elephantos emitterent. Elephanti no
multo etiam magis vulneribus exterriti fugiunt, in
impetu immani preterunt, peditum aciem pro
fuſam fugam conjiciunt.

Digitized by Google

Caput XCVII.

Quo tempore Elephanti in Italia & aliis locis in deſuetudinem venere: & de hoſtibus eorum.

NOn fruſtra antea de Elephanti virtutibus & aliis laudibus plura congeſſimus, ita ut amplius obſcurum non ſit, hoc tam vaſtum animal proxime accedere ad rationem quandam, ſed ad talem, qualem veteres animalibus brutis, cum diſtinctione quadam, attribuerunt. Ratio quidem, inquit Porphyrius, naturaliter ineſt; ratio vero recta perfectaque ex meditatione fit atque doctrina. Quapropter rationalis quidem facultatis participatio quædam omnibus competit animalibus. Rectitudinem vero ſapientiamque neque hominem quidem, adeptum reperire licet, & quemadmodum differentia viſus ipſius eſt ad viſum, volatusque ad volatum. Non enim ſimiliter cernunt aſtures atque cicadæ, neque aquilæ ſimiliter volant, atque perdices: ſic neque rationale quodlibet æque particeps eſt acuminis & aſtutiæ. Cæterum quo pacto iſtud terribile animal in uſu & terrore eſſe deſiit, Petrarcha ita docet: Fuerunt, inquit, olim in Italia Elephantes, non venatu quæſiti quidem, ſed ab hoſtibus capti, & in triumpho ducti, quique prima fronte terruerant equos Italos, victores in Capitolium ſecuti; erepti autem Pyrrho, Carthaginenſibus vero non erepti tantum, ſed etiam interdicti. Sic enim in conditionibus pacis, quam victi petierant, nominatim cautum, & quos haberent domitos, traderent, & alios non domarent; ita ſenſim obſolevit uſus elephantum non ſolum in Italia, ubi longe advenæ vique advecti erant; ſed in Africa etiam & Ægypto, quæ illorum ſunt viciniores origini. Itaque & in Italia, avorum memoria unicum Federico Romanorum Principi fuiſſe, & nunc Ægypti tyranno non niſi unicum eſſe, fama eſt; Utrumque vero ad ſpectaculum potius, quam ad uſum. Sic in India atque Æthiopia exterarum tædio gentium liberati, ſylvas patrias incolunt elephantes. Tu quis es, qui Elephante gloriari videris, alterne Annibal? qui uno vectus Elephante, unoque fretus oculo, Italiam fatigavit. Ego hanc belluam, etſi humani æmulam intellectus, ab authoribus proditam, & moribus miris inſignem, habendo tamen inutilem & ineptam, & regiæ potius luxuriæ, quam privatæ fortunæ habilem dico, quæ domum impleat, horreum exhauriat. Etſi autem Petrarcha vera ſcripſit de deſuetudine (neque ipſius ætate Luſitani & Hiſpani ad Indos Orientales penetrarunt) Elephantorum in noſtris Europæis partibus, tamen in Aſiæ & Africæ locis, in quibus fulminatrices machinæ, nondum in uſu ſunt, eorum frequens adhuc in bello & ad pompam uſus eſt. Inprimis autem

Lib. 3. Quod animæ ſenſuales ſint.

Dialog. 60.

Digitized by Google

tem in candidis, divini aliquid latere exiſtimant. Ii rariſſimè inveniuntur, ita ut Reges nonnulli Narſingæ diu ob unum candidum Elephantum acerrima bella geſſerint. Et ſcribunt peregrinatores, reperiri Indos Reges in mediterraneis locis, qui aliquot millia Elephantorum domitorum alant. Ferunt quoque, Imperatorem Abyſſinorum in Africa ſemper ultra quingentos elephantos ad bellum domitos alere. Ii autem, qui in regno Seilonio degunt, cæteris generoſiores & fortiores eſſe perhibentur, ita ut reliqui aliunde advecti, hos tanquam nobiliores venerentur, & iis loco cedant. Fuit ſane Luſitanis illis in locis cum Elephantis inter hoſtiles turmas admixtis ſæpenumero magna contentio, ita ut aliquoties clades ab illis non leves acciperent: Inprimis autem infeliciter evenit Luſitanis in pugna cum Rege Dachenſi, Inſulæ Zamatræ, in qua multi generoſi viri, unà cum Duce eorum Georgio Brittio occubuere, ſicut nomina eorum ab Oſorio recenſentur. Caſpar vero Fernandus, inquit, vir egregie fortis, cum in Elephantum, ut eum haſta transverberaret, impetum faceret, ab Elephanto proboſcide in altum ſublatus, atque ad terram alliſus, & pedibus ipſius elephanti conculcatus interiit.

Lib. 12.

De venat. lib. 2.

Cæterum ut ad hoſtes hujus immanis belluæ (cujus Oppianus magnitudinem tantam eſſe dicit, quantam nunquam in terra alia fera geſtat) veniamus. Ii ſunt aut per ſe ſimplices, deſpecti & imbecilles: aut validi, potentes & callidi. Priores ſunt, formica & mus, quos Elephantus naturali antipathia maxime averſatur & horret: grunnitus quoque ſuum terrorem illi incutere ſolet: poſteriores vero ſunt Rhinoceros & Draco. De his, quum videlicet majus periculum, tanquam à validioribus & verſutioribus illi immineat, nonnulla dicemus. Rhinocerotem antea deſcripſimus, & quam internecinum diſſidium ac odium inter has duas belluas ſit. Conſtat autem, experientia nos docente, Rhinocerotem, licet longitudine Elephanto pene par ſit, cruribus tamen multo brevioribus, natura armis offenſivis & defenſivis eſſe robuſtiſſimam belluam, ſicut in ſpectaculis Romanis apparuit, inprimis autem in Domitiani nummis ejus forma impreſſa conſpicitur, eo quod in theatrum populo Romano cara induxit, de qua re Valerius Martialis:

Cap. 21. prior. tom.

Præſtitit exhibitus tota tibi Cæſar arena,
Quæ non promiſit prælia Rhinoceros:
O quam terribiles exarſit pronus in iras,
Quantus erat cornu cui pila, taurus erat!

Et alibi:

Sollicitant pavidi dum Rhinocerota magiſtri,
Seq; diu magnæ colligit ira feræ:

Namq;

Namq́; gravem gemino cornu ſic extulit urſum,
Iactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.

Rhinocerotes autem omnes mares eſſe, Oppianus ſcribit, nec unquam fœminam conſpici, ideoque fatetur, ſe ignorare, unde oriantur. Vincit vero potiſſimum arte ſuum hoſtem, dum ſe prius cornu ad ſaxa limato, ut ait Plinius, pugnæ præparat, & in dimicatione alvum maxime petit, quam eſſe molliorem intelligit, eaque perfoſſa, ſi proboſcidis vim eam ſubito ſtrangulantem, vitaverit, actutum ſuperat. Nunquam autem hæc bellua victa ex illo duello revertitur: aut enim vincit ſuum hoſtem, aut ab eo ſtrangulata, occumbit. Unde Martialis: *Lib. 2. de venat.*

Rhinoceros nunquam victus ab hoſte redit.

Certamen vel duellum harum duarum belluarum vidit Damianus à Goes, quod ita deſcribit: Elephantes quinque vel ſex, tempore felicis Regis Emanuelis, ex India Orientali allati ſunt, quorum, dum puer ipſius prudentiſſimi Regis ab intimis cubiculis eſſem, tres ſimul vidi, atque Rhinocerotem unum, qui omnes Regem ipſum equitantem præcedebant. Certamini etiam unius iſtorum Elephantum cum Rhinocerote, interfui: ſpectaculum ſane admiratione dignum, in quo elephas ſuccubuit, quem ludum Rex ipſe feliciſſimus Emanuel Vlyſſipone præbuit, Anno cIↄ. ccccc. xv. vel ſi ſtricte memini cIↄ. ccccc. xvi. Hujus pugnæ Munſterus quoque mentionem facit. De Rhinocerote autem memoratu digna Jovius & alia quoque, frater meus Dn. Joachimus in ſuis Symbolis, cum icone exquiſita hujus belluæ tranſtulit. Monſtratur quoque cornu hujus animantis, quod in naſo unicum habet, in gazophylaceo Sereniſſimi Ducis Bavariæ, Monaci, & affirmatur ei non minus contra venena præſentiſſimam efficaciam ineſſe, ac in cornu monocerotis, quod tam in magno pretio habetur, licet clariſſimus, & trium Imperatorum Medicus D. Johannes Crato, cornu cervinum, præſertim quod prima vice, junioribus cervis, quos nos Spißhirſchen nominamus, abſque internodiis vel ramis erumpit, ſalubriorem vim habere contra toxica pellenda, & ad cordis confirmationem, in duplici tamen quantitate datum, ſeque id ſæpius in medicinis expertum eſſe affirmare ſolitus ſit. Sed veniamus ad alterum hoſtem elephantinum magis ſubdolum, & internecivum, ad Draconem videlicet. Horum pugnam deſcribit & depingit frater meus D. Joachimus in ſuis Symbolis, & verſus ſequentes ex Sambuco addit: *In encomio Hiſpaniæ.* *In Coſmogr. lib. 3.* *Parte 2. ſymbol. 9.*

Qui victor ſentit cum victo ſe periturum,
Ambitione magis quam ratione tumet.
Quid mihi profuerit vinctus qui mutua collo
Vincula molitur, me interimatq́; cadens?

Sic

Sic elephas ſtratus complexibus uſq; draconis,
Conterit harentem mole, ruensq; necat.
Ille mihi tandem pretium meritumq; triumphus
Pendit, qui factum non nece, laude beat.
Interdum cauſa melius ceßiſſe videmur,
Dum mors vindictam leniat, aut moveat,
Sed tamen à ſummo vinci, victoria quadam eſt,
Conditio ſervi corrigitur domino.

Ini. ſeptimana ſexti diei.

Sunt certe hiſtorici in hoc concordes, tantæ magnitudinis in Æthiopia dracones reperiri, ut & elephantos facile circumflexu ambiant, nexuque nodo perſtringant. Hoc facto præſentiſſimam mortem hæc bellua à ſuo hoſte experitur, neque ulla ſpes evadendi adeſt. Verum hoc pathetice ita deſcribit elegantiſſimis rhythmis Gallicis Bartaſius, & diverſum, mihique plane novum & antea incognitum modum & verſutiam draconis interficiendi elephantum per nares indicat, dignis ut adſcribantur:

Mais l'eſca ille Dragon, ne pouuant ſans eſchelle
Attaquer l'elephant; ſe met en ſentinelle
Sur un arbre touffu, & preſque tous les jours
Guette deſſus ce pas l'animal porte tours
Qui n'approche ſi toſt, que d'embuſche il ne ſorte,
De ſon corps renove, ſanglant de telle ſorte
Le corps de l'elephant, que l'elephant ne peut
Branslant, ſe depeſtrer des plus d'un ſi fort naud;
Ains comme en deſeſpoir, d'un pas viſte il s'aproche
Ou d'une tige noveux, ou, d'une ferme roche
Pour contr'eux eſcacher oil d'ont l'embraſſement.
Deſia preſque lè traine au dernier ſouffleinent
A ce coup le Dragon promptement ſe deslace
Du corps d'Elephant. gliſſe en bas & r'enlace
De tant de nauds eſtroits, ſes iambes de devant,
Qu'il ne peut, entrauè, ſe porter plus auant.
Tandis que l'Elephant, tache en vain à deſſayre
De ſon muſle ces nauds, l'impiteux adverſaire
Met le nex dans ſon nez: & fourrant plus avant
Son effroyable chef, lui cloſt les huis du vent,
Mais quoy? bien toſt il perd le fruict do ſa victoire.
D'autant que tout ſoudain la beſte aux dents d'yuoire
Tombe morte, & tombant rompt de ſon poids le corps,
Qui la mangè dedans & la preßè dehors.

Huc

Huc ſpectat monitio Eccleſiaſtici, ut tanquam à facie colubri fugiamus peccatum; qui locus à piis viris myſtica interpretatione, ex natura draconis, ita explicatur: Coluber habet caput, corpus & caudam; aſtute caput immittit, quo admiſſo, totus ſtatim illabitur. Lubricus nimirum eſt ſerpens antiquus, & niſi capite teneatur, ſtatim totus illabitur. Per caput intellige mali ſuggeſtionem: per corpus delectationem: per caudam conſummationem. At beatus, qui ſtatim, ut oboriuntur cogitationes malæ, eas allidit ad petram, id eſt Chriſtum. Non diſſimiles cogitationes de natura draconis Beatus Auguſtinus habuit: Conculcabis, inquit, leonem & draconem: Leo ſævit apertè: Draco occulte inſidiatur. Utramque vim & poteſtatem habet Diabolus; quando martyres occidebantur, leo erat ſæviens; quando hæretici inſidiantur, draco eſt ſurrepens. *Cap 11.* *In Pſal. 96*

Mirum autem non eſt, Draconem omnium maximam belluam viribus & aſtutam dextrè opprimere poſſe, cum ſi non proceritate, attamen longitudine eam longe vincat; Quinetiam Maximus Tyrius tradit, apud Indos Alexandri tempore Draconem fuiſſe quinque jugerum magnitudine, cui boves & oves in cibum Indi miniſtrarint. Et trita eſt hiſtoria apud Livium, de ſerpente, cum quo Regulus, veluti cum hoſte, acie conflixit vixque machinis, quæ ingentes lapides ejaculabantur, non abſque ſtrage militum, dorſum ejus confractum & occiſum eſſe, cujus ſupra cap. 58. quoque mentio facta prolixior eſt. Unde inter ſerpentum genera Dracones ii vocantur, qui corpore ſunt immaniore, vaſtioreque magnitudine, de quibus proverbium, cujus varius uſus eſt:

ὄφις, εἰ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

Anguis, niſi anguem comedat, non fiet draco.

Mira autem res, quod feræ, præſertim non carnivoræ, plerunque gregatim paſcantur, & pacate inter ſe vivant, conſuetudineque mutua delectentur, imo ſi cicures quoque vim metuunt, concurrunt, & eam collatis viribus propellunt, ut in vaccis & porcis contra canes allatrantes videre licet, ſed tamen vel vulneratæ, vel læſæ, raro ſibiipſis opitulantur. Sic Elephanti, ſi conjunctim vel contra Rhinocerotes vel Dracones pugnarent, aliusque alium in periculis juvaret, facile vim & dolum eorum depellere poſſent. Sed licet proxime hæc bellua ad rationis facultatem accedat, tamen auxilium mutuum natura illi negavit. Hoc innuere voluit Plutarchus, extendens etiam ad carnivoras feras, ubi ita dicit: Atqui nullum novimus animal, quod alii ſui generis audeat opem ferre: non urſam, non aprum, non leænam, non pantheram: ſed conveniunt quidem in theatris, quæ ejusdem ſunt naturæ, inque orbem circumeunt: alteri vero alterum ſubvenire, neque novit, neque curat, ſed ab eo vulnerato, aut moriente quam longiſſimè fugit atque deſiit. Narratio au- *De ſolertia animal.*

Digitized by Google

tem de Elephantis, qui in foſſam delapſum congeſta materia educant, nimis quam abſurda eſt, & aliena; tanquam è regio edicto jubens nos libris Jubæ credere: quod ſi vera eſt, oſtendit multa marina animalia, ſocietatis ſtudio prudentiaque nihil concedere terreſtrium ſapientiſſimo. Hucusque Plutarchus. Hæc in feris animalibus evenire, apparet quoque in cervorum venatione: Quando enim ii agminatim canes & venatores fugiunt, & ex latebris vel tuguriis temporariis ex foliis & ramis conſtructis, (noſtri venatores Schirm vocant) unus vel plures telis vulnerantur, læſi mox alios deſerunt, & relictis reliquis alio diffugiunt. Disjunctionem autem illam ferarum, ne in auxilium mutuum accurrant, non ſolum ad ſecuritatem hominum, ut tutiores à feris, ſeipſas in periculo deſerentibus ſint, Deus author naturæ conſtituit, ſed etiam homines doceantur ad ſalutem & incolumitatem eorum ordinatum eſſe, ut non tam ſe mutuo ament, quam in periculis defendant. Quod in ſociis vel cohabitationis, vel itineris potiſſimum locum habet: unde dicit Cicero: In rebus minimis ſocium fallere turpiſſimum eſt, propterea quod auxilium ſibi ſe putat adjunxiſſe, qui cum altero rem communicarit. Idem: Socii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt; Hoc etiam locum habet in conſortibus, ſiquidem uni facta injuria, cenſetur facta toti conſortio. Hinc in jure feudali quoque conſtitutum eſt, vaſallum tenere dominum defendere: quod ſi non facit, eum feudum amittere. Hæcque defenſio etiam extenditur ad patrem domini feudi. Eodem modo tam favorabilis defenſio habetur, ut extraneus etiam teneatur defendere ignotum. Sed hæc materia late tractatur *in tot. tit. ad Senatusconſult. Syllan.* & ibi à DD. maximeque Johanne Igneo: quæ omnia diligenter ſimul congeſſit Petrus à Placa *in epit. Delictorum.* Defenſionem autem pro alio in periculo conſtituto licitam eſſe, ordinatum quoque eſt in pragmatica ſanctione Carolina, de maleficiis. Quo etiam reſpexit D. Ambroſius, ubi dicit: Qui non depellit injuriam à ſocio, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille, qui facit.

Pro Roſcio Amerino. In act. in Verrem.

Lib 1. c. 28. n. 28. cum ſeqq. Tit. 150.

Lib. 1. de offic.

Caput XCVIII.

De taurorum noſtratium irritatorum viribus ac ferocia; nec non de bubalis nonnulla.

Taurus, & bos, ſicut admodum utile, & domeſticum, neque nocuum animal, per ſe eſt, ita irritatum ferociam & vires ſuas immenſas, quas alioquin ignorat, non abſque periculo hominum & ferarum oſtendere ſolet. Com-

Compertum hoc eſt ſæpenumero, in pugna taurorum in Italia, Hiſpania, & alibi, quem ludum, licet is ferias, & non raro funeſtas res contineat *caccia di tori*, Itali nominant. Vix enim abſque ſanguinis humani effuſione finitur. Irritantur autem tauri, boves, & bubali, ſicut quoque Elephanti potiſſimum rubro colore, quemadmodum antea quoque demonſtravimus. Id quoque Franciſcus Valeſius obſervavit, ubi ſcribit, pugnaces feras intuitu rerum rubrarum irritari. Nam & in Hiſpania, inquit, qui tauros agitant, rubris tunicis induti, in forum proſilire conſueverunt, quaſi ita illos magis irritaturi. Senecæ quoque locus, & ſimilitudo ex naturalibus rebus ſumpta, memorabilis eſt: Taurum, inquit, color rubicundus excitat; ad umbram aſpis exurgit; urſos leonesque mappa proritat: Omnia quæ natura fera ac rabida ſunt, conſternantur ad minima: idem inquietis & ſtolidis animis evenit. Prudenter itaq; Ulpianus Juriſconſultus ita reſpondit: Cum eo, qui pannum rubrum oſtendit, fugavitque pecus, ut in fures incideret, ſiquidem dolo malo fecit, furti actio eſt: ſed etſi non furti faciendi cauſa hoc fecit, non debet impunitus eſſe luſus tam pernicioſus, &c. De vi autem & robore belluino taurorum irritatorum in priori libro nonnulla memorabilia exempla vetera & recentia recenſuimus: Quibus nunc addere alia quoque viſum fuit. Hannibalis ſtratagema, quo Fab. Maximum ex loco opportuno & munito, quem ad prohibendum tranſitum hoſtis in anguſtias redactum inſederat, depulit: Paradinus quoque in ſua ſymbola heroica cum hac inſcriptione, TERROR ET ERROR, tranſtulit. Simili quoque aſtu paulo ante uſi ſunt Hiſpanorum Reguli, ſicut Appianus Alexandrinus recenſet, contra Amilcarem, cognomento Barcham, quem facta conſpiratione hoc pacto obtruncarunt. Junctis ad plauſtra lignis onuſta bobus armati ipſi pone ſequebantur. Quo intuitu Aphri ſtatim, ceu qui vafrum & audax conſilium non caperent, in riſum proruperunt: ſed ubi ad manus ventum eſt, Hiſpani ſuccenſis carris, boves in hoſtes impulerunt, ac longe lateque ſparſo incendio, quum boves hinc illuc ferrentur, perturbatis Aphris, eorumque acie disjecta irruentes Hiſpani, & ipſum Barcham, & plures alios auxilio venientes, ceciderunt. Fuit autem hic Amilcar vel Barchas pater Annibalis, & ſocer Aſdrubalis, qui à ſervo, cujus herum occiderat, in venatione obtruncatus fuit. Ideoque procul dubio Annibal, qui ab ineunte ætate, cum patre & affine, utroque Imperatore exercitus Pœnorum, in militia educatus fuerat, memor hujus ſtratagematis, quo pater in Hiſpania occubuit, eodem ad Fabium Maximum, tam charum & cautum Ducem decipiendum, tam feliciter uſus eſt. Non diſſimilis conatus ante triennium plane diverſum eventum ſortitus eſt. Cum enim Tartari Præcopitæ partim conducti ſtipendio, partim perſuaſi à Turcis, ut propemodum innumerabilis

Cap. 15. prior cent. De ſacra Philoſoph cap. 81.

Lib 3. c 30

In l. furti 5. cum eo de furtu

Cap. 15.

De bello Hiſpanico.

bilis multitudo eorum, ſuis copiis fame, ferro, aliiſque calamitatibus admodum attritis in Hungaria, ſubſidio venirent, facta illis ſpe, ſe in regionem latiſſimam atque paſcuis, aliiſque rebus fertiliſſimam, collocatum iri, illiſque per anguſtias montium & clauſtra in finibus Poloniæ & Podoliæ tranſeundum eſſet, quæ à Polonis munita, milite & tormentis idoneis in locis obtinebantur, aſtu, quoniam vi perrumpere nequirent, tranſitum ſibi patefacere hoc modo conati ſunt. Præmiſerunt, ſeu coëgerunt potius in illas anguſtias copioſa armenta taurorum & boum, ſperantes, eorum impetum Polonos minime ferre, ſeque hiſce veluti viæ ſtatoribus illis turbatis vel disjectis, ferocia eorum impedimenta facilius ſuperare, patefactoque aditu ea ſuperare poſſe. Sed aliter accidit. Etenim in hæc armenta vi in anguſtias coacta, præſidiarii emiſerunt globos majorum tormentorum, quorum fragore & bombis globuliſque præſertim inter montes repercuſſu tonitruis ſimilibus, ita conſternati ſunt, ut iis irritati, retro converſi in cogentium Tartarorum agmina, veſtigia eorum pone ſequentia, viribus & mole ſua partim contriverint, partim diſſiparint. Etſi autem ab hoc primo conatu depulſi retrocedere coacti ſunt: tamen ſuperatis alibi ex improviſo propemodum inacceſſis rupibus, in Hungariam irruperunt, ſeſeque Turcicis copiis conjunxerunt, multumque damni in excurſionibus & prœliis miſeris Chriſtianis ſua crudelitate belluina dederunt. Hi Tartari, Europæi (ut paulisper à propoſita materia divertam) peculiari appellatione Præcopii nominantur à voce Præcop, ſignificante foſſam. Quippe ductis in Iſthmo à mari ad mare foſſis, à continenti Tauricam Cherſoneſum veluti abſcindere conati ſunt. Qui nunc Præcopiis imperat Chan, ad comitia Polonicorum ordinum, creando Rege poſt obitum Steph. Battorii regis indicta, ſuos & ipſe legatos miſit, qui regnum ſuo nomine ambirent. His in mandatis dederat, primum uti potentiam ſuam Polonis oſtenderent, qui myriades aliquot equitum è terris ſuis poſſet ad Poloniæ defenſionem educere. Deinde proponi juſſit, frugalem habituros regem, qui ſpretis aliis ſumptuoſis epulis, ad ſedandam famem, duntaxat equinam æqui bonique faciat. Quod denique religionem attineret, Pontifex, inquit, tuus Pontifex meus, Lutherus tuus, Lutherus meus eſto. Quæ legatio magno cum riſu fuit excepta. Eadem profanitate olim Slavi fuerunt imbuti. Cum enim Dux Saxoniæ ad ſuſcipienda ſacra eos hortaretur, Nicolaus Regulus Obotritarum illi reſpondit: Sit Deus qui in cœlis eſt, Deus tuus; eſto tu Deus noſter, & ſufficit nobis: Excole tu illum, porro nos te excolemus, ſicut in Chronico Slavorum notatur.

Leunclavius in pand. Turc. cap. 190.

Ut autem ad tauros & boves noſtros revertamur, recenſuimus antea ex Glyca, quod tauri licet irritati, & ferocientes rubro colore, aliaque re alligati

In priori libro c. 25.

ad

ad ficum, miteſcant. Sumpſit is forte hoc ex Plutarcho, ſcribente taurum ſcilicet etiam ferociſſimum, ficui alligatum quieſcere, tactumque admittere, & omnino ferociam, quaſi elangueſcentem, deponere. Ibique rationem quare hanc vim iſta arbor habeat, recenſet. Idipſum & plura prodigioſa de ficus naturæ mirabilibus, refert quoque Johannes Baptiſta Porta in ſua Villa. Cæterum cum etiam à me antea Bubalorum vel Bufalorum, deq; eorum ſævitia & immanitate mentio facta, dubitatumque ſit utrum hoc animal veteribus cognitum fuerit, nec ne, incidi forte interea in locum Flavii Joſephi: ubi quotidianos ſumptus menſæ regiæ Salomonis enumerat, atq; hos bubalos inter feras, una cum cervis refert. Horum quoque Amos Propheta mentionem facit: Nunquid, inquit, currere queunt, in petris equi, aut arari poteſt in bubalis? Ibi notat Bened. Arias Montanus, ſtupidius quam bovi bubalo ingenium eſſe, & indocilius. Hanc feram vel animal Heresbachius ita deſcribit: Bubali, quos vulgus Buffalos vocat, Plinius Biſontes eſſe contendit, in Italia, maxime ultra Apenninum frequentes, è ferarum atque ſylveſtrium genere, ob feritatem annulo ferreo per nares trajecto tractantur, colore nigro, corpore vaſto, cruribus compactis, robuſtis ac brevibus, ſi reliquorum membrorum proportionem contempleris, cornibus magnis & vallicoſis nigriſque plus minutis, cauda exigua, plauſtris trahendis aliiſque operibus perinde atque boum, illic uſus. E lacte ejus animalis caſei conficiuntur, qui Romæ & aliis locis in precio. Hos maximi cibi eſſe ſcribit Columella, & qui difficilime tranſeant ſumpti, &c. Vera eſſe hæc de caſeo, ipſe cum meis ſodalibus in itinere Neapolitano, cum nauſea, expertus ſum. In omnibus enim diverſoriis, non ſolum caſei, ſed etiam caro Bubalina, inſuetis duræ concoctionis, & dulcore ſuo inſipida, apponebantur. Poſtremo in laudem Taurorum addere volui, naturalium rerum peritos obſervaſſe, licet hoc animal in libidinem admodum concitatum & furens ſit, non tamen ſæpius quam bis in die inſcendere: à conceptu vero ipſius vaccæ, modeſtum, caſtumque nihil ulterius tentare, ideoq; taurus in hieroglyphicis Ægyptiorum, temperantiæ & continentiæ ſymbolum fuit. Monent itaque libidinoſos, ut ab hoc bruto exemplum ſumant, & in conjugio, alienos amores non ſectentur. Recte itaq; prædicatur continentia Druſi, qui ſe uxori quamdiu in expeditione Germanica fuit, cōſervavit. Eodem modo ferunt Peſcenninum Nigrum ignarum rei Venereæ fuiſſe, niſi quantum procreandis liberis impenderetur. Zenobiæ quoque reginæ hæc continentiæ laus attribuitur, cum ſemel concubuiſſet, expectatis menſtruis, ſe continere ſolitam, ſi prægnans eſſet: ſin minus quærendis liberis marito poteſtatem conceſſiſſe: Quod non immerito etiam Jo. Ludo. Vives extollit in libris de officio Chriſtianæ fœminæ. Præterea inter alias eximias virtutes, quibus Beliſarius ex-

Sympoſiacon lib. 6. q.

Lib. 5. c. 16.

Lib. 8. antiq. Iudæor. c. 2.

Cap. 6.

In lib. de arcano ſermo.

Lib. 3 de re ruſtica.

celluit, non poſtrema ei tribuitur, quod eo nemo caſtior & continentior fuerit, qui præter uxorem Antoniam, nullam attigerit, atque ex Vandalis & Gothis, cum multas præſtanti forma cepiſſet, nullam tamen earum, vel in conſpectum ſuum venire paſſus ſit. Pium itaque eſt præceptum Divi Auguſtini, Si ducturi eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris. Quales vultis eas ad vos venire, tales debent ipſæ vos invenire.

De verbo Domini tract. 47.

Caput XCIX.

De Tauris & bobus efferis Arelatenſibus & Provincialibus, ſingularia, nec non de lucta cum eis.

De laudib. Provinc. l. 2.

PEtrus Quinqueranus Bellojocanus Epiſcopus Senecenſis multa memoratu digna in laudibus ſuæ Patriæ, inter alia ſcribit: Quid totam Provinciam dictis commovere opus, cum Inſula Arelatenſis agri plus quatuor millibus equarum alat; bovini vero pecoris millibus item non minus ſexdecim? quam copiam ego ſat ſcio alibi totis provinciis, iiſdemque cultiſſimis deſiderari. Ingens numerus, ferocia par, leviter irritati hominem perſequuntur acerrime, promta ſalus equiti, ſi haſtile aut certandi animus minus præſens ſit, præcipiti fuga elabi, pediti, niſi forte ſuperſint audacia viresque repellendi, ſtratum ſubito humi corpus. Neque enim impetus, aut inſignis violentia niſi adverſus ſtantia. Sunt qui dicant eandem ipſis eſſe cum urſis naturam, nimirum non ſæviendi in cadavera, quodque ſi quis anhelitum tantiſper inhibeat, dum furens animans proſtratum corpus olfacit, abiturum innoxium. Cæterum nos frequentiſſimo experimento vidimus, eorum multos cum jacentia corpora, pronoque incubitu pertinaciter ſolo hærentia, cornu conſequi non poſſent, pedumque frontiſque ictibus contudiſſe. Nec ambigo quin qui jacebat ſpiritum cupidiſſime comprimeret, nimirum vulgatiſſimo remedio, & vel in ea neceſſitate unico. Major & alia animanti pervicacia. Nam cum expaſſum corpus ultro citroque promuſcide nequicquam allevando deferbuit, recedens decem, aut quindecim paſſuum intervallo, nequitia aut ferociendi ſatietate ambiguum, herbulas circumeundo depaſcit: torvo infenſoque oculo jacentem hominem obſervans, & veluti collimans: quem ſi moveri percipit, ſubito invadit, pedibusve proculcans & genu ſuper incumbens, ſolenni coſtarum ruptura male multat: tamdiu procacitatem acerbiſſimi victoris qui jacet, cogitur pati, dum quis cum celeri equo ſuperveniat, qui belluam partim inſequendo inde advehat, niſi tamen aut ſpes arboris omnino proximæ celeriter conſcendendæ, aut prægrandis ſiccaque foſſa, proritante proclivi illapſu, animum ad audaciam ſuſciti conatus impellat; Et paulo poſt,

Fero-

Digitized by Google

Ferociſſima cum incanduit bos fœmina, roborisq; inopiam praviſſima calliditate reſarcit, fugit tota vi, indulgenteque habenis avido ſequendi equite,& prætervertendi certamine præcipiti, repente converſa fronte, equi ilia invadit,cui niſi celeri haſtilis obtentu occurſum ſit,communi ruina,equum,equitemq; ſolo affligit,moribundum quidem illum,hunc vero periculi expertem: nam tauri nulla vi,nullo ingenio ab equitibus tractari poſſunt,à peditibus facilius,& periculoſius, nec hos infeſtare omnino mos eſt,niſi oſtentandæ virtutis gratia. At vero non invenuſtæ voluptatis eſt, præferocem juvencum, cum pari contumacia equitem concertantem videre:dumq; illi aratrum & aculei ante oculos obverſantur, huic grave eſt eum quem in hoc aluit uſibus ſuis non inſervire, incurrendi pervicacia, ad eam laſſitudinem deveniunt, ut nec vir manibus uti nec equus gyro, nec bos impetu prævalere ſed fluxo irritoq; obnixu, lædendi vim ipſo tantum conatu teſtari, noxam magis moliantur quam pariant. Pergit autem idem auctor periculoſam voluptatem prolixa oratione enarrare, cum jam adultorum cruribus dominorum notæ ferro candente ſunt inurendæ. Verum licet jucunda lectu illa actio laborioſa contra irritatas belluas ſit;tamen multis de cauſis eam præterire,& me ad breviores ejus narrationes conferre,& ex eis rariora decerpere volui. Tauros porro ferocientes&ſi ad lapidoſa paſcua ut mitiores& tractabiliores fiant,transferuntur, ad pinguiora ſponte redeuntes, ita deſcribit: Taurorum inhibendorum nulla iniri ratio poteſt,relictos repetunt greges,obſtantesq; cuſtodes truci mugitu perſequuntur, ſalus una in equo eodemq; pernici, ſoli remeant lentoq; paſſu, ſed periculoſo tunc temporis occurſu, Rhodanum violentiſſimis frementem vorticibus perfacile nando ſuperant, hincque ultro & citro commeant, nunc his pabulis inſultant, nunc illis. Malacia laborare dicas? ſemper opima, culti, nitentes, ſtatu ſublimi erecta circa ilia contracto non minus ad celeritatem, quàm robur comparato, ſed collo prætumido, in tantum ut duorum hominum amplexus, palearibus tantum non terram contingentibus, fronte toroſa, aſpectu torvo ſemper & conniventi, cornu gracili, brevi, recto, acuto, ad maleficium comparato, color non temere alius quam nigerrimus: Hinc ſi quid degenerant,albis maculis quadantenus diſtinguuntur, hique ut colore varii,ita animis inſigniter fraudulenti. Gilvum atque ex diluto luteo albeſcentem, nullum eſt invenire, qui tamen color fere in advenis conſpicitur. Eximiæ ferociæ ſpecimen mihi non magnopere pridem conſpicere licuit. Taurus erat magnitudinis, nec citra portentum, raræ, coloris candoris emaculati, niſi qua fronte media nigro orbiculo inſignis erat: huic ea incurrendi rabies animo inſederat, ut non tantum tauros alios, impetu ipſo proſterneret, ſed undecunq; hominem conſpicatus foret, crudeliſſime invaderet. Parum juvabat dejicere corpus humi, quando genibus ſuper-

inſi-

inſiſtens animam ipſam ſæviſſimè premeret. Vulgato periculo indigenæ ſatis cavebant; advenæ minimè, qui Rhodanum pernavigantes ut ſua negocia poſcebant, deſcenſione in terram facta, venientis celeritate opprimebantur. Qua injuria commoti incolæ, quoniam deprecante domino necare noluerant, quod generoſiſſima armenta proſeminaret, ratique atroces ejus ſpiritus præpotenti aliqua vi retundi poſſe, ingenti virorum numero nihil tale opinantem aggreſſi, enormem trúcum ſexcentorum pondo plus minus collo rudente adalligarunt. Quæ moles etſi præcelerem ejus impetum inhiberet, haud quicquam tamen cultis damnoſius multorum infortunio eſt comparatum. Quippe citra quietem procurrebat nunc huc, nunc illuc ſata quoq; irreparabili ruina perverrens. Tunc ut irritata, inſuper injuria hujusmodi feroci cum omnem auferendi ſtipitis ſpem amoliretur, permiſſus necari, ſeptem bombardularum ictibus ab equitibus transfixus, dum nunc hūc appetit, nunc illum, infelicem animam ipſo conatu reliquit. Idem autor ibi addit, quomodo tauri inter ſe pugnent, quæ breviter ex eo referam: Foſſam uterq; pedibus excavat, intervallo fere paſſuum viginti, quamdiuque ſe mutuo conſpiciunt, nihil niſi terræ egeſtionem moliuntur: at cum foſſæ incremento & profunditate uterq; alterius conſpectum amiſit, ratus quisq; fugiſſe inimicum, ingenti impetu è foſſis erumpunt, ipſoque itinere obvii ſe eo modo accipiunt, quem quoniam fere elegantiſſimis verſibus celeberrimus Poeta expreſſit, dum hos adduco tantiſper laborem meum fallam. *Ergo*

Illi alternantes multa vi prælia miſcent
Vulneribus crebris, lavit ater corpora ſanguis,
Verſaq; in obnixos urgentur cornua vaſto
Cum gemitu, reboant ſylvæq; & magnus Olympus.

Præterea idem Quinqueranus prolixe docet, quomodo illi efferi tauri & boves domentur, & ad aratrum & culturam agrorum aſſuefiant, opus ſane laborioſum, quod non caret periculo. Ne autem præter morem prolixior ſim in recenſendis hiſtoriis ex uno auctore, eam domandi rationem nunc prætermittam, & in aliud commodius tempus & locum ſeponam: Cum præſertim Heresbachius quoque domandi diſciplinam juvencos, & tauros, prolixè deſcribat, quæ licet non cum Quinquerana tradita, in omnibus conveniat, moribus tamen & regionibus noſtris accommodatior, magisque artificioſa, at minus laborioſa violentave cenſetur. Poſtremo unicum luctandi exemplum cum tauro artificioſum ſane, & laborioſum ex Heliodoro adjiciam. Is ita de Theagene deſtinato ad ſacrificia Æthiopica, ſcribit: Injicit ſe in collum tauri, & in medium ſpacium inter cornua, facie collocata, ulnis vero tanquam corona circumpoſitis, ac digitis in taurina fronte in nodum complicatis, ac reliquo corpore juxta dextrum armum bovis demiſſo, dependens ferebatur,

Lib. 3. de re ruſtica

De reb. Æthiopicis. Lib. 10.

ita

ita ut paululum taurinis ſaltibus concuteretur. Poſtquam autem jam fatigatum nimio pondere, & languefactos eſſe illi maſculos ex nimia intentione ſenſit, atque id loci, in quo ſedebat Hydaſpes, prætereuntem, obvertit eum in anteriorem partem, & illius cruribus ſuos pedes objicit, ungulis eos continuè impingens, & greſſum bovis implicans. Ille autem in ſimpetu curſus impeditus, & robore juvenis gravatus, evertitur ac repente in caput devolutus, & erectis pedibus in ſcapulas ac dorſum projectus, diu reſupinus porrectim jacuit, cornibus terræ infixis, & ita, ut caput movere non poſſet, radicatis: cruribus autem ne quicquam ſalientibus, & opportunè aerem findentibus, & cladem languore teſtantibus. Incumbebat vero Theagenes (ſola ſiniſtra manu ad deprimendum vacans, dextram autem in cœlum continuè tendens) & in Hydaſpem & reliquam multitudinem exporrecta fronte intuebatur, riſu illos ad oblectationem provocans, & mugitu tauri tanquam tuba celebritatem victoriæ denuncians, &c. De hac artificioſa deſcriptione, & lucta, ſi modo ea ita accidit, Provinciales & Arelatenſes incolæ, exemplum & diſciplinæ modum, ſumere deberent, ut non ſolum equites & pedites cum ſuis haſtilibus taurosillos immanes & efferos abigere, ſed etiam deficientibus ejuſmodi armis, ſi ab iis ex improviſo adorirentur, lucta ſeſe defendere, & eos ſicut Theagenem feciſſe recenſuimus, in terram proſternere poſſent: Verum non ſolum ars & exercitium, ſed etiam ingens robur, in hoc genere luctæ requiritur. Venit autem mihi in mentem quod nuper apud nos accidit, cum in operarium quendam in loco quodam, ubi cervi aluntur, forte cervus grandis & eo quidem tempore, quo œſtro quodam conciti, ob libidinem furunt, magno impetu veluti illum proſtraturus irrueret, is vero præſenti animo cornua ejus complexus & pedibus ſuis genua concutiens, eum in terram proſtravit, eumque tamdiu tenuit, donec illæſus ab accurrentibus depulſa fera, ſubſidia acceperit.

Caput C.

De leporibus & cuniculis, eorumq; hoſtibus nonnulla memorabilia.

Extat fabella Æſopica de leporibus & ranis, quod in conventu quodam lepores, de miſeria & calamitate ſua, conqueſti ſint, nimirum ſe omnibus hominibus, & feris avibusque carnivoris direptioni, & prædæ eſſe, ſatiuſque fore ſemel mori, quam in perpetua formidine verſari: Ideoque communi conſenſu ſtatuiſſe, ut præcipiti curſu, in proxima palude demerſi, ſimul ſuffocarentur, atque ſuæ calamitatis uno impetu, morte ſua, finem im-

ponerent. Approbato hoc, dum ad paludem una celeriter accurrerent, ranæ, forte ibi in herbis latentes, ex ſtrepitu irruentium territæ mox omnes, in paludem fugientes ſaltu ſe demiſere. Tum unus inter lepores, reliquis grandævior & perſpicacior ſtate, exclamat, ſocii, neque in vos ipſos gravius quicquam conſulite. Nam tam miſeri non ſumus, ut nobis perſuaſimus, quippe & nos quædam animantes miſeriores nobis, metuunt. Atque hoc ſalutari conſilio ſeipſum, & totum genus leporinum incolume ſervavit. Etſi autem hæc fabula ad multas ſalutares doctrinas accommodari poteſt, tamen experientia teſtatur, nullum propemodum animal, tam variis perſecutionibus expoſitum eſſe, quam lepores, idque jucundo quodam ſpectaculo. Rectè enim dicit Heresbachius: Lepus adeo gratioſum eſt animal, ut ſive veſtigetur, ſive inveniatur, ſive currat, ſeu capiatur, ſemper delectet, idque ſuo periculo. In aliis feris perſequendis, capiendiſque ſæpe periculum eſt, ſolus lepus minimè nocere poteſt, &c. Habet autem lepus, cum tam multiplices hoſtes infeſtiſſimos experiatur, etiam ſua arma, quibus utitur ad ſuam tutelam, fugam videlicet, & ſolertem naturam in vitandis inſidiis: De quo ita ſcribit Plutarchus: Videtur lepus magnitudine & celeritate ſentiendi inſtrumentorum pollere. Nam & color, & aures, & nitor oculorum, & ſaltus mirabiliter convenit: ut nihil omnino tam parvum, tam magno ſit, ad formam quod attinet, ſimile. Niſi mehercule etiam ob ſimilitudines æmulatione Ægyptiorum ducti, velocitatem animalis divinam reputant, itemque ſenſus inſtrumentorum ſubtilitatem. Nam leporum oculi adeo ſunt indefeſſi, ut etiam apertis iis dormiant. Celeritate autem exaudiendi videtur aliis anteire: cujus admiratione ducti Ægyptii in ſuis ſacris literis picto lepore auditum ſignificant. Inter alias autem artes hujus animantis evadendi & deliteſcendi, non eſt poſtrema, quod cum leporinum dorſum propriè ſit pullum, naturæ ipſius doctus magiſterio, terram recentem ab aratro metu pavidus quærit ille: ibique nonnunquam ſtratus, nullaque re abditus, venatores, caneſq; ipſos prætereuntes & ſagaciter omnia perſequentes, coloris tantum beneficio ſæpiſſime latet. Unde verſus:

De re ruſtica in therentica. *Sympoſia. 4.* *Anto. Tyleſius de coloribus c. 5.*

Quem fuga non rapit ore canum, non occulit umbra,
Concolor immotum ſub Iove terra tegit.

De ſolertia animal.

Et idem Plutarchus miram ſolertiam leporum ita recenſet: Lepores in cubiculum ſuum redeuntes, catulorum alium alio ponunt, ſæpe jugeri intervallo, unum ab alio locantes, ne ſi homo aut canis ſuperveniat, omnes ſimul periclitentur. Ipſi cum hac illac diſcurrentes, varia veſtigia reliquerint, ad extremum ſaltu magno, longè à veſtigiis ſe ſubducentes, ita dormiunt. Annotarunt & alij tam veteres, quam recentes, mirificam leporis naturam in vitandis

Digitized by Google

tandis hoſtibus, nec non & laſciviam, atque ſuperfœtationem, miramque fertilitatem, alioquin rarior præda ob tam multiplices hoſtes eorum ad nos veniret. Unde non abſque ratione quærit Theorus apud Bodinum, cur Varro de re ruſtica lepores omnes utriuſque ſexus eſſe tradat? Cui reſpondet Myſtagogus, ita quidem veterum opinione imbutus: ſed experientia diuturna cognitum eſt, mares eſſe à fœminis ſexu diſcretos, ſæpius tamen in leporum genere, quam in ullis animantibus hermaphroditos reperiri, ac propterea Hebræi, qui naturæ arcana ſagacius ſubodorantur, leporem fœminino genere ſemper uſurpant Arnebeth, quia præpollet ſexus fœmineus: at per naturam fieri nullo modo poteſt, ut mas ſine matrice, aut fœmina ſine maris ſemine concipiat, ex quo intelligunt, hermaphroditos eſſe quoſdam, nec tamen omnes, idque à venatore peritiſſimo didicimus, cum ea de re dubitaremus. Is enim affirmabat, hermaphroditos eſſe quoſdam, nec tamen ea fœcunditate, qua fœminas: marem autem nunquam uterum geſtare, multo minus ſuperfœtare. Quærere ibi pergit ulterius Theorus, cur plures in leporum genere hermaphroditi, & major fœcunditas, quam in ullo animantium genere? Cui reſpondit Myſtagogus: Ut eſſet quaſi quædam annona communis hominum, avium rapacium ac ferarum, quin etiam in littore Siculo, cum lepus canum venaticorum vim evaſiſſet, à cane marino captus dicitur, ex quo illud Martialis: *In Theat. lib. 5.*

In me omnes terraq́, aviumq́, mariq́, rapina eſt,
Forſitan & cœli ſi canis aſtra tenet.

Cæterum in his non conſtitui inhærere longius, ſed libri Oppiani cum Commentariis noſtri Rittershuſii, Heresbachii & aliorum extant, qui de natura & captura eorum prolixè docent. Inter innumeros autem hoſtes lepores nullum infeſtiorem & ſolertiorem antipathia quadam naturali habent, quam canes, qui odoratu & ſagacitate ſua non ſolum eos inveſtigare, ſed etiam in retia agitare, & non raro capere, & dilacerare ſolent. Canes autem indagatores, ut Heresbachius ſingulariter notat, ſignificant leporem in propinquo eſſe, ſi caudam ſæpius motitent, & accuratius veſtigiis inhæreant, huc illucque ſe vertentes, ſubſiſtenteſque eodem ſæpe reverſi, iterum alio atque alio ſe flectentes, ſingula rimantur, donec tandem, quaſi ſyllogiſmo colligant, aut huc divertiſſe, aut illuc, ſi neque hac, neque illac, neceſſe igitur quod iſtac diverterit. In hoc genere excellit quidam canis ſagacitate, & natura ſua longè alius alium. Indagatores enim quos Stauber & Finder vocamus potius inveniunt, & ſequuntur lepores, quam capiunt. Licet obrutus ille, à multis hoſtibus nonnunquam flexibilitate & velocitate ſua, evadere nequeat. Leporarii vero & vertagi, in capiendis iis, & conſervanda præda celeriores & expertiores ſunt. Sed audiamus venationem elegantem Quinquerani

De laudibus Provinc. Epiſcopi Senecenſis, quem antea quoque ſæpe allegavimus, ex qua ſagacitas & ſolertia utriuſque animantis perſequentis, & latitantis conſpici poteſt; una inquit canicula mea, quæ jam ſex annis ipſa ſibi vivaciſſimo robore ſufficit, vice omnium in exemplum cedet, cui non plus ſolennis erat denorum leporum paucis horis captura, quam omnino certum, dente conſequi, quodcunque oculis deſtinaſſet, ut pro miraculo eſſet, ſi quid perſequentis injuriam (quod tamen haud ſcio, an unquam contigerit) effugeret. Idque ſemper auſa locis difficillimis, ubi videlicet tota planicie foſſæ munimento ſegetibus futuræ, in rectum tranſverſumque excavatæ, ac procero undique gramine veſtitæ, feram intro ſe dimittentem occultant, atque oculis jamjam aſſequentis eripiunt, ubi venatrix canis inopinato caſu male habita, & agendi incerta, ultro citroque ſubſilit, longoque tandem intervallo leporem foſſa emergentem proſpicit, quippe qui ſubterlabendo foſſæ canum curſu ad extremum uſque oculos calle ſit permetitus. Quem ut rurſus aſſequatur, haud dubium non imperitis eſt, qua vi, quo conatu, illi ſit enitendum, adeoque ut multo anxia animi corporiſque contentione ſeſe ipſam exſuperet. Nam nec quicquam in nuda undique atque adæquata planicie fugaciſſimo animanti in mora eſt, quo minus telis, quæ à natura ſortitum eſt, celerrimis nimirum pedibus, ſalutem ſibi, quantum poteſt, inveniat: & ſpes alterius foſſæ tenendæ, quorum aditus egreſſuſque jam diu exploratos habet, mirum in modum innatam adjuvat velocitatem, &c. Cæterum mirum eſt, quod Plutarchus notavit, canes dicens, qui lepores inſequantur, ſi contigerit, ut eos vincent; diſcerpere & ſanguine ſeſe proluere, inquinareque, mirificè gaudent: quod ſi animum lepus deſponderit, neque ullum jam effugio locum ſupereſſe viderit, quod plerunque accidit, quantumcunque ſpiritum habet in intenſiſſimo conſumit curſu, ut ita deficiat exanimeturque: tunc compertum eſt, canes ſimul ac ita exanimem conſpexerint, omnino non attingere, ſed conſiſtere, ſibique temperare, motare caudas, argumentumque manifeſtum omnino præbere, ſe non carnium, ſed victoriæ tantum gratia decertaſſe, atque hoc ſæpiſſimè & paſſim evenire una venatorum omniũ aſſeveratione confirmatur. Varro ſanè, teſte Pierio, tria ponit leporum genera: unum Italicum, primis pedibus humilibus, poſterioribus altis, ſuperiore parte pulla, ventre albo, auribus longis: ſecundum genus Gallicum idque plurimum candidum, quales paſſim Alpes etiam Noricæ progignunt: tertium quos Hiſpania producit, ſimiles noſtratibus ex parte quadam: hos cuniculos vocant. Quare ut ad tertium genus, cuniculos videlicet, veniamus, hi propter ſimilitudinem cum leporibus in autoribus ſæpe confunduntur. Cuniculus enim lepori non multum diſſimilis eſt, niſi quod colore magis cæruleo, & corpore quam lepus minore. Procul tamen viſus cuniculus lepus eſſe judicatur. Verum

pro-

Digitized by Google

propius ſi contuearis, diverſa animantia facilè apparebunt. Nam & curſu & ſedibus differunt: ſiquidem hi ſub terra habitantes non progrediuntur longius à cavernis, ad quas mox ad conſpectum vel hominum vel canum ſe recipiunt. Animal hoc mirè fœcundum eſt, adeo ut citra marem gignere, & utrumque ſexum ei ineſſe credatur, intra breve tempus in immenſam turbam augeri fœcunditate, adeo ut ſegetes vicinas vaſtent & arbuſcula. Balearibus inſulis famem meſſibus intuliſſe, & incolas militare auxilium ab Auguſto contra eorum multitudinem poſtulaſſe. Nec non in Hiſpania oppidum ab iis ſuffoſſum, Varro ſcribit, & ſupra quoque hujus rei mentio facta eſt, ſicut Heresbachius diligenter obſervavit. Captura eorum facilis vel retibus, vel viverra, vel cane huic venationi aſſueto eſt. Apud nos ſanè venatio illa non exercetur, ſed in Batavia, Italia & Gallia frequentatur. Ea autem à Quinquerano Epiſcopo ita deſcribitur, cum ſolertiam mirum canum, quos Charneguos vocat, quorum etiam ſupra mentio facta eſt, deſcribit. Ita enim eſt de captura cuniculorum: Animalcula, inquit, hujuſcemodi nocturno tempore ſeſe latibulis exerunt, & victui quærendo invigilant, interdiu cava rupe aut terreno antro ſecuri. Venator ſilenti à ventorum murmure nocte, cæterum clara, prolixoque ſplendore, avaræ cupiditati ſuffectura, ut luna ad oppoſitionem vicina venationem invadens, exolutum vinculis fideliſſimum comitem emittit, qui hinc inde evectus, cuniculum etiam à longiſſimo intervallo tantillo ſtrepitu præſentit. Itur eo recta, pavidoque cuniculo ſeſe ab imminenti injuria fuga eripienti inſtat. Ille per nota compendia cupidiſſimè ſe ſubducit; hic aurium magiſterio non minus avidè inſequitur, ſicque ambo ad os antri deveniunt. At fugitivo cavernulam ſubeunte, hic corporis mole aditu excluſus inclamat, dominumque magno, ſed docto artificique latratu evocat, qui lento paſſu maturans nimirum, ut tantiſper ſpacium ſit pavidiſſimo animanti à timore recreari, cum ſi protinus premeretur, tam recenti conſternatione, nunquam ſe aperto credere auderet, ſed foſſæ pertinaciter immoraretur. Prætentis caſſibus, tum demum viverram intromittat, qui naturalibus inimicitiis, cuniculum dentibus vellicando, peſſimeque cum tardius exit, multando, exire ut plurimum cogit. Inde in caſſes impetu provolutum & implexum, vivum venator occupat, tam conſpicua laſcivaque ipſius canis lætitia, ut quod venator tempus omne complicandis retibus impendit, hic continuo circumſultu laborem ſuum uſque aggravet.

Cap. 11. In Thereutic.

In laudibus Provinciæ.

Cæterum, ut ad lepores revertar, vanam eſſe ſuperſtitionem, ſiniſtri aliquid evenire, ſi lepus occurrat, vel ſemitam tranſeat, tum conſtat ex jure Canonico, *in c. illis 26. quæſt. 2*, tum antea in occurſu lupi, id confutavimus. Non inficior autem leporum incurſus ſæpe ominoſos & fatales fuiſſe, ludibria ſua

Digitized by Google

Diabolo ſub forma hujus animalis exercente. Memini enim, me ab oculatis & fide dignis teſtibus audire, aliquoties in obſidione Magdeburgenſi, leporum magnam copiam intra caſtra & urbem conſpectam fuiſſe, & qui eos inter velitationes inſecuti fuerint, vel captos, vel male mulctatos, à præſidiariis fuiſſe. Eodem modo (ſicut Pierius recenſet) lepus auctor fuit, ut Roma caperetur. Arnulpho enim Rege, qui Berengario auxilium tulerat, Romam oppugnante, excitus è latebris clamore tumultuque militum lepus, urbem verſus curſum arripuit: hunc milites toto temere agmine concito cum cœpiſſent ſequi, curſuq; & clamoribus acrius deterrerent, Romani qui pro propugnaculis ſtabant; urbem eo impetu peti veriti, cui ſe longè impares propter defendentium inopiam arbitrabantur, pari conſenſu, deſertis mœnibus, ad terram ſe ſummiſere. Barbari occaſione freti ſellis equorum & veterinorum ad mœnia in cumulum aggeſtis, per eos nullo reluctante, leoninam urbem nullo negotio ceperunt: Quam hiſtoriam etiam Sigebertus Gemblacenſis in ſuam chronographiam retulit. E contra, ſicut Plutarchus retulit, lepus in terræ motu maximo, quo Sparta ferè tota concuſſa eſt, multos incolumes conſervavit. Dum enim in media porticu ſimul ephebi & impuberes exercerentur, paulo ante terræ motum lepus prætercurrit, eum adoleſcentuli, ut erant uncti, cum per jocum inſequerentur, interim in puberes gymnaſium incidit, omneſque oppreſſit. Sepulchrum eorum hodie etiam à terræ motu ſiſmatæ nomen habet. Infelicior ſanè fuit conſpectus leporis, de quo Jacobus Mayerus ſcribit. Paulo enim ante prælium inter Gandenſes & Brugenſes, hi pro triſti acceperunt omine, quod leporem ibi forte per medias ſtationes ſuas tranſcurrentem cernerent. Expalluit, inquit Mayerus, Ratgerus Dux Brugenſium, vultuſque nullam retinuit conſtantiam. Paulo poſt itaque, licet numero ſuperiores, magna clade à Gandenſibus victi ſunt.

In vita Cimonis.

Annal. Fland lib. 11

Cæterum negari non poteſt, Diabolum varia ludibria cum alias, tum præſertim in venatione leporum ſæpenumero exercere, cum nonnunquam appareant tripedes claudicantes, igneis oculis, illiſque præter morem, dependentibus villis, atque venatores inſequentes abducere ſtudent, vel ad præcipitia, vel ad paludoſa, aliaque periculoſa loca. Imo viſa ſunt phaſmata, & in terra & in nubibus integras venationes cum canibus, retibus, clamoribus, raucis tamen, aliiſque inſtrumentis venaticis, inſtituere, præferentia formas hominum longè ante defunctorum: Quæ tamen larvæ tandem in fumum, tanquam inania ſpectra, abierunt. Similia ludibria diabolica olim quoque apud Parthos fuerunt, ut diaboli equis & ſagittis inſtructi, venati ſoliti ſint. Ita enim ſcribit Cornelius Tacitus: Interea Gotarzes apud montem, cui nomen Sambulos, vota diis ſuſcipiebat, præcipua religionis Herculis; qui tempore ſtatuto per quietem monet Sacerdotes, ut, templum juxta equos venatui

Lib. 12. Annal.

tui adornatos ſiſtant; Equi, ubi pharetras telis onuſtas accepere, per ſaltus vagi, nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rurſus deus quas ſylvas pererraverint, nocturno viſu demonſtrat, reperiunturque fuſæ paſſim feræ. Hinc apparet, quomodo mille ille artifex miſeros gentiles religioſa quadam venatione occæcaverit & faſcinaverit. Obſervavit quoque Bodinus Triſcalanum, plura ſtigmata diabolica magorum detexiſſe, plerunque autem ſignatis ineſſe quaſi veſtigium leporis, quamvis ad oſſa uſque induatur acus, locum tamen ſenſus expertem eſſe. Poſtremo Johan. Tilius, de equitibus leporis ita ſcribit: Froſſardus ridiculam hiſtoriam narrat, in caſtris Philippi Valeſii, ac Edoardi tertii Regis Angliæ factam: Cum prope eſſet, ut die condicto dimicarent inter Viroli foſſam & Flammengueriam, lepus ante caſtra Gallorum excurrẽs, tantum barritum excitavit, ut poſtremi audientes, & pugnæ initium eſſe cogitantes, ſeſe ad arma compararent; Quidam autem Hippocomi optimè animati equeſtrem ordinem poſtularunt: cumque non dimicaſſent exercitus, ſed rebus infectis Rex Odoardus diſceſſiſſet, hi ſemper ex eo tempore Equites leporis ſunt appellati. Eodem modo Cornificii dictum memoratur civili bello, qui milites ſuos ſæpe fugientes, galeatos lepores in opprobrium appellitabat.

In Magor. dæmonom. lib.4.c.4.

In commen. de reb. Gall. lib.2.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

I N D E X
RERUM ET VERBORVM IN HIS MEDITATIONIBVS MEMORABILIUM.

A.

AAronis filiis lege divina interdictum ne barbam & caput radant 171
Abdolonymus in hortis operam dans, rex Sidonis creatus 141. 142
Abeolitæ vel Abeolini hæretici quales 279
Ab impuro capere munera neque bonum virum neque Deum decet 2. & 3
Absq; pane ne quis ſe viæ det 361
Abſtinens uſu rerum honeſtarum & gloriæ à ſe partarum, nequiſſimus eſt 137
Abyſſini qui dicti 205
Achior Ammonita Holofernem præmonuit, ne Bethuliam urbem invadat 39
Acies animi an aſpectu oculorum impediatur 20
Actio adverſus ingratos Athenis conſtituta 321
Actiones carnis ſpiritu mortificare, & affectuum impetum ratione frenare, quomodo differant 1 & 2
Adæ & Evæ pelliceas Deus cur veſtes fecerit 166
Adorantium mores à Diis maxime inſpiciuntur 2 & 3
Adrianus Pontifex Maximus Paſquini & Marforij ſtatuas, ubi famoſi & ridiculi in urbe libelli affigebantur, in Tyberim projicere voluit 262
Ædes Veneta Divi Marci repentino incendio pene abſumpta 114
Ægyptij oculo picto Deum demonſtrare ſoliti ſunt 15
Ægyptij apud gẽtiles ſapientiſſimi, Deum in ſuis hieroglyphicis per figuram oculi commonſtrarunt 30
Ægyptij veteres non ſolum ſuperſtitione, ſed etiam ratione naturali quadam, conditis aromatibus & ſuccis, aliiſque rebus ad putredinem avertendam, & corruptionem illis ſigilla vel icunculas æreas inſuper cadaveribus, pro præcordiis & viſceribus inſeruerunt 285

INDEX.

Ægyptij veſparum pugnacitatem pictura notarunt 51
Ægyptij ſcabiem & pruriginem paſſi ſunt 292
Ægyptij lepore auditum denotarunt 386
Ægyptiorum plagæ quæ fuerint 52
Ægyptiorum mos de condiendis & ſepeliendis mortuis quis 281
Ægyptiorum conſuetudo in conviviis quæ 156. 157
Ælij Sejani Romani ſors iniqua 220
Æmilia virgo Veſtalis faſcia ſua aræ injecta flammam excitavit, & ſic innocentiam ſuam purgavit 70
Æmulatio vitioſa quid 144
Æneæ & Turni duellum quale fuerit 77
Æris uſus quis 285
Æthiopes Africani æreis armillis in brachiis & cruribus non ſolum in quotidianis uſibus refrigerandi artus ergo plerunque utuntur, atque etiam ornatus cauſa geſtant ibid.
Agathocles patre figulo natus, non honeſtiorem pueritiam, quam principia originis habuit 230
Agathocles celebratur ob ſuas eximias virtutes, eo quod ex humili & ſordido genere ad regiam dignitatem dotibus ſuis pervenerit ibid.
Ageſilaus Græcorum prudentiſſimus ac fortiſſimus Dux puſillo erat corpore 20
Agricolæ non ad extraordinaria onera trahi debent, ſed ut opportuno tempore ſationibus indulgeant 87
Agrippa & Mecœnas Auguſti Cæſaris amici veriſſimi 195
Albanus Dux ſeverarum legum militarium, aſper, & inexorabilis executor 8
Albertus Dux Bojariæ, mortuo Alberto Bohemorum Rege, pro oblatione Bohemici Regni legatis gratias egit, magnaque cum moderatione renuit 19
Albuquercius vultu graviſſimus 2
Alexander Magnus immoderatiſſimæ cupiditati ita deditus, ut totus terrarum orbis ei non ſufficere putaverit 209
Alexander Magnus ex duello ſe x omen victoriæ contra Darium ſumpſit 7
Alexander Magnus templum Beli Babylonis reſtauravit 2 8
Alexander Magnus quam diu incorrupta & integra ejus mens ab a[illegible]latoribus & crapula manſit, [illegible]ficus erga doctos, & am[illegible] [illegible]n fuit 237
Alexander Magnus Olympiadem matrem à Dracone ſub ſpecie Iovis Ammonij compreſſam, ex illo ſe genitum eſſe gloriari, non erubuit 32
Alexander III. Rex Scotorum magiſtratibus imperavit, otioſos, qui nec artem ſcirent, nec patrimonium haberent, ſevere compeſcerent 1 8
Alexander Magnus Ariſtotelem præceptorem, quo ad animum ut[illegible] præceptis informandum pare[illegible] Philippo Regi præferre non erubuit 237
Alexander Magnus non quo pacto quæſita conſervaret ac regeret, ſed tantum, quomodo quæſitis alia adjiceret, cogitavit 20[illegible]
Alexander Magnus naturas animal[illegible] noſcen-

noſcendi magnam operam adhibuit 237
Alexandri Magni inſignia 31.32
Alexander Magnus ſe patitur adorari 32
Alexander Magnus cœleſte genus affectat ibid.
Alexandri Severi oratio ad milites 88
Alexandri Magni liberalitas erga Medicos 237
Alexius Comnenus Imperator Græcorum Legatos Henrici VI. nimio luxu terrere volebat 129.130
Aliena appetendo etiam propria amittimus 210
Alphonſus Rex Aragoniæ fragilitatem humanorum operum obſervavit 111
Alphonſus Aragonum Rex ſummæ fuit modeſtiæ 175
Alphonſus Aragonum Rex non aliter, quã per oſſa patris juravit ibid.
Alphonſus Aragoniæ Rex tacito judicio in eos qui crimen læſæ Majeſtatis commiſerant, animadvertit, ne aula ſua infamia quadam notaretur 260
Alphonſus Ferdinandi filius, etiamſi crudelis, tamen ingenio præſtabat 44
Alphonſus Aragoniæ & Neapolitanus Rex fortiſſimus & prudentiſſimus in bonis literis inſtitui curavit filium Ferdinandum, ut una arma legibus jungeret 210
Alphonſus Eſtenſis I. Dux Ferrariæ aulicis ſuis vultu graviſſimus 21
Altades XII. Rex Babyloniæ otij rationem comprobavit 137
Altades Rex Babyloniæ vanos & ſtultos laborioſos vocavit ibid.
Altadis Philoſophia inertiæ quæ ibid.
Amadæus VII. Dux Sabaudiæ juveni, qui violenter virginem nobilem ſtupraverat, pœnæ loco barbam, ſeu potius lanuginem erumpentem præcidere mandavit 171
Amaſis Ægypti Rex Polycratem Samij tyrannum per literas hortatur, ne nimium fortunæ ludibrio ſe exponat 242
Ambitio interdum etiam ſub ſordido pallio latet 170
Ambroſius cum apud divitem quendam hoſpitandi gratia divertiſſet, & ille ſe nihil unquam in vita adverſi paſſum jactaret, è veſtigio receſſit, dixitque, ſe ideo inde fugere, ne una cum homine perpetuis proſperitatibus uſo periret 243
Ambroſij & Chryſoſtomi arma contra ſpiritus immundos 5
Americanæ fœminæ abſq; omnibus laſciviis moribus nudæ incedunt 166
Amici non cito comparandi, acquiſiti autem non rejiciendi & contemnendi ſunt 195
Amore juvenculæ Turcicæ mulier capitur 176.177
Amor temporalium rerum eſt viſcus ſpiritualium pœnarum 159
Amor laboris & odium otij quid 139 140
Amuletum & remedia ſuperſtitioſa contra tela & ſanguinem ſiſtentia quæ 300
Anca & Torellius Hiſpani pro indaganda veritate novum duellum ineunt 83.84.85.86.87
Ancile quid ſit 41
Ancilia olim in numiſmatibus depicta quare ibid.

Digitized by Google

Ancilia à Romanis tanquam religioſa res magna cura cuſtodita fuere ibid.

Andreas Hunderiortus Regem Scotiæ interficere in animo habuit 25

Angeli ad gloriam Dei & noſtram utilitatem creati 65

Angeli boni & mali naturam habent ſpiritualem 65

Angeli boni & mali duobus modis hominibus apparent 60

Angeli cur cœleſtis exercitus nominentur 73

Angeli à turpi hominum vita abſcedunt 65

Angeli qui defecerunt à Deo, hodie Diaboli vocantur 4

Angeli ſpiritus miniſtratorij 64

Angeli deſtinati ſunt piis cuſtodes 39

Angelis malis Deus interdum habenas laxat 60

Anima incorrupta perdurante, corpus quoq; impollutum ſervatur 3

Animæ piorum hominum ab Angelorum choris ad Dominum adducuntur 65.66

Animi mores temperamentum ejus corporis ſequuntur 16

Animus vacans perturbatione apud deos, eſt optima oblatio 2

Animus carens certis & ſalutaribus ſapientiæ & prudentiæ præceptis, quibus certos fines ſibi præſcribit, nunquam ſatiari, ſed ſemper nova abſq; certo judicio expetere ſolet 216

Anima è corpore hominis decedente, myſterium peragitur & quomodo 65

Animalium victimis Dij non egent 2

Animæ tres hominis, ex opinione Camilli 62

Animorum diſſenſio bellicis rebus parum prodeſt 93.94

Annæ Helcanæ uxoris æmulatio 145

Antigonus Rex Macedoniæ pro regali munificentia, ingenti epularum apparatu Gallorum legatos ad cœnam invitavit 132

Antipathia capitalis eſt inter ſerpentem & mulierem 31

Antipathia inter equum & lupum unde oriatur 343

Antiſthenes Philoſophus ei civitati, in qua nullum eſt inter probos & improbos, ſtrenuos & ignavos diſcrimen, perniciem minatus eſt 240

Ἀντίζηλος quid 144

Antonius Maria, Ruperti Mariæ filius provocavit Germanos ad dimicandum 80.82

Antonius Sabellicus quotieſcunq; noctu excitaretur, libros & inſtrumentum cubiculi univerſum liquidiſſime diſcernere ſolebat 30.31

Antonij & Octavij Genij qui 16

Apelles pictor ab Alexandro Magno propterea quod ejus effigiem artificioſiſſime depinxiſſet talentis 20. auri donatus 237

Apex ſenectutis auctoritas eſt 212

Apoſtoli miſſi ſine auro 287

Appetentes majora, minora etiam amittunt 153

Aqua marina pinguis, & cur 113.114

Aqua maris, ſi non copioſe in ignem effunditur, potius incendia fovet, quam extinguit 113

Aqua thermarum, & aliarum rerum ſalutarium, quas terra emittit, uſus qualis 279

Ara-

Arabes & Æthiopes mures abominantur 48
Arbores natura interdum cortice gemino à frigoribus & calore tutantur 167.168
Arturus gigantem immanem in monte Michaelis interficit 122.123
Archontius vulnerum medicus cum de ſeſtertiis centum condemnatus eſſet, intra paucos annos totidem in exilio quæſivit 238
Argumenta plura ab oculis quam à reliqua facie capiuntur 14
Arelatenſes boves efferi qui 382
Arelatenſis Inſula plus quam quatuor millia equarum alit ibid.
Arelatenſes boves & equæ quomodo domandæ 384.385
Ariobarzanes origine Medus ob inſignem corporis formam & præclarum animum Armeniis à C. Cæſare præficitur 20
Ariſtides & Themiſtocles quoties ad obeundam legationẽ aut ducendum exercitum proficiſcerentur, inimicitiam in finibus patriæ depoſuerunt, reverſiq́ domum eam reſumpſerunt 202
Ariſtocratica gubernatione Romana urbs præ cæteris florens magnam partem orbis terrarum in ſuam poteſtatem redegit 184.185
Ariſtoteles affirmat mulierem quandam quatuor partubus viginti liberos ediðiſſe 273
Ariſtoteles ab Alexand. M. ob hiſtoriam animalium talentis 800. qui faciunt coronatorum aureorum millia quadringenta octoginta donatus 237
Arma ſeditioſis eripi poſſunt, quod nõ modo tuendæ civium ſaluti ſingulare eſt, ſed etiã bellorũ civilium curandorum neceſſaria medicina 183.184
Armatus plerumque arrogantior & ad inferendam tenuibus injuriam audacior ſit ibid.
Arrogantia Rubeculæ avis 225
Artabanus inſtigatus à militum magiſtro ut Aſinæum interficeret, ſed fidei datæque dextræ cauſa recuſavit 195
Artabani diſſuadenti Xerxi bellum ſpectrum apparuit, eiq́ candentibus ferramentis oculos eruere conatur 57.58
Articulus fidei Chriſtianæ de reſurrectione carnis Ægyptiis non notus, propterea tantos ſumptus in mortuos contulerunt. 281
Aſconius Pedianus Grammaticus & hiſtoricus anno ſeptuageſimo ætatis oculis captus, duodecim adhuc vivens elegantes cæcus hiſtorias condidit & perſcripſit. 29
Aſdrubalis & Scipionis inſtinctu Maſiniſſa Numidiæ Rex regno ſuo reſtitutus. 131.132
Aſperius nihil homini, quam ſi in altum ſurgat. 225
Aſſaſini qui. 24
Aſſaſinorum tyrannis contra Chriſtianos Orientales. 23
Aſtus Hiſpanorum Regulorum contra Amilcarem. 379
Aſſyria Lynces elegantiſſimos producit. 326
Athane Thingol Rex Abiſſynorum ad Papam Romanum ſcripſit. 205
Atticus Epiſcopus Calliopio Eccleſiæ Nicenæ presbytero trecentos aureos miſit, ut in pauperes conferret. 295

Attila Hunnorum Rex vigore oculorum & vultu torvo hoſtes perterrefecit 20
Attilij Reguli fortitudo & conſtantia in perferendis tormentis 246. 247
Avarus is eſt qui non largitur ex ſuo pro modo facultatũ, multo autem magis, qui penitus largitur nihil, magis adhuc qui retinet ſua & aliena 239
Audacia hominum, qui Deo velut organa præſcribere cupiunt, quibus ad noſtram ſalutem operetur, minime ferenda 67
Averſionem futurorum malorum invenire præſtat, quam eorum, quo jam acciderunt, ſupplicium ſumere 164
Auguſtus Cæſar filiam Iuliam impudicam relegans mortem Agrippæ & Mecœnatis acerbe condoluit & eos ſæpe nomine vocavit 195
Auguſtus Cæſar Mecœnate & Agrippa fideliſſimis ſemper amicis eſt uſus, eoſque beneficentia & muneribus ampliſſimis ſibi benevolos & amantes ad ſummum reddidit. ibid.
Auguſti Cæſaris ancilla uno fœtu quinque filios in agro Laurente peperit 272
Auguſti Cæſaris tempore Romanorum capitum quadragies ſemel centena millia cenſa fuerunt 270
Auguſtinus in homine duas corporis videlicet & animæ, nec plures partes admittit 63
Auguſtini ſententia de coitu dæmonum 4
Auguſtini ſententia de Republic. adminiſtranda 202
Aviculæ allectatrices 323
Animalius eques occiſus cujus feretrum poſtero die plenum gliribus & muribus repertum fuit 48
Aurelia lex quæ 297
Aurum Eccleſia habet non ut ſervet ſed ut erogee, & ſubveniat in neceſſitatibus 284
Auſtrales populi non ſacra publica patiuntur, niſi uterq; ſexus medio pariete dividatur 144
AZembaba quis 299

B.

Babyloniorum idolum in forma draconis Daniel Propheta arte quadam ſuffocavit 33
Bacchiadarum regnum apud Corinthios, cum ad ſummum potentiæ gradum perveniſſet, immoderata luxur[illegible]lutum fuit 1[illegible]7
Badenſes thermæ deſcribuntur a [illegible] Florentino 144
Bajamontis Veneti proditoris bona publicantur, & ædes diruuntur 159. 160
Bajazetes in cavea ferrea captus ſibi ipſi mortem conſcivit 234
Bajazetes Turcarum Imperator a Ta[illegible]erlane victus, & captus f[illegible]it ibid.
Bajazetis Turcorum Regis fuga in prælio cum Tamire Tartaro 353
Bajazetem Turcarum Imperatorem Tamerlanes in caveam ferre[illegible] car[illegible]ris loco incluſit ac undique circumdaxit 234
BajaZetes inſtinctu filij Selymi per [illegible]rabim medicum veneno tollitur 258
Balduini à Burgo ſtratagema, ad emungendam pecuniam 174
Baleares Inſulæ cuniculis abundant 52
Bandinus ob partam victoriam a[illegible]erſus Ludovicum Martellium triumphavit 70

Barbadicus Venetæ claſſis præfectus machinis bellicis inſultantes Genevenſes ut novo commento vehementer terruit 119
Barbara Martyr Chiorica in Moſcovia ſepulta eſſe perhibetur 283
Barbarum & capillorum raſura olim ignominioſa 171
Barbari olim in ipſis civitatibus ferro accincti 183
Barbæ prolixæ in prælio multis impedimento ſunt 172
Beatus non eſt ad quem pecunia magna confluxit, ſed ille cui omne bonum in animo eſt 213
Bellua interdum πονηρὸς dicitur 65
Belus Babyloniorum Deus 218
Benduxera & Feru duorum fratrum Afrorum hiſtoria 258.259
Benedictores cur benedicendis manus imponant 169
Beneficia Chriſti in genus humanum collata a multis contemnuntur, & ignavia ſua negliguntur 108
Belizarij continentia 382
Benemeriti de republica & boni viri odium & furorem imperitæ plebis ſæpius experiuntur 114
Benevolentia fidei, integritatis & juſtitiæ opinio hominem homini obſequentem facit 211.212
Bombardi admonitio de vitanda mala conſcientia 7
Bertoldus Schvvartzus vita monaſtica ſectator bombardarum ſeu tormentorũ bellicorum primarius auctor 166
Beſtiæ morientes non contrectandæ, & cur 343
Beſtiarum morientium morſus ſolent quam maxime eſſe mortiferi ibid.
Beſtiolarum uſus interdum bonus interdum perniciosus 49
Beſtiis utitur DEUS loco pœnæ. 51, 52
Bilioſus humor incitat ad celeritatem 9
Biſtarda avis cur fleverit 109.110
Bombarda dicta à ſono 114
Bombarda Germanorum inventum 115
Bombardarum uſus primo apud mare Danicum inſtitutus fuit 118
Bombardarum præfecti cautiſſimi eſſe debent 120
Bombardarum alia Baſiliſci & Colubrini dictæ 119
Bombardæ tormenti bellici origo: violentia & impetus 114
Bombardæ deſcriptio à Franciſco Patricio & aliis, &c. 115
Bona propria oportet poſſidere eum, qui alienis vult abſtinere 210
Bona intrinſeca æterna potius, quam extrinſeca fluxa & vana curanda ſunt 155
Bona temporalia divino modulo ſunt conceſſa 154
Bonellus ob interfectum Majonem effoſſis oculis in perpetuum carcerem detruſus eſt 221
Boni Angeli homines conſolantur, & inſtruunt in Dei metu, mali vero, vexant & fallunt 60
Bonis hoſtiis Deus minime placatur à ſceleſtis 2
Bonitas Dei providit, ut in hac vita brevi, breves agones eſſent, & labores, in illa

illa vero, quæ æterna eſt corona, præmia meritorum 159
Bonum non in omnes cadit, nec quemlibet poſſeſſorem patitur 28
Boves & bubuli, ſicut quoque elephanti potiſſimum rubro colore irritantur 379
Britanicus mos de conjugibus & nuribus nudis quis 175
Bruno Epiſcopus VVirtzburgenſis in Danubio navigans vocatur a Genio malo ſub atri forma Æthiopis 61
Bruno Epiſcopus VVirtzburgenſis Henricum tertium Cæſarem comitatur in Auſtriam ibid.
Brunonis Epitaphium quod ibid.
Bruta qualem intellectum habeant 342
Bruta interdum etiam ob delicta puniuntur 309
Bruta nonnulla præſertim elephas, canis, & equus, propius quam alia ad ſagacitatem non vulgarem accedunt, imo in hac etiam interdum vincunt hominis induſtriam 315
Bruti malus Genius quid denotaverit 56
Brutum animal rationis expers non poteſt delinquere 310
Brutum nullo modo legis capax, ergo non puniri debet ibid.
Brutus Iulium Cæſarem ſub forma ſpectri videns, in fugam ſe dedit, poſtea ſibi ipſi manus intulit 56
Bubalorum, quos vulgus Buffalos vocat, deſcriptio 381
Bufonius lapis 35
Bucentaurus & ducentaurus navis Veneta eximij artificij & pulchritudinis 112. 113
Bulimus equis atque aſinis accidit, maximeque cum caricas aut mala geſtant 361
Βελιμία quid 361. 361

C.

Cabala 62
Cabaliſtæ recentiores tres animas diſtinctis nominibus homini unicuique attribuunt ibid.
Cacogamia & obſigamia quæ 268
Cades quid 90
Cadaver fœminei ſexus, ex Ægypto in Germaniam allatum, quod Iſ[illegible] Deæ corpus ferebatur 2[illegible]0 281
Caduca ſunt & fragilia, pu[illegible] con- ſentanea crepundiis, quæ vire[illegible] & o[illegible] humanæ dicuntur 153. 245
Cajus Vatienus digitos ſiniſtræ manus abſcindens, ne bello Iudaico mil[illegible]aret, decreto Senatus omnium b[illegible]nor[illegible] publicatione perpetuisq́; vinc[illegible] [illegible]mnatus eſt 268. 269
C. Cæſar audaci facto ſanctius ærarium Romanum, ubi im[illegible]enſus theſaurus, & paucis notus reconditus fuerat, expilavit 289
Cajus Caligula putabat ſe cum luna coire fingebatq́; ſe Iovem 33
Cajus Caligula equum ſuum Incitatum nomine delicate tractavit 16
Caji Caligulæ frequentiſſima mutatio 33
Calamitates & infortunia ex lapſu primi hominis & corruptæ naturæ, ob transgreſſum mandati divini p[illegible]ore Sathanæ fluxerunt 156
Calenderlari, Hugiemallari & Dervislari ordines ſunt monachorum ſ[illegible]u religio-

ligioſorum apud Turcas, ſed fraudatores 298

Caliphæ in urbe Bagdat modeſtia 227

Camillus cur alter Romulus ſit appellatus 202

Canis imagine Ægyptij adulatorem & mordacem ſimul ſcurram oſtendere voluerunt 368

Canis, cui nomen Leonino, ita ſtrenue cum Indis pugnare ſolitus fuit, ut eorum confeſſione eum magis quam viginti hoſtes Hiſpanos metuerent 338

Canes comites Heroum 361

Canis Leoninus retrahit Indos fugitivos: ſequentes aut reſiſtentes lacerat. ibid.

Canis, cui Berezillo nomen fuit, anui barbaræ ſubſidenti & ſupplicanti, demonſtratis literis præfecti Hiſpanici, ſibi ne noceret parcit ibid.

Canis non mordent ipſos, qui proſtrati ſunt ibid.

Canis natura quatuor elogiis prædicata ex Athenæo 365

Canum epitaphia aliquot. ibid. & 366

Canis nomen in ſacris literis quomodo uſurpetur 366

Canis erga mortuum dominum ſingulare fidelitatis documentum 362

Canis quidam Pyrrho Regi homicidas domini ſui prodidit ibid.

Canis Capparus prodit ſacrilegum 362. & 363

Canis Comitis Alfonſi Melcoricus mœrore & inedia tabeſcit ibid.

Canem in Athenienſem arcem admitti fas non eſt 368

Canum coitus difficiles ibid.

Canem Græci κύνα vocarunt ob amorem ſingularem canum erga dominos ſuos. 361

Canes generoſi in finitimis munitionibus Dalmatiæ contra inſidias Turcicas cur alantur 364. 365

Canis ſub forma Ægyptij militem depinxerunt ibid.

Canes defenſores qui dicantur 357

Canes ratione quare præditi dicantur. 356

Canis in triviis argumentatione utitur. 356

Cani non ſolum latratus, ſed etiam alia indicia diſtincta diverſæ vocis attribuuntur ibid.

Canes fœminæ, maſculis præferuntur. 360

Capito homo furioſiſſimus, cum Franciſci regis filium Henricum occidere velle videretur, & in eum enſem exeruiſſet capitis pœnas dedit 23

Caprini oculi quid ſignificent 15

Captivi quidam cum in crucem agerentur, lætitiæ carmina cecinerunt 191

Capua obſeſſa à Romanis fame tandem expugnata eſt. 126

Capua urbs Campaniæ florentiſſima ob inſolentem arrogantiam, proterviaq́, vitium domicilium ſuperbiæ ac ſedes luxuriæ appellata fuit ibid.

Caput magnum qualem hominem denotet 8

Caramatexij Indi Occidentalis hiſtoria. 324

Cariſii dictum memorabile hoc eſt, inimiciter non eſſe iraſcendum 264

Carmen quo Dij olim evocabantur quale fuerit 39

Carolus rex Galliæ ſapiens, regnum ſuum diſſipatum, bonis conſiliis reſtauravit, reſtau-

reſtauratumque conſervavit 212
Caroli magni conſtitutio de mendicis qua. 292
Carongius à Carolo VI. Rege Galliæ ob partam victoriam adverſus Iaguetum Griſum mille Francis & annuo ducentorum Francorum ſtipendio donatus. 78
Carthaginenſes M. Attilium Regulum, eo quod pacem cum Romanis permutationemq́; captivorum diſſuaſiſſet, exquiſitiſſimis tormentis & cruciatibus affecerunt 245.246
Caſſius Severus Parmenſis poeta 56
Caſtitas inter primarias virtutes in ſacris literis, Deoque gratas, numeratur & præcipue commendatur 1
Caſtitas profecta & amata à S.S. 2
Caſtitas Deum placatum retinet. ibid.
Caſtitatis exemplum prædicatur in Ioſepho filio Iacobi Patriarchæ, cum à ſceleſta Potypharis uxore ad libidinem pelliceretur. ibid.
Caſtitatis exemplum in virgine formoſiſſima 163.164
Caſtruccius è carcere vinctus compedibus educitur, Piſarum atque Lucenſium Princeps ſalutatur 129
Cato ingreſſurus in theatrum, in quo Floræ ludi à nudis ſcortis celebrari ſolebant, mulieres tanti viri authoritate & gravitate permotæ nudare ſe nolebant 175
Cavillationes & detractiones inimicorum pleriſq́; ita moleſtæ eſſe ſolent, ut nullo modo perferendæ eſſe cenſeant ur. 262
Cæſaris Tiberij de mortalitate oratio. 32
Cauſa mendicitatis quæ. 296
Cedri & cupreſſi ligno nihil putreſcit & corrumpitur 286
Certamen ſingulare inter duos proceres Iaquetum Griſium & Ioannem Carongium regnante Pariſiis Carolo VI. factum 77.78
Certare cum pare dubium eſt, at cum principe ſtultum 265
Charnegui canes Hiſpanorum noctu venantur 360
Chaſiorum gens ita principes ſuos obſervat & veneratur, ut ſi tantum ſupercilio magiſtratus innuerit, ſtatim de rupibus ſe præcipitent, in enſes irruăt, in undas deſiliant, in ignem ſe conjiciant, &c. 23.24
Chilenſis auræ vis adeo noxia eſt, ut oppreſſo inter viſcera vitali calore viatorem extemplo interimat 284
Chiovia urbs Moſcoviæ olim florentiſſima. 283
Childericus Rex Galliæ ob ſegnitiem & voluptatem è regno ejectus fuit 231
Chiromantia 10
Chiromantia niſi ultra phyſiognomiæ fines ſe effundat, vana non eſt 196
Chius Inſula diu cum Turcis pacem coluit. 100
Chius inſula pulcherrimis fœminis abundat. ibid.
Chius Ægæi maris Inſula in poteſtate olim Genuenſium fuit 101
Chius expugnata à Turcis ibid.
Chriſtiani à Turcis Gauri nominantur. 94
Chriſtiani adulti à Turcis capti, niſi Chriſtum abnegare volentes à crudelibus Dominis mancipiorum inſtar exercentur, vexantur & cruciantur 104

Chriſtiani capti à Turcis renunciantes baptiſmo, opibus & honoribus afficiuntur. ibid.
Chriſtiani Græci magnis ſuperſtitionibus implicati 41
Chriſtianorum filij à Turcis capti potius per ἀναγωγὴν quam per ἀποστασίαν deficiunt 104
Chriſtianorum conſtantia tanta eſt, ut ob honorem ſanctiſſimi nominis Chriſti, ſpe reſurrectionis & futuræ ejusque beatæ vitæ omnia ſua & vitam deniq; exponant 249
Chriſtus ſerpentis poteſtatem in Evangelio imitatur 34
Chriſtus Ieſus in terris ambulans an riſerit. 107
Chriſtus in terris quoties fleverit. ibid.
Chriſtus quamobrem vivens in terris ingemuerit ibid. & 108
Chriſtus non ſpeciem incarnationis ſed veritatem ſuſcepit 108
Chriſtus nobiſcum communem habuit ſenſum, ſed non appetitus incompoſitos ibid.
Chryſoſtomi admonitio de bene vel male ſibi conſcio 26
Chunigunda Franconica ſtirpis Palatinæ licet in matrimonio Henrici Bavari Cæſaris fuerit, maritum tamen non attigit, atque in perpetua virginitate vixit 68
Chunigunda Cæſaris Henrici Bavari uxor Bamberga in templo Cathedrali ſepulta jacet ibid.
Chunegunda aſſiduis, & ſolennibus precationibus uſa eſt erga DEUM. ibid.
Chunegunda impudicitiæ crimen à malevolis fictum vitare non potuit. ibid.
Candente ferro ſe purgavit. ibid.
Cimon Miltiadis filius ſe captivum exhibere non dubitavit, ut pater ſepulturæ traderetur 266
Cingari qui ſint, & eorum origo, fraudes & impoſturæ quæ 296
Cingari latrones plerunq; & fures. 297
Circumcelliones è factione Donatiſtarum monachi facti ſunt 24
Circumcelliones Zelo doctrinæ & ſectæ ſuæ defendendæ, ex agris & cellis, in quibus ſolitarij vivebant, in orthodoxos more latronum irruerunt. ibid.
Circumcelliones imperio magiſtratuum Africæ, & manu etiam militari coërciti ſunt ibid.
Circulator quidam in foro Veneto plumbum igne liquefactum contrectavit, eoq; ſine offenſa tanquam manus lavit. 75
Clava Herculis & Leonina pellis quid denotent 169
Claudia navim cingulo attraxit 70
Cleander Phryx apud Commodum Imperatorem ad honores evectus, immemor ſuæ humilitatis, ſed faſtu & ſuperbia tumens capite plectitur. 222. & 223
Clericis comam alere vetitum 171
Clypeus in majore honore quam gladij. 124. 125
Clodion II. Rex Francorum, cum Romanos continuis bellis fere ex tota Gallia expuliſſet, mandavit ſuis militibus & ſubditis ut in ſignum libertatis prolixas barbas & capillos portarent. 172

 Caci-

Digitized by Google

Cæcitas magna de ſamilia heroum Romanorum 33
Cæcus quidam Agrigentinus venationis operam adhibuit 28
Cæcus melius oculato videt ibid. & 29
Cæcus Geometra 29
Cælibes ſemivivi appellati, & cur 268
Cælibatus Romanis olim valde exoſus. ibid.
Cognitio gentilium de vitandis libidinibus 2
Comæ myſtica ſignificatio 271
Comarum uſus, & deſuetudo 171.172
Coitus matrimonialis ad procreandam ſobolem legitime inſtitutus ſpiritibus, & dæmonibus minime caſtus videtur 4
Collectores opum vel intempeſtive, antequam cupiditatibus ſuis plane ſatisfacere poſſunt, moriuntur, aut brevi momento inani luxu rurſus opes diſſipantur, quæ longo tempore & quidem magno labore acquiſitæ, & ad certos uſus repoſitæ fuerunt 289
Colophonia voluptate & luxu interierunt 127
Colubri allegoria 377
Commercium quid ſit 27.28
Commoda vitæ humanæ duo, unum proſpera fortuna; alterum boni conſilij. 209
Commodus Imperator cum gladiatoribus verſari maluit, quam in curia. 76
Conchæ multæ Sluſæ olim inventæ, ſed poſtquam collectioni earum impoſitum genus vectigalis quoddam fuiſſet, effluxerunt & non amplius comparuerunt. 280
Concordia ſola Turcarum potentia extenſa 94
Confœderatio Venetorum cum Iulio II. Pontifice, cum Maximiliano Imperatore, cum Alphonſo Rege Neapolitano, & cum Selymo Turcarum Rege eodem tempore amiſſa Cypro facta. 203
Conjugium & militia veteribus magnopere curæ fuerunt, quibus neglectis imperium firmum & durabile manere haud unquam poteſt 271
Conradus à VVitichauſen ferro candenti contra Herbipolenſes diœceſin quōdam ad Satzenſes pertinuiſſe probans uſus eſt. 69
Conradus Marchio Montiſferati in Palæſtina occiſus eſt 24
Conſcientiæ malæ deſcriptio 7
Conſcius ſibi male etiamſi omnium pecunia circumjectus ſit, tamen omnium miſerrimus eſt. 154
Conſecratio aquæ calidæ quid denotet 66
Conſecratio ferri quid 67
Conſecrationes ſuperſtitioſæ plane rejiciendæ ibid.
Conſiliarius optimus ille eſt, qui non privatis inimicitiis impulſus aut gratia adductus, ſed publica utilitate commotus, ſuam ſententiam dicit 199
Conſiliariis iis utendum, qui rebus propriis bene conſuluerunt, non autem qui per imprudentiam male 210
Conſiliarij boni qualitates quæ 200
Conſtantia mira M. Attilij Reguli in exquiſitiſſimis tormentis 245.246
Conſtantij & Conſtantis Imperatorum leges quæ 179
Conſtantinus magnus Philoſophiæ amorem muliebri antepoſuit 271

Con-

Conſtantini Magni Imperatoris lex contra infœcundos conjuges ſublata. ibid.
Conſtantini ſocij laborantes in pyrotechnia conſilium à Diabolo petierunt. 151
Conſtantia mater Friderici II. 276
Conſtantini lex cruenta ſpectacula condemnavit 76
Conſtantinopolis capta à Turcis 45. 46
Conſuetudo lavandi exterior cur introducta 3
Convitia inimicorum, ſalutaria præter voluntatem & intentum convitiantis ſæpenumero & inſtar medicamenti eſſe ſolent 266
Conviviorum luxuria & veſtium agræ civitatis indicia ſunt 128
Convivium abſque potu murium convivium appellatur 49
Cor primum eſt quod vivit, & extremum quod moritur 11
Corda Regum inclinat Dominus quo vult 10
Cordis latebras Deus ſolus cognoſcit 6
Cordis ſpecus qui 7
Cornelius Sylla in ſomnis dæmonem conſpiciens poſtero die teſtamentum fecit atq; obivit 57
Cornelius Agrippa quid de amoribus variarum gentium ſentiat 10
Corpora quæ fulmine icta ſunt non putreſcunt, ſed integra manent 283
Corpora multa Martyrum incorrupta ſepulta jacere in Moſcovia, fama eſt. ibid.
Corpori tantum indulgendum, quantum valetudini bona ſatis eſt 141
Corpus humanũ per ſe quieſcit, nihil commune habens cum mentis actione 10
Corvinus Moldavus Turcarum fulmineus terror appellabatur 132
Creon Rex publico decreto mortiſq; pœna indicta corpus Polynicis ſepeliri prohibuit 69
Crotoniatæ urbem Sybaritarum ob luxum & petulantiam expugnarunt, & captam immiſſo flumine, aquis obruerunt 127
Crudelitas inhumana omne virtutis ornamentum in Selymo obſcuravit 20
Culicum examina lethales leonis hoſtes. 332
Culmus liberos texit, ſub marmore atque auro ſervitus habitat 141
Cultus fœminarum qualis eſſe debeat. 170
Cuniculi cur terræ defoſſores 32
Cuniculi appellati à Strabone Liberides. ibid.
Cuniculorum fœcunditas magna. ibid.
Cuniculorum venatio 52
Cupiditates amentium hominum expleri nequeunt, etiamſi quæcunq; petierint, conſequantur 216
Cupiditas cupiditate accenditur, quæ niſi per continentiam ſuperetur, nunquam ſedatur 153
Cura importuna interdum plus quam ignavia obfuit 50
Cuſtodia humani generis bonis Angelis à Deo eſt mandata 64
Cuſtodia nulla à libidine tuta eſt, niſi animus caſtitate & pudicitia antea probe ſit munitus 376
Cyri maximi Perſarum Imperatoris oratio ad ſuos amicos, ut ocium fugiant, tanquam omnis boni pernicies habita. 135. 136

D.

Dandala præcipua urbs Nubiæ auro ditiſsima atq; ebore 297
Dani cum Suecis anceps & grave maritimum bellum ineunt 111.112
Daniel Propheta Babyloniorum draconem arte quadam ſuffocavit 33.34
Danielis ſocij incolumes ab ignis violentia ab Angelo Dei præſente rege Nebucadnezare ſervati ſunt 74
Danubij loca periculoſa Strudel & Keſſel. 60
Darij regis Perſarum fuga è prælio ad Iſſum 354
Dariſſa vulgo Dereß Franciæ Orientalis oppidum 304
Darius Hiſtaſpis filius nonnullos Perſas torvo aſpectu in fugam abjecit 20.21
Davidis Rizij cantoris ſuperba inſolentia à Rege Scotiæ morte multata. 223.224
David Rex laudes Dei à mundo corde exorditur 4
David regius Propheta ocio indulgens in Bethſabeam Vriæ uxorem pulcherrimam ſe lavantem ex illicito amore exarſit 136
Δαίμων quid appelletur 16.17
Δαίμων ſæpe à Poetis pro animo ponitur. ibid.
Dæmon frequentius invadit eos, in quibus atræ bilis major eſt copia 6
Dæmones etiamſi hominibus divitias & gloriam promittunt, nihil tamen ex ſe tradere poſſunt 290
Dæmones mali etiam ſacrificiis delectantur. 2
Dæmones & ſpiritus immundi an puros & caſtos ſub ſpecie caſtitatis diligant 4
Deciorum patris & filij in devovendo, pro patriæ dignitate cupiditas & pertinacia quæ 189
Defuncti non maledictis afficiendi, ſed beati prædicandi ſunt 267
Delectus qui ex ignotis & vagis hominibus habetur, perniciem potius quam utilitatem in Rempubl. inducit 90
Deliciæ ducißæ Venetiarum, quomodo punitæ 164.165
Delphinus vocatus nullo alio nomine quã Simonis delectatur 324
Delphinorum affectio mira erga homines. 323
Amoris inſignis indicia erga puerum, ibid. & 324.
Gratus animus ibid.
Democritus mundanam inſcitiam deploravit 33
Deo omnis hypocriſis & ſimulatio abominabilis 13
Deo ſoli notitia arcani pectoris & cordis in ſacris literis attribuitur 7
Deorum indignationem nihil, quod ad ſummum claritatis faſtigium evaſit, effugere poteſt 158
Dei vulari qui ſint 298
Deſidia non ſolum gloriæ ſed etiam valetudini obeſt 136.137
Deſtituti opibus, bonis invident, malos extollunt, vetera oderunt, nova exoptãt, & odio ſuarum rerum omnia mutare ſtudent 128
Deus non ſolum in corporibus hominum verum etiam in ipſorum cordibus illa quæ vult operatur 11
Deus aliquando imperium vermibus in reges & principes attribuit 50
Deus non corporeis membris hominum cogi-

cogitationes perſpectas habet 16

Deus Adamo & Eva lapſis an ſerpenti vocem qua uſus eſt ad decipiendum Adamum ademerit 31

Deus opt. max. oculus mundi & pater luminum nuncupatur 30

Deus tepidos evomit, à ſe rejicit atq; indurat, & non raro in reprobum ſenſum tradit 12

Deus Pharaonis impietatem & inſolentiam non leonibus & urſis, ſed vermibus & inſectis viliſſimis punivit. 49

Deus omnia nobis duplicia dedit excepta anima 63

Deus ſubſcortationis, homicidij, furti interdicto, libidinem, iram, odium, alieni appetentiam, dolum, & quicquid tale eſt vetat 8

Deus vilia animalcula & inſecta ad profligendos hoſtes armat 51

Deus non membris humanis conſtat 16

Deus ſolus omniſcius 6.7.13.30.43

Deus iratus claſsicum canens omnes creaturas ad arma convocat 51

Deus non cuncta largitatis ſua munera ſimul & ſemel effundit 27

Deus orbem terrarum ita gubernat, ut modo hoc modo illud adhibeat, nec ſecunda ſemper ſuccedat nec adverſa ineutiat 159

Deus in ſacris literis leoni comparatur, ſicut quoq; Sathanas, ſed plane diverſo reſpectu 334

Deus cum ſit ſapientiſſimus non opus habet, ut noſtro cogitatu ſeu induſtria illi paremus inſtrumenta ſalutaria absq; ipſius mandato 67

Deus ut immenſus & incomprehenſibilis pro ſua divinitate, membris humanis non praditus eſt, neque eis indiget. 196

Deus quotidie orandus ut noſtro labori felicem ſucceſſum tribuat 152

Dextera non cuiq; porrigenda 195

Dextera curta, rotunda, brevibus digitis, & aqualibus, glabra & piloſa, longis unguibus quid denotet. ibid.

Dextra manus varia ſignificatio. ibid.

Dextra manus ſignificatio metaphorica translatione eximia poteſtatis, & quandoque regia majeſtatis ſignum fuit. ibid.

Dextera Dei in ſacris ſignificatio. 196. 197

Dextera vis quantum apud veteres habuerit authoritatem 195

Diabolica examina Religioſus quidam vidit. 64

Diabolus varia ludibria in venatione leporum ſæpenumero exercet 390.391

Diabolus Dynaſtes à ſacra ſcriptura appellatus 63

Diabolus non delectatur caſtitate, ſed caſtos & innocentes in ſuos uſus ac miniſteria praparat 4

Diabolus interdum ſuis mācipiis tetra & horrenda ſpecie apparere ſolet 58.59

Diabolus homines molles, & male in animo affectos plerunq; adoritur 63

Diabolus quomodo ſe in ſerpentem, quando decepit Evam & Adam, transformaverit 163

Diabolus Leo rugiens 64

Diabolus etiam humanas cogitationes ex ſignis exterioribus non ignorat 6

Diana ſimulacrum apud Lacedæmonios vimine colligatum celebatur 38

Dia-

Diabolus quando conſulitur, ambigue reſpondet 151
Dicentes aliquid obſcure vel invident vel fallere conantur 200
Dies mortis diei nativitatis præſtat 158
Dignitas & virtus elucent ex generoſa indole 18
Dij ſolum mores adorantium inſpiciunt. 2
Diligentia major militum in rebus bellicis oritur ex timore 88
Diocletiani, M. Aurelij & Valerij Conſtantij numiſmata Genio conſignata quid denotent 55
Diodorus Stoicus cœcus Geometriæ munus tueri potuit 29
Diogenes cur canis nomen ſortitus ſit. 368
Diogenis ſimilitudo de voluptate 148
Dion Syracuſanus ſpectro perterritus in ædibus ſolus manere recuſat 57
Dioxippus Athenienſis pugil nobilis & præclarus 80.260.261
Dipnoſophi de oculis quid obſervaverint. 15
Diſciplina & obedientia militaris eſt res neceſſaria 90
Diſciplina militaris non ſolum ad vincendum hoſtem neceſſaria eſt, ſed etiam ad ſecuritatem agrorum & agricolarum ſpectat 87.88
Diſciplina apud veteres Romanos optime conſtituta 88
Diſciplina militaris Turcarum ſevera & veluti fulcris & columnis ſtabilita & corroborata 95
Diſcipuli Chriſti mittentes ſortem pro apoſtolatu eligunt Matthiam 12
Diſcordia Chriſtianorum Principum Turcis adeo grata eſt, ut eam omnibus artibus & conatibus foveant 93
Diſtinctio nulla inter cadavera mortuorum, niſi forte quia gravius fœtent corpora divitum, diſtenta luxurie. 167
Diſtinctio notabilis operationum & laborum ſecundum Ariſtotelem, quæ 139
Diſtinctiones ſerpentum quæ 35
Divinatio 10
Divitiæ per ſe non ſunt noxiæ, ſed mentes male utentium ſunt crimínoſæ. 128
Divitiæ ſine pietate ſunt ſpinæ, roſæ vero ſunt quando pietatem ſequuntur. ibid.
Divitiæ & opes, paupertas & egeſtas à Deo promanant 290.291
Divus Antonius mundum eſſe laqueis plenum exclamavit 159
Dos Maſſilienſium quæ 182
Dos patritiæ Venetæ ibid.
Dos in lege divina conſtituta 183
Dotes moderatæ dari debent, ut fœminæ ad pudicitiam & obſequium virorum facilius cogantur 182
Dotium magnitudine domus non exhauriri debet, ne fœminæ turpiter viris imperent ibid.
Draco quid 246
Draco beneficij memor puerum ſalvum conſervat 322.323
Dracones quinam inter ſerpentum genera vocentur 377
Druſi continentia 381
Ducum prudentia & militum obedientia in bellando ingentia bona efficiuntur. 88

Duellum non ſolum in ſeriis, ſed etiam in ludicris uſitatum fuit 76

Duellum adhuc hodie in Moſcovia eſt uſitatum ad eruendam veritatem ib.

Duellum Galli cujuſdam & Itali quale fuerit 78.79

Durides canis Lyſimachi Regis vivus cum mortuo Domino cremari voluit. 364

Duringi Comitis perfidia, quo pacto ulta. 254

E.

Eccleſiaſtis doctrina & præceptum quo pacto cibis & potibus ſit fruendum. 154

Eduardus Rex Angliæ cum Scotiam totam ſubigere vellet, lapidem marmoreum rudem fatum regni denotans, invenit 42

Effectus voluptatis qui 148.149

Elephantiaſis quid 291

Elephanti & Rhinocerotis duellum 374. 375

Elephantes cornua habent 369

Ex Elephanto nihil veſcum niſi promuſcis & labra, ac cornuum medulla 370

Elephanti perſuaſionis & diſciplinæ capaces ib.

Elephanti rerum cœleſtium notitia præditi ib.

Elephantorum auxilio Iudæi morti & ſupplicio deſtinati, divinitus conſervati ſunt 370.371

Elephantus ſcelus magiſtri ſui revelat 371

Elephantorum præconium ib.

Elephanti turbati cum ſunt, omnes pro hoſtibus habere ſolent ib.

Elephanti quo pacto in Italia in uſu eſſe deſierint 373

Elephanti candidi rariſſime inveniuntur. 374

Elephanti qui ſunt generoſiores & fortiores 373.374

Elephanti hoſtes qui 374

Elephantum inter & Rhinocerotem diſſidium ac odium internecivum ib.

Emanuelis Soſa naufragium 105.234. 244

Emendans affectus & cogitatus felix prædicatur 7

Encomium Caninum 358

Encomia equorum variorum generum. 348.349

Epaminondas obæſum & corpulentiorem militem ab exercitu ſubmovit, & quare 125

Epaminondæ fortiſſimi Thebanorum ducis clypeus ſalvus 125

Ephebus filius Dionis ira, dolore levi & ludicra ex cauſa orta concitus de ſuperiore ædium parte ſe dejecit & obiit. 57

Epiſcopi duo, Orthodoxus & Arrianus, uſque ad & in rogum diſputarunt 74

Epitaphium memorabile cujuſdam Regis Galliæ quod 165

Equæ Arelatenſes quæ 382

Equæ in maximis ſubitisq; laboribus prævalent equis, præſertim non caſtratis. 354.355

Equæ Hungaricæ in exercitiis ludicris, ſeriisq; certaminibus, maribus præferuntur 355

Equus ultra vigeſimum annum generare non poteſt, nec equa ultra decimum concipere ib.

Equi Alboini Longobardorũ Regis laus 346

Equi rabie corripiuntur, ut canes 351

Equi Alexij Imp. Græcorum ſagacitas & generoſa indoles 345
Equi ſolis quatuor 352
Equi fortitudo, bellica intelligentia, audacia, furor 316
Equi Achillis & Belliſarij, cujus tinctura & coloris fuerint 347
Equis nonnulli præter naturam ſtolide abſq; omni ratione ut poteſt rationali animali nimium attribuere 315.316
Equi generoſi nomina peculiaria ſibi indita adprime noſcunt 352
Equus nihil ab iratis fiat 351
Equites leporis qui 391
Equo ſenſus quidam grati animi ineſt ad hominum ſalutem 346
Equorum Turcicorum proprium 351
Equorum Ægyptiorum precium quale fuerit tempore Salomonis Regis 354
Equus apud Indos occidentales ante Hiſpanorum adventum incognitum animal fuit 353
Equus Marti ſacer 346
Equus ut amet, qua ratione efficiatur. 351
Erigij ducis Alexandri & Sacibarzanis transfuga duellum quod 77
Erythræus triplex nomen Romanæ urbi indidit 36
Eſſæorum ſecta 72
Ethnici comas tantum ad delicias aluerunt 171
Eunuchus reginæ Candacis inter Gazam & Hieroſolymam à Philippo Apoſtolo baptiſatus fuit 205.206
Eunucho Regis Babyloniæ qualis pœna ſtatuta eo quod cum pellicibus regis cubuerit 260
Exarmatus non quenquam violat injuria, nec violatus occidit, nec ignominiam contrahit eorum, qui ferro accincti injuriam illatam armis repellere, ac vitæ diſcrimen ſubire recuſant. 183
Exceſſus veſtium eſt profuſio donorum Dei, ſignum ocij, argumentum levitatis & confuſio bonorum ordinum & officiorum 167
Exercitus Germanicus quo pacto inſtituendus 90
Exercitus Romanorum à concione prophetæ Eſaiæ prædictus 89
Extenſio manuum in ſacrificando quid ſignificet 5
Extenſione manuum nos ad Deum fugere declaratur 4

F.

Fabella Æſopica de leporibus & ranis quæ 385.386
Fabula Turcarum de Sulficare ſivi acinace Alis 122
Facies bona boni cordis veſtigium 8
Faciem hominis intuentur homines, ſed ſpecus cordis ſolus Deus introſpicit 7
Faciei pulchritudo cæterorum membrorum deformitatem tegit 14
Facultas civilis honorabilior medicina eſt, medicina vero præſtabilior 238
Famaguſta urbs Cypri 99
Fames pro mendicitate frequenter uſurpatur 522
Falerius Venetus ſuper ſcala lapidea ob conſpirationem quandam ſecuri percuſſus eſt 260
Fatum ante obſidionem Conſtantinopolitanam quod 44.45
Fatum in Regno Neapolis Taranti factum quale 44

Fatum

Fatuus omnis ſuperbus & contra 225
Febris leoni ob nimium calorem familiaris morbus eſt 331
Felicitas Hiberniæ quæ 204. 205
Felicitas Reipubl. ſtudio pacis augetur. 103
Feræ vulneratæ vel læſæ ſibi ipſis non opitulantur 377
Ferdinandus Alphonſi Regis Neapolitani filius Turcas qui Hydruntum occuparant victos ex Italia fugavit 211
Ferdinandus Arragonum Rex fratris ſui filium adhuc infantem, cum ſibi regnum omnium votis deferretur, in ſolium regium collocavit, ad cujus pedes ipſe primus procumbens in ipſius verba juravit, idemque ut omnes facerent exemplo ſuo adegit 192
Ferdinandi Hiſpaniæ & Arragoniæ Regis juſtitia bellica 90
Feru, & Benaduxeræ Afrorum fratrum hiſtoria 258
Feronia Dea 70
Feronia urbs ubi ſita ibid.
Feroniam Græci αἰθηφόρον, modo φιλοστέφανον, modo Proſerpinam appellarunt ibid.
Feudum ligium quod 250
Fides & conſtantia Guilelmi Setonij Scoti, ejusque conjugis, in defendendo Caſtello Beruico 192. 193
Fides & tutela conſtans Maſiniſſæ Numidiæ regis erga Romanos 132
Fidentes nimium phyſiognomicis falluntur ſubinde 9
Florentinus Magiſtratus otioſos & ignavos ad ſupplicia trahere vel ejicere jubet 157
Fœcunditas & multiplicatio prolis eſt benedictio divina 278
Fœmina repudiato honore verſutum & intolerabile animal eſt 160
Fœminarum munus quod ib.
Formulæ ſ: perſtitioſæ & ambitioſæ devotionis quæ 189. 190
Fortitudo citra juſtitiam non eſt laudabilis 76
Fortuna inſtabilis & variabilis 131
Fortunæ ludibrio ſeu fatis res proſperæ & adverſæ à nonnullis attribuuntur. 156
Franciſcus primus Rex Galliarum prope Ticinum cum ſua præcipua nobilitate victus 18
Franciſcus I. Rex Galliæ accepto vulnere capillos, quo facilius curaretur, tonderi juſſit 173
Franciſcus I. Rex Galliarum ob amiſſam victoriam minime perterritus 18. 19
Franciſcus I. Rex Galliarum magnanimitate aſſimilatur Maximiliano I. Cæſari ibid.
Franciſci I. Regis Galliæ encomium 194
Franciſci Ximenij Cardinalis & proregis Hiſpaniæ ad Carolum V. literæ quæ. 241
Franciſci Ximenij magnanimitas 262
Franciſci Valleſij obſervatio de facie hominis 8
Franciſci Guicciardini querela de militibus non diſcrimen inter amicos & hoſtes habentibus 93
Fraus Hattonis Epiſcopi Moguntini erga Adelbertum Palatinum Franciæ orientalis quæ 303
Fridericus Imperator III. voluit ut ejus conſiliarij in palatij veſtibulo duas res,

 vide-

Digitized by Google

videlicet ſimulationem & diſſimulationem deponerent. 202
Fridericus Cæſar coronam regum antiquorum Hungariæ Regi Matthiæ recuſabat reſtituere. 133
Fridericus tertius Imperator Romanorum de dictis probroſis & injurioſis in ſe profuſis non commotus 265.266
Fridericus Imperator duellum inter legitimos modos probationum approbat. 76
Fringilla avicula vel benefactrix, vel traditrix. 323
Fronto Rex Daniæ legem tulit ut omnes controverſiæ quæcunque eæ eſſent, duello definirentur. 75
Fucatæ mulieres 160. *cum ſeq.*
Furioſus injuriam pati poteſt, ſed minime facere 23
Furioſus non poteſt puniri niſi ſuo furore. *ibid.*

G.

GAbinus Fundulus Cremonenſium Dominus quod tres ſummos Principes orbis Iohannem 22. Pontificem max. Sigiſmundum Romanorum Cæſarem & Mocenicum ducem Venetum uno tempore cum eo commorantes, cum eos intercipere potuiſſet, liberos dimiſiſſet, ſeipſum parum mentis compotem appellavit. 22
Galbæ gloriatio de amplâ familiâ 33
Galeam aut thoracem in bello abjiciens ſeipſum prodit & exarmat, at ſcutum totum phalangem prodit. 125
Galeonus navis immenſa, qualem vix mare Adriaticum vel mediterraneum unquam viderit 112.113
Gallinaceorum encomium 330
Gallorum imperium quale 19
Gallorum legati cupidi ſunt prædæ, de argenteis & aureis poculis Antigoni Regis Macedoniæ. 130.131
Gallus à leone timetur & quaſi colitur. 333
Gemitus Chriſti graviores ſine dubio in ſacris literis lacrymis indicatæ ſunt. 108
Gedeonis milites ſiniſtris manibus lampades, & dextris tubas ſonantes tenuerunt 197.198
Genius hominum obſervator 54
Genius etiam poteſt Angelus appellari. *ib.*
Genius fictus Deus 53
Genius Deus naturam 54
Genius fingitur Deus naturæ *ibid.*
Genius ſemper ejus rei curam gerit, cujus eſt genius 37
Geniales dies qui 53
Genij aliquando imagine ſerpentina, interdum puerili, aliquando juvenili, interdum etiam ſenis & platani folijs coronati ficti ſunt 54
Genij ſecundi & adverſi qui *ibid.*
Genij à Philone facultates appellati. *ibid.*
Genij à Græcis dæmones dicti *ibid.*
Gentiles humana ratione ducti ſunt ad vitandas libidines 2
Gentilitatis delira, & ſuperſtitioſa ſomnia de numinibus 38
Gentiles nō ſolùm manus ſed etiam mentem puram habere voluerunt 2
Gentiles in ſuis calamitatibus conſolationes quæſiverunt, ſed profectò fragiles. 155
Genizari qui & unde appellati 96
Genizari milites prætoriani dicti 97

Geni-

INDEX.

Genizari à Murate I. cum Adrianopolim occupaſſet, inſtituti 96
Genizari Achmetem Baſſam, Beglerbegum Cypri Famaguſtæ cum ſuis trucidarunt 99
Genizari Chriſtianorum filij à vera via religionis ad cultum Mahometicum in juventute adducuntur 96
Genizarus ſeu miles Turcicus quidam ob lac venditum & non ſolutum precium ſuſpendio traditur 95
Genus maſculinum plerunque in jure comprehendit in ſe fœmininum. 484
Geometra cœcus 29
Georgius Caſtriotus, à Turcis dictus Schanderberg, ſingulari certamine Feribaſſam, à quo ferociter provocatus fuerat, devicit 77
Georgius Fronsbergius miles egregius & feliciſſimus neglectum diſciplinæ militaris ſæpiſſime deploravit 92. 93
Georgius Fronsbergius Maximiliani I. & Caroli V. Cæſarum præfectus bellicus fortiſſimus 92
Georgius Thurius Pannonius novies duello pugnans contra Turcos provocantes, victor, atque terror Turcorum evaſit. 75
Georgevicius, de captivitate Turcica. 100
Germania concors ſatis Turcis reſiſtere poteſt 93
Germani Zelotypia, non ut aliæ nationes, laborant 143
Germanicus galli gallinacei neque vocem neq; aſpectum ferebat 333
Germanorum frugalitas laudatur 130
Germanorum animi ab Imbraimo Turcico legato belua multorum capitum & plurium cadaverum aſſimilati ſunt. 94
Gladius Rolandi Heroïs qualis fuerit 121. 122
Gladiatorum ſpectacula prohibita 77
Gladius Alu Sulficar nominatus quid ſit. 122
Gladius iſte non bonus ſolum cui deauratus baltheus eſt, nec vagina gemmis diſtincta, ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rumpit. 123
Gladius in ſacris literis ſæpiſſime pro pœna ponitur ibid.
Græci & Romani comam primam juvenum alicui Deo conſecrabant 173
Graſſatores ac fures, qui Ægyptiorum ſpecie ac nomine impune ubiq; prædantur arcendi ſunt. 297
Gratianus, Valentinianus & Theodoſius Græci Imperatores pudicitiam & mūdiciem valde amarunt, obſcœnam vero nuditatem pati noluerunt. 175
Grati animi commendatio, & ingrati abominatio 321
Gratiarum actio Iacobi VI. Regis Scotorum ad Deum pro parta victoria adverſus conjuratos 25
Græciæ civitates dum imperare ſingulæ cupiebant, imperium omnes perdiderunt. 94
Græcorum pœna de commiſſo ſtupro erat ſecuri convictus hujus flagitij barbas præcidi 171
Gregorij Nyſſeni de ſathanæ dolis ſententia 6
Groſſe Leuth / ſtecken offt in kleiner Heut. 20

 Grus

Grus balearica apertiſſima dedit amoris ſigna erga militem quendam Hiſpanum 316
Gubernatio calamitoſa inſtituitur, ſi populus repudiatis ſalubribus conſiliis pro ſuo libitu adminiſtrare Rempubl. vel vi vel dolo ſatagit 214
Gulielmus Holandiæ comes Rex Romanorum deſignatus; debellata Friſia, occulto fato occiſus miro opere exornato ſepulchro ſepeliendus traditur 42. & 43
Gulielmi Setonij Scoti præfecti Bervici ejusque fides & conſtantia, qua Regi ſuo urbem ſalvam conſervavit 192. & 193
Gulielmi Perkinſi cogitationes de exceſſu veſtium qua 167

H.

Habens rationem conſcientiæ ſuæ felix dicitur 7
Habitus Genizarorum quis 97
Habitus animi maxime ſe prodit oculis. 14
Hamelenſium pueri 130. amittuntur. 48
Hanani prophetæ increpatio adverſus Aſam Regem Iudæ 91
Hannibal armis vicit, ſed vitiis rurſus victus eſt 131
Hannibalis ſtratagema 379
Narenſcheren quid ſit 368
Hatto Oſtroſt auctorum dux cognomento Boneſus Abbas Fuldenſis conſecratus Archymiſta pauperes frumenta petentes combuſſit, ille vero a muribus plane corroſus 47. 48
Hatto a Dæmonibus in puteum ignis montis Ætnæ vivus præcipitatus 304
Hebraimus Baſſa, ab Imperatore Solymanno perfide necatur 308. 309
Heliogabalus cupiditatem ſtupri quam adſequi natura defectu nondum poterat in ſe convertens, nomine muliebri Baſſiana pro Baſſiano appellari voluit. 178
Heliogabalus poſtquam occiſus, & corpus ejus per urbis vias, more canini cadaveris à milite tractum eſt militari cavillo, indomitæ & rabide libidinis catula appellatus fuit 179
Heliogabalus veſtalem virginem quaſi matrimonio ſuo jungens abſciſſuque genitalibus matri ſe Magnæ ſacravit. ibid.
Heliogabali monſtroſa & veſana libido qua ibid.
Henrici à Methymnia ducis Aſincæ erga Rodericum Ponze de Leon, Marchionem Gaditanum fidelitas 187
Henricus Bavarus Imperator Chunegundam conjugem de violata pudicitia inſontem reperit 68
Henricus primus Imperator Auceps dictus præclaram diſciplinam inter militem & agricolam ſancivit 88
Henricus IV. Rex Galliæ & Regina Angliæ in prœliis in maximis periculis & conſpirationibus deſtituti auxilio humano, divino auxilio incolumes manſerunt 25
Henricus Rex Luſitaniæ reprehenditur. 194
Heraclitus amentiam mundanam riſit. 33
Hercules leonina pelle amictus, & cur. 179

Hercu-

Hercules Thebanus patronymico nomine Alcides appellatus ib.
Hercules Ægyptius gigantes una cum Oſiride in Italia devicit ib.
Herculis & Alex. comparatio qualis 209
Hercules Alemannus tempore Mancalai XIV. Regis Aſſyriorum, apud Tuiſcones regnavit, ob fortitudinem ita dictus. 169
Heroſtrati Epheſij, Rajamontis & Faleiij memoria abolctur 259 260
Hieronymus Anca Hiſpanus fidem Petro Torellio ſervatam fregit 84
Hippocratis judicium de vultibus humanis 8
Hippolytus ſine agnitione naturali Dei & motu ſpirituali ab inceſtu Phædra abhorruit 2
Hippolytus filius Theſei novercæ Phædræ inceſtam conſuetudinem valde averſatus fuit ib.
Hippolyti continentia prædicatur ib.
Hiſpani maximopere ſuis palatis nituntur & confidunt 124
Hiſpanorum rebellium ſigna aliquot in Inſula deſerta expoſita, ex deſperatione metu inediæ, ut fortiter caderent ſe mutuo interficiunt 190
Hiſpani bellum quā ocium malunt, ſi externeus abeſt, domi hoſtem quærũt 191
Hiſpani & Luſitani pertinaciſſime vel ſuis ducibus, vel opinioni & libertati ita inhæſerunt, ut ab ea non niſi morte divelli potuerint 190.191
Hiſtrio quidam vorax, juſſu Damaregis ſuſpenſus 137
Homo ex homine naſcitur, diabolus autem ex diabolo non 4
Homo tā bene culmo quā auro tegitur 141
Homo quilibet pius bonum Angelum cuſtodem habet 64.65
Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut Sol: ſtultus ſicut Luna mutatur 153
Homo minore miſericordia dignus eſt, quam bruta, & quare 311.312
Homo natura animal elegans 168
Homo nobilis Regem Gallarum Franciſcum I. occidere in animo habēs, à judicibus curiæ Pariſienſis capitis damnatur 23
Homo ex terra & limo manu Dei formatus & factus, peccato deformatus, & corruptioni obnoxius, ad primævam ſuam materiam defunctus neceſſario rediturus eſt 283
Homo ſeipſum recte cognoſcere nequit, niſi perpetuo cogitet, ſe mortalem, neque certum eſſe quo anno, quo die, quo momento eum mors abripiat 158
Homicidij pœna apud Græcos 171
Hominis pœnitentis lachrymæ quomodo fiant 109
Hominis ſtatus facilime uno momento mutatur 156
Homini juxta ſententiam Socratis, Empedoclis, & Menandri duplex Genius attributus 54
Homini nil ſatis eſt, cui pauca non ſufficiunt 153
Homines boni & mali unde cognoſcantur. 8
Homines cur mortales appellentur 228. 229
Homines licet natura habiliores ſint ad loquendum quam ſcribendum, tamen arte & induſtria contrarium doceri poteſt 28
Homines magis iraſcuntur, cum injuria inſten–

Digitized by Google

infertur, quam cum vi domantur. 265
Homines nulli magis ſitibundi gloriæ eſſe ſolent, quam qui eam fugientium ſpecie perſequuntur 170
Homines omnes nudi naſcuntur & moriuntur 168
Homines, qui fœdis concupiſcentiis manus dederint, ventrique dediti per inertiam atque laſciviam, ingloriam, inutilemque peregerint vitam, nec quicquam penſi, pudoriſve habuerint in Aſinos poſt obitum dejiciuntur. 143
Honores alunt artes, & liberalitas gloriam 240
Honorius taxatur 340
Honorij & Theodoſij Imperatorum lex militaris quæ 89
Hoſtes dum timemus, ab eis juvamur, & ab inimicis multa edocemur utilia ad cuſtodiam & providentiam 262
Hugo Marchio Brandeburgenſis Vicarius Ottonis III. Imperatoris magnis virtutibus in Italia præditus fuit, quod hominibus otioſis & aſotis infenſus fuerit 137
Hungariæ proceres recordantes beneficia ſibi exhibita Ioannis Huniadis adverſus Turcas, Matthiam filium captum à Ladulao in Regem creant 132. 133
Hyberniæ regnum nullum venenatum animal gignit, nullum reptile noxium, nec olim ab hoſtib9 unquam expugnatum eſt 204
Hybernia quoad perpetuam libertatem felicitati urbis Venetæ aſſimilatur 205
Hybernia quando ad Henricum II. Angliæ regem delata fuerit 205
Hybernia quo loco ſita ibid.
Hybernia ab Ariſtotele & Claudiano Ierna nominatur 204
Hyberni ad bonam culturam tãtum concordia & bonis legibus caruerunt. ibid.
Hyberni populi moribus inculti & barbari, legum & diſciplinæ fere ignari, in agriculturam deſides, & ideo lacte magis quam pane vivunt ibid.
Hypalia fœmina Alexandrina defectum naturæ fragilitatem recte conſideravit 163
Hypocriſis teterrimum vitium eſt, qua ſocietatis humanæ, omniũq; amicitiæ vis diſſolvitur 162
Hypocrita licet ſuperbia ſua ad cælum uſque attigerit: tandem tamen quaſi ſterquilinium peribit ib.
Hypocritæ extenſis manibus & brachiis Deo tantummodo illudunt 4
Hypocritæ in corde pleni fraudis & proditionis, etiam externo fuco pietatis, & ſimplicitatis alios & ſeipſos decipiunt. 11
Hypocrytæ in precando nullo zelo flagrãt. 4

I.

Iacobus IV. Scotiæ Rex ad ædificationes civitatum magnos ſumptus, ſed navium fabricationes longe maximos fecit 111. 112
Iacobus Bagge Navarchus Suecicus à Danis captus 110. 111
Iacob. IV. Scotorum Rex in Ioannis Comitis Gouriæ, & Alexandri Rutheni, ejus fratru,

Digitized by Google

tris, ſic avorum inſidias incidens, divinitus conſervatus & pro parta victoria Deo omnipotenti gratias agit 24.25

Iacobi Baſtardi regis Cypri deteſtabilis formula juramenti fidelitatis praſtiti Soldano Mamalucorum regi, adjunctis horrendis & diris imprecationib. 252

Iaquetus Griſus Ioannis Carongij renitentem uxorem ſtupravit 77.78

Iaſonem educarunt filia Centauri 17

Ictus locuſtarum, muſcarum, aliorumque inſectorum in deſerto impiis Iſraelitis lethales fuerunt 51

Ieſuatarum ordo, quando ſit inſtitutus 71

Ieſuitæ vel Ieſuatæ vulgo fratres ignorantiæ vocantur ibid.

Ignis nonnullos interdum lædere non poteſt 73.74.

Ignominia obtrectationum & calumniarum ſunt architectura diabolica 68

Imago naturæ hominis & tacitus ſermo mentis in oculis humanis exprimitur 13.21

Imbraimi interpretis Turcici Imperatoris cum Busbequio Francofurti in Electione Maximiliani II. Cæſaris legati colloquium 93.94

Immanitas Longobardorum quæ 207 & 208

Imperator Turcarum nullum hoſtem magis, quam Matthiam Hungariæ regem formidarit 134

Imperatores, reges & principes viri peculiaria ſigna commonefactoria mortis futura contra faſtum & ſuperbiam habuerunt 226

Imperatoribus olim eo die, quo coronam acceperunt, ſedentibus in regio throno cæmentarius aliquot lapidum genera proponere ſolebat, ut deligeret unum ex his, ex quo tumulum ſibi fabricari vellet ibid.

Impoſtor quidam apud Lucianum Chriſtianos myſteriorum exploratores appellat 34

Impoſtura Tyranni, ſacrificuli Saturni 217.218

Incenſiones ſummæ Dei ſunt gratiarum actiones 2

Incontinentia & intemperantiæ diſtinctio quæ 151

Incurſus leporum interdum ominoſi & fatales 389.390

Indagatores potius ſequuntur lepores, quam inveniunt 387

Indi anthropophagi 337

Indi occidentales quibus nitantur ſuperſtitionibus 39

Indi orientales atrocibus calamitatibus & miſeriis ſubjecti 339

Indus quidam Orientalis ex Gangaridum ſeu Bengalarum gente ad 335. annos vitam produxit 273

Indicia Phyſiognomica tam certa non ſunt, ut non interdum induſtria, accurata educatione & diſciplina corrigi poſſint 9

Indicium grati animi brutis quoque innatum, & ab iis hominibus non raro exhibitum fuit 222

Indicia generoſi equi in potando ex naribus ſumuntur 347

Infirmitate noſtra nobis in cœlum conſcinde-

ſcendere non licet 3

Ingrati apud Perſas plectebantur 321

Inimicorum tela & vulnera præter ipſorum intentum plerunque ad ſanitatem & utilitatem conducunt 261 & 262

Inimiciter non eſſe iraſcendum 263

Injuria quæ privatim ſuſtinetur non eſt in magiſtratu exercenda 193.194

Injurias ſuas qui perſequi volunt, dolori ſuo, non Reipubl. commodo ſerviunt 201.202

Injurias ferendo majorem laudem, quam ulciſcendo meretur 201

Innocentius voluit, ut presbyteri, monachi, converſi, peregrini, mercatores, ruſtici euntes & redeuntes, atque in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur 88

Inopes quæque civitas ſuos alere, mendicos vero otioſos arcere debet 293

Inſignia Alexandri Magni fuerint quæ 31.32

Interpretes LXXII. ſalutato rege, lotiſque manibus pro communi omnium Iudæorum more vota fecerunt 3

Intrinſeca nulla meliori ratione perpendi poſſunt, quam ſi extrinſeca diligentius, nimirum humana fragilitas, conſiderentur 156

Iohannes Baſilides Moſcorum tyrannus 17

Ioannes Sonnebergius Comes Germanus provocatus ab Antonio Maria victor exiſtit 80.81.82

Ioannes & Petrus Apoſtoli libidinem ex oculis vagis & procacibus arguerunt 16

Ioannes Capiſtranus ſuæ ætatis vir ſanctus 133

Ioannes Columbinus Senenſis Ieſuitarum primus fundator 71

Iohanna Pancica Agrigentina Bernardo Belluardo Agrigentino nupta tantæ fuit fœcunditatis, ut tricies circiter enixa tres ſupra ſeptuaginta ediderit liberos 273

Ioanna Lotharingica in Barrenſi ducatu obſcuro genere, Iacobo Dareo videlicet, & Iſabella matre nata eſt 123.124

Ioanna, quæ vulgo puella Lotharingica dicta, ſuo ſacro gladio Anglos vibravit, & Carolum VII. in regnum amiſſum reſtituit ibid.

Ioanna Regina Hiſpaniæ Caroli V. matris zelotypia erga maritum 145.& 146

Ioanna vel Iana. puella Lotharingica vulgo dicta, gladius ſacer qui 123

Ioannis Baſilidis Moſcorum Principis crudelitas 337

Ioannis Oſtromecij artificioſa arca ferrea plena tuborum ſclopetariorum, quam aperiens graviter perterrebatur 120

Iobi exclamatio in ſuis afflictionibus & cruciatibus quæ 7

Ioſephus ut exemplum caſtitatis eleganter introducitur à Philone 117

Ioſephus omnis generis mala ex libidine promanantia corde ſecum volutat 1

Ioſephus à Potyphariſ uxore ad libidinem pellicitur ibid.

Ioſ-

Ioſephus piis & caſtis argumentis Potyphari's uxorem redarguit, & à peſſimo propoſito avertere conatur 1. & 2
Ioſeph & Matthias pro Apoſtolatu eliguntur 13
Ira homicidium animi 8
Irritamenta vitiorum longiſſimè profugienda 131
Iſaac præ nimia ætate ſenſum videndi amiſit 30
Iſmael Rex Perſarum in venatione, quam Legato Regis Luſitaniæ exhibuit, adunco gladio multas beſtias uno ictu in duas partes diſſecuit 122
Italici Principes cur longioribus gladiis ſubditos accinctos eſſe non patiantur 183
Iudas Machabæus gladium Appollonij, relictis aliis ſpoliis, elegit, eoq; quam diu vixit, in bello contra Aſſyrios hoſtes Iudæorum uſus eſt 123
Iudæus Medicus Selymi præmiorum ſpe perſuaſus, ut Bajazetem Selymi patrem veneno ſuſtulerit, ſed ejus juſſu poſtea occiſus eſt 258. 259
Iudæi & Mahometani devotionem in corporum mundicie crebris lotionibus quæſiverunt 4
Iuliano Apoſtatæ quid contigerit à ſpectro 58
Iuliani Apoſtatæ animus præfractus & non ſyncerus 17
Iuonia Regulus VValachiæ conſpiciens auxiliatores ſuos præ gaudio lachrymabatur 152
Iupiter à ſceleſtis bonis hoſtiis minimè placatur 2
Iurare per lapidem, quid 306. 307
Iuſtinus Martyr de puritate mentis Deo exhibenda quid ſentiat 5
Iuſtini Martyris Decalogi de non alieno concupiſcendo expreſſio ibid.
Iuſtiniani Imperatoris conſtitutio contra otioſos mendicos quæ 293
Iuvenis quidam ſimulata turpitudine cujusdam formoſæ virginis & libidinis furore revocatus caſtitatis amore flagravit 163. 164
Iuvenes Athenienſes comam ad annos pubertatis alebant, deinde à parentibus ad Tribules adducti, ut comam tonderent 173
Iuveni cuidam, qui compreſſerat nobilem virginem pœnæ loco à tonſore pili deciſi ſunt 179

K.

Kiovia urbs olim celeberrima & ampliſſima, ubi templum in quo cadavera non putreſcentia 283

L.

Labor ocij antidotum 138
Labor omnis tam diu gravis putatur, donec ſola animi conſideratione penſatur 139
Laboris ſucceſſus dulcedinem parit & lætitiam menti confert ibid.
Laborando & cupiditatibus reſiſtendo, divitiæ acquiruntur ibid.
Lacedæmonij enſibus tantummodo pugnantes non eſſe virtutis putarunt, quempiam miſſa ſagitta interficere 124
Lacedæmoniorum ambitio tantū ſub ſordido & neglecto veſtitu latuit 170

Digitized by Google

Lachrymæ interdum ex riſu nimio promanant 160
Lachrymâ Crocodi'eæ qua 109
Lachrymæ à neceſsitate naturali exprimuntur 106
Lachryma hominis pœnitentis quomodo fieri debeant 109
Lachrymarum quædam ex vindicta cupiditate & ira manant 106
Lacon quidam moriens vehementer dolebat, quod ab imbelli ſagittario & muliercula ſimili læſus fuiſſet 124
Laconicæ mulieres & virgines lege Lycurgi nudæ in publicis ſpectaculis ſe exhibentes & exercentes ἀνδρομανεῖς dictæ ſunt 176
Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex in balneo medio pomo veneno tincto occiditur. 133
Landa Nanus Gallicus ob partam victoriam adverſus Zerbulum Genuenſem vaſto corpore virum à Carolo VIII. Gallorum rege quingentis aureis donatus 79
Ladislaus Lerezimus cum Hiulam prodidiſſet & magna præmia ſibi promiſſa ob hanc perfidiam expectaſſet, juſſu Selymi vaſi clavis perforato includitur, & de monte obvoluto dolio occiditur 295
Lapis ex beſtiis quibusdam eruitur Cabriſia appellatus, qui mirificam ad ſanguinem ſiſtendum vim continere dicitur 301
Lapis Propheticus in urbe Aurengiæ inventus. 43
Lares cur præſtites vocentur 364
Lavandi conſuetudo corporis exterioris cur introducta ſit 3
Laurentius Hetblandus poſt centeſimum ætatis ſuæ annum uxorem duxit & natus annos centum quadraginta ſæviſſimo mari in ſua navicula piſcatum prodijt, tandem nulla vi graviorum morbi labefactatus, ſed ſenio ſolutus deceſſit 277.278
Lazarus Schvvendius ex inſigni proceritate corporis à Turcis agnitus 19
Lazarus Schvvendius Livianarum enarrationum verus imitator 83
Lazarus Schvvendius in obſidione Magdeburgenſi à præſidiariis agnitus, eruptione ſubita facta, multis globulis ex tormentis majoribus & minoribus petitus virtute equi optimi tranſilientis foſſam vix incolumis evaſit 83
Lazarus Schvvendius Turcis formidabilis in obſidione Zatuari Erdelij caſtri 19
Lazarus Schvvendius aliquot globis tormentariis è machinis majoribus petitus fuit ibid.
Lazari Schvvendij conſilium, quo pacto reliquiæ Regni Hungarici & Croatici ſalvari & eorundem regnorum amiſſa recuperari queant 92
Lazari Schvvendij querela qua diſſeruit, quo pacto Turcis reſiſti poſſet ibid.
Legatio Tartari Chân ad comitia Polonicorum ordinum creando Regi poſt obitum Stephani Battorij regis indicta 380
Legati Henrici Aucupis Imperatoris ab hoſtibus prope Goslariam violati, & præciſis crinibus male multati ſunt 171.172
Legatio Henrici VI. Imp. ad Alexan. Comnenum

Digitized by Google

mnenum Imperatorem Græcorum 129 130
Leges ſine moribus quid efficiant 90
Leges Venetæ de dotibus quæ 182
Leges Gallicæ Carolo IX. regnante de dotibus promulgatæ quæ ibid.
Leges divinæ divinitus per truculentiſſimam perturbationem Zelotypiæ traditæ 143
Leæna non ſolum apud Græcos robuſtiſſimum & bellicoſiſſimum animal putatur eſſe: verum etiam apud barbaros 335
Leodium à Ludovico XI. Rege Galliarum & Carolo Burgundiæ duce expugnatum & direptum eſt 186
Leo Maximiliani II. Imp. 330
Leo captivis & vinctis à Turcis Hungaris parcit 329
Leo culicibus præſertim in oculis uſque ad necem infeſtatur 331
Leo eſu ſimiæ priſtinam recuperat valetudinem 331
Leonis feritas nulla re magis domatur atq; frangitur, quam accenſis facibus 332
Leo ſeptis & clauſtris confractis, in urbe Florentina hinc inde veluti furibundus diſcurrens deprecante matre, parcit puero 328
Leo verſutia ſingulari pollet, ut venatores decipiat 334
Leonis capiendi modus 332
Lepores hermaphroditi 387
Leporis arma quibus ſe tutatur, quæ 386
Leporum oculi adeo ſunt indefeſſi, ut etiam apertis iis dormitant ibid.
Leporum genera tria, unum Italicum, alterum Gallicum, tertium Hiſpanicum 388
Leporum captura quæ 389
Leporum & ranarum calamitates & miſeria quæ 385
Lepore auctore Roma capta 390
Lepus adeo gratioſum eſt animal ut ſive veſtigetur, ſive inveniatur, ſeu currat ſeu capiatur, ſemper delectet, idq; ſuo periculo 286
Lepus in terræ motu maximo quo Sparta fere tota concuſſa eſt, multos incolumes conſervavit 390
Lepus Hebræis in fœmineo genere Arnebeth 387
Lepus Brugenſibus omen infelix 390
Lepus animal fœcundiſſimum 389
Leproſi cur mundis hominibus inviſi 291
Leſco II. hujus nominis, quamvis plebejus eſſet, tamen virtutibus ſuis in principem Poloniæ electus eſt 232
Lex Draconis quæ 310
Lex Francorum de veſtibus promulgata quæ 169.170
Lex Maſſilienſium de mendicis quæ ibid.
Lex Macarenſium qualis 288
Lex Papia quæ 269
Libellus fatalis ab Alphonſo inventus 44
Liberalitas Ptolomæi Philadelphi potentiſſimi regis Ægypti erga viros doctos: quæ 236
Liberos plures quam tres uno fœtu parere portentoſum eſt 272
Libidine pecus ex homine redditur 149
Λιμοκτόνον animal quale 52
Locus apud Solinum cap. 30. priſcæ lectioni reſtituitur 503

Longobardi quadruplici ratione ſuum Regnum adminiſtrarunt 207. 208
Longobardi finitimis regionibus plane immites Romanosq; ſibi tributarios & pene colonos effecerunt ibid.
Longobardorum cura tantummodo in alendo equitatu viguit 208
Lucernæ ſale injecto cur melius ardeant 113
Lucij Ælij Sejani ſors iniqua 220
Ludi omnes in quibus periclitatur hominis ſalus, aut animorum omnino ſunt tollendi 76
Ludovicus Martellius pugnans cum Ioanne Bandio Florentino profligatur 79
Ludovici XII. encomium 194
Lodovicus Galliarum Rex in Ægypto contra Saracenos Alemanico gladio pugnavit 122
Idem poſt mortem ſanctus appellatus ibid.
Ludovici XI. Regis Galliæ tempore civium Pariſienſium armatorum centum & quatuor millia fuerunt 270
Luitvvardus Caroli III. Imperatoris Conſiliarius 68.69
Luna Hieroglyphice ſignificat ſtultos & inconſtantes homines ob aſſiduas mutationes 153
Lupa tanquam nutrix Romuli & Remi, apud Romanos in honore fuit, ideoq; in hieroglyphicis proſperitatis ſignum fuit 344
Lupus auxilio fuit Geloni Syracuſano adhuc puero, ut imminenti vitæ periculo ſubduceretur ibid.
Lupus in hieroglyphicis pro inauſpicato animali habetur ibid.
Lupus tranſcurrens cur bonum eventum ſignificet; lepus vero malum 343
Lupus Romanis inviſum fuit animal ibid.
Luporum anima admodum venenata atque peſtilens ibid.
Lupus cur vulgo nec patrem, nec matrem, nec prolem unquam vidiſſe jactetur 145
Lupi in ſacris literis qui dicantur ibid.
Lycoſpades equi unde dicantur 344
Lycurgi lex apud Spartanos fuit, ut ſi qui in orbitate & ſolitudine cælibes viverent, ea afficerentur injuria, ut à ludis arcerentur, per hyemem vero forum nudi circumire cogerentur 268
Lycurgi lex bellica qualis 225

M.

MAcarij Eremitæ doctrina de præparatione animæ Chriſtianæ erga Deum 16
Machina Choſroes regis Perſarum qualis fuerit 116
Machina fulminans Caligulæ Cæſaris quæ 117
Machina ſubdola Suiſcio præfecto Pleſcoviæ miſſa, quam duo Moſci aperientes perierunt 120 121
Machinationes diaboli quæ & quanta 63.64
Magelesa navis Suecica tanta magnitudine, ut nulla in toto ſeptentrionali Oceano talis ab ullo hominum viſa ſit 110.111
Magelesa à Danis combuſta ibid.

Magi

Magi ſimpliciores ſub prætextu pietatis & caſtitatis decipiunt 4
Mahometus Turcarum Imperatoris fabula de lupis & canibus 93
Mahometani non ſolum erga proditores ſuæ religionis ſunt male affecti, ſed nec etiam Chriſtianis ex animo fidunt 259
Mahumetes Turcicus Imperator vehementer de obitu Ioannis Corvini patris Matthiæ Hungariæ regis, quod acceptam ab eo turpitudinem non ultus ſit, lachrymatur 106
Majeſtas ſumma emergebat ex oculis & vultu Maximiliani Cæſaris 17
Majo natione Apulus, patria Barenſis humili ortus genere ad Siciliæ regnum adſpirans à Matthæo Ponello occiſus eſt 221
Majonis parens Bari oleum vendere ſolitus eſt ibid.
Mala conſcientia ex divina legis decalogo declaratur 7
Mali dæmones etiam ſacrificiis delectantur 2
Malitioſi mendici qui vere indigentibus ſua pigritia alimenta de induſtria ſurripiunt, plane exterminari debent 295
Malum quod furioſus facit, perinde eſt, ac ſi caſu ſine miniſterio perſonæ ſit factum 23
Manes an genij ſint 34
Manichæi eleemoſynam pauperi dandam præciſe, & abſque omni reſpectu negarunt 294
Manus puro corde ad Deum extendamus 3
Manus Dei orbem terrarum ex materia inviſa creavit 51
Manuum extenſio nos ad Deum confugere declarat 4
Manuum extenſio in ſacrificando quid ſignificet 3
Manna 403
Mares tempore Romanorum olim ad excitandam libidinem, veſtibus, habitu, & omnibus aliis muliebribus ornamentis, inter ſe invicem ſub quadam falſa muliebri ſpecie nupſerunt, & nuptias contraxerunt 178
Margaretha Hennebergenſis Comitiſſa in die Paraſceves, nona hora ante meridiem infantes vivos promiſcui generis trecentos ſexaginta quatuor peperit 273
Mars ab Homero ἀλλοπρόσαλλος *dictus* 19
Maſiniſſa poſt annum octuageſimum ſextum liberos genuit 277
Maſiniſſa non ſolum ſuum regnum paternum, ſed etiam Syphacis Regis hoſtis ſui obtinuit 132
Maſiniſſa Numidiæ omnium regum ſuæ ætatis maximus aliquoties varietate fortunæ ad regnum avitum adſpirare non potuit 131. 132
Maſilienſium leges laudabiles quæ 181
Matthatiæ admonitio ad filios ſuos 165
Matthias mirabilem fortunæ viciſſitudinem antequam in regem crearetur habuit 133. 134
Matthias Hungariæ Rex Ioannis Huniadis, Corvini Moldavi filius 132. 133
Matthias à Ladiſlao Hungariæ & Bohemiæ rege ob caſum Vlricum Ciliæ comitem regis cognatum, in arctiſſimum carce-

INDEX.

carcerem incluſus eſt ibid.
Matthias mortuo Ladislao Hungariæ rege & Bohemiæ, rex Hungariæ deſignatur 133
Matthias Rex Hungariæ tria bella atrociſſima cum potentiſſimis hoſtibus uno tempore geſſit ibid.
Matthias Rex Hungariæ in flore ætatis ſubito extinctus fuit 134
Matres proprios in Cantabrico bello filios interemerunt ne vivi in hoſtium manus devenirent 191
Matronarum ornamentum pudicitia eſt, non veſtes 160
Matus piſcis 160
Maximilianus Cæſar hujus nominis primus à Brugenſibus captivus tenetur & indignis modis tractatur 18
Maximilianus Cæſar rebellium conſcientiam valde commovit & concuſſit ibid.
Maximiliani I. Romanorum Imperatoris tanta fuit modeſtia, ut nudum ſe, nec vivum nec mortuum cōſpici voluerit 174.175
Maximilianus in ſuis periculis non ab animi magnitudine diſceſſit 18
Maximilianus I. arcam ligneam ad corporis humani menſuram fabrefactam ſecum biennio ante mortem circumvectavit, quæ mortis memoriam ante oculos ſibi præferri voluit 157
Maximi Tyrij philoſophi ſimilitudo de Republica quæ 215
Medicina ſecundum Valleſium Iurisprudentiæ cum diſtinctione anteponenda 238
Medioxumi Genij dicti 54
Megarenſium lachrymæ quæ 106
Melochus filius Salomonis & Eunuchus Reginæ Candacis ritus Eccleſiaſticos, ſed diverſos Abyſſinis ſtatuerunt 205 206
Mendicis validis nihil eſt dandum 294
Menenij Agrippæ oratio ad Quirites, qui ſeceſſione à Senatu & Patriciis facta in Montem ſacrum ſe contulerant 185
Mens pura animusq; vacans perturbatione apud Deos optima oblatio 22
Mens humana cur per ſe absq; ullo effectu moveatur 110
Merces digna & præmia proditorum qualia eſſe debeant 257.258
Meretrices Romanæ in honorem Floræ Deæ ludos nudæ celebrare ſolebant 175
Meſſanenſis mulier ætatis ſuæ 23. novem infantulos uno partu edidit 273
Mäuſthurn ubi ſita & unde nomen habeat 252
Michaelis Zilagij Matthiæ Regis Hungariæ avunculi inſtabilis fortuna 134
Miles ex exercitu Honorij & Theodoſij Impp. ab hoſpite quicquam poſtulans decem librarum auri mulcta feriebatur 89
Miles, ne auro, gemmis & purpura ſe ornet 130
Miles quidam neq; in ciſta incluſus neque ſuſpenſus à muribus tutus manere potuit, ſed corroſus ab eis 48
Milites Turcici non ſemper armati incedunt 183
Milites quid deceat 365

Militem

Militem obaſum & corpulentiorem, quare Epaminondas ab exercitu ſubmovendum duxerit 125
Milites immodeſti & impuri ex rapto vivunt, vicos & agros miſere vaſtant, ruſticos homines affligunt, milleq; alia ſcelera patrant 90
Militem à militia tria abſterrent. 92. 93
Militum ocio langueſcit induſtria, & intenditur ſocordia 135
Militum Turcicorum diverſa genera. 96
Miltiades & Socrates de Republica bene meriti carceribus & veneno ab Athenienſibus necati 308
Milvij fabula 152
Minucij monitio ad Marcium Coriolanum 158
Minuta & deſpecta etiam habent vires peculiares nocendi 49
Miſerrimum eſt ſub medicorum manu vivere 158.159
Modus jurandi Romanis quis 306
Moguntia inter liberas civitates imperij eſſe deſiit tempore diſsidij inter duos Epiſcopos Dietherum Iſenburgenſem & Adolphum Naſſavienſem. 186
Molendina aliquot, in quibus pulvis tormentarius conficitur, in Euphrate viſa ſunt 118
Momi Ethnici reprehenſio in Deum quod cum cor indidiſſet receſsibus, & cavis occultum & celandis fraudibus idoneum, non feneſtram addidiſſet, quo perſpici poſſet, quid in hiis ſpecubus lateret. 6.7
Monachus qui manibus ſuis non laborat violento, aut ſi mavis, latroni æqualis judicatur 294
Monachi Dominicani Bernenſes magicis ſuis ludibriis ſtatuas lachrymantes effecerunt 217
Monachi Turcici ac peregrinatoris facetiæ. 74
Monachale otium quod 294
Monarchæ priſci non ſolum, ſed etiam recentiores ſoliciti fuerunt, quo pacto regna & imperia non tam acquirere, quam tueri & conſervare poſſint. 210
Monocerotis cornu vis contra toxica pellenda 375
Monomachiam & ferri calidi examinationem Eccleſiaſtica conſuetudo in diſcutiendis Eccleſiaſticis cauſis non recepit, nec canonica authoritas inſtituit. 71
Monomachia ut olim Ethnicis, ita hodie Chriſtianis cum Turcis in finibus Hungariæ & Dalmatiæ uſitatiſsima. 75
Monomachia pro eruenda veritate fallax eſt & incerta ibid.
Monomachia à jure & legibus interdicta, tam apud recentiores, quam priſcos canones ibid.
Monomachia inter Ioannem Sonnebergium Comitem Germanum, & Antonium Mariam Italum Auguſtino Barbarigo Duce Veneto regnante facta. 80.81
Monomachia duorum Hiſpanorum ex levi cauſa, nempe alea luſu orta. 82. 83
Monſtroſa oratio monſtroſæ mentis certum indicium prodit 200

Digitized by Google

Monſtrum novum in Scotia natum. 275

Monſtrum novum natum eſt in Caſtello Emmaus, regnante Theodoſio Imperatore. 276

Morbi S. Viti vel Modeſti curandi ratio. 321

Morbi Gallici origo unde 292

Moribus exterioribus intima cognoſcuntur. 10

Mors omnibus hominibus, quamprimum naſcuntur, imminet 228

Mortis ſimulacrum in conviviis Ægyptiorum circumlatum cur 156

Mortui cur coronis inſigniantur 227

Moſcovitarum cultus mortuorum quis. 283

Mos præcidendi & tondendi barbas ab Italis ad Turcas manavit 172

Mos nutriendi & conſervandi barbas in oriente qualis fuerit 163

Motus equini de auribus intelliguntur. 347

Muleaſſes Rex Tunetorum ob luxum & intemperantiam de regno dejectus unguentorum odore in fuga agnitus, & à filio excæcatus fuit. 128. 129

Mulier quædam quatuor partubus viginti edidit liberos 273

Mulier quædam captivos neceſſitudine ſibi junctos trucidavit 191

Mulier quædam in Germania configuratis confirmatisq; in utero duorum & viginti infantium corpuſculis abortum fecit. 273

Mulier virilibus utens veſtimentis in Gangrenſi concilio anathemate feriebatur. 169

Mulier ne veſte virili, nec vir fœminea utatur, divina lege cautum eſt. 168

Mulier æmulans mulierem flagellum linguæ omnibus communicat 144

Mulieri, quæ in partu tres liberos edidit, jus trium liberorum competiit. 272

Mulieres ſuſpectæ quomodo olim probatæ ſint. 143

Mulieres quæ honeſtatis ac pudicitiæ exiſtimationem habere cupiunt, naturæ quidem pulchritudine contentæ ſunt, eam autem in melius excolere non repudiant 164

Mulieres quædam quinquageſimo ætatis anno infantes peperiſſe 277

Mulierum ornamentum quod ſit. 160

Mulieres Turcicæ imprimis cavent, ne in conſpectu virorum lavent 176

Mulier Turcica amore juvenculæ capitur. 177

Multi beneficia Chriſti contemnunt, & ſua ignavia negligunt 108

Mundanum in mundo nihil eſt, quod non ſit inconſtans, fluxum, evanidum, vaniſſima denique vanitas. 160

Mures & glires ſitim diutiſſime perferunt. 49

Mures, Perſarum magi, interfecerunt. 48

Muſica vis 320

Muſicam corporis morbis mederi, cenſent Strabo & Quintilianus 319

Muſicus excellens cæcus 29

Myſia & Pannonia multa mala à Turcis perpeſſa. 104

Nabo-

N.

NAbodabeguca Princeps in regione Malacæ multis vulneribus conciſus cecidit, ut nullum ſanguinem è vulnere emiſerit 300.301
Narſes celeberrimus Heros puſillo & exiguo corpore erat 20
Naſus acutus, craſſus, ſimus, & aduncus quid ſignificent 8
Naſus craſſus & depreſſus conſceleratos mores in homine prodit 9
Naſus plenus, ſolidus, & obtuſus, qualis leonibus & moloſſis fortem & jactabundum hominem indicat ibid.
Naſorum differentia plures ibid.
Natio una præ alia zelotypiæ morbo obnoxia eſt. 143
Nationum varietate variantur etiam naturæ 10
Natura nihil mancum admittit, nihil ſupervacaneum, nihil otioſum habet & frivolum 27
Natura ſumma induſtria, quæ ad humani generis procreationem attinent perfecit. ibid.
Natura hominum an ex aſpectu cognoſci poſſit. 16 17
Natura non patitur ex eodem ventre duos pluresve ſimul partus procedere. 272
Natura noverca ante omnia unum hominem animantium cunctorum alienis opibus velavit: cæteris varia tegumenta, teſtas, cortices, coria, ſpinas, villos, ſetas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera, &c. tribuit. 167
Natura homini bonum ſine aliquo malo non dedit 115
Natura leporis in vitandis hoſtibus qua. 387
Naturæ defectum Deus aliis remediis compenſat 27
Naufragium, & ſtupenda Calamitas Emanuelis Soſæ Luſitani 243.244
Navigium adhuc celeberrimum extat Venetiis 112
Navis Svecica cincta à Danis, & igni conſumpta eſt 110.111
Nemo moritur qui non vixerit, ſic nemo vivit, qui non moriturus ſit 228
Nemo ab honeſto labore deterreri, eumq; ſubterfugere, ſed ſi cæptus eſt, in illo ſtrenue pergere debet 138
Nepheſch & Neſſamah quid 62
Nero imperator Romanorum homo veſanus & libidinoſiſſimus 179
Nero Imperator Sporum puerum exſectis teſticulis in muliebrem naturam transformare conatus eſt. ibid. & 180
Nero Imperator Serapidis templum in Ægypto diruit, ejusque Sacerdotes necavit. 217
Nero ſomniat ſibi ſe formicarum multitudine oppleri 35
Niconis pugilis Thaſij ſtatua, fuſtibus caſa, in cadentem collabitur eumque oppriinit 310.
Nihil habenti nihil defuit 142
Nitrum temporibus Plinij notum fuit. 118
Nivium immanes moles, Germanicè Schneelehnen / per montium præcipitia labentes, periculoſiſſimæ iter facientibus 335
Nobilis quidam per decennium quatuor atrociſſimis malis conflictatus, & ab

illis tandem liberatus eſt 265
Nonnulli ſicariorum ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerunt 25
Nubia olim regnum Chriſtianum 297
Nubiani inferioris Ægypti partibus contermini ſub Alexandrino ſacra lingua Elbupti celebrarunt 296
Nubiani qui — ibid.
Nubianorum Metropolis Condari dicta. ibid.
Nubiani ſub Chiromantia & præterita futurorum divinandi prætextu homines fallunt. 297
Nuditas reprehenditur. 147. cum ſeq.
Nulla pars vitæ præſertim piorum, dolorum vacua exiſtit, ſed potius omnibus expoſita eſt 155
Nulli mortalium Dij certam futurorum ſcientiam dederunt, nec poſt homines natos quicquam inveniendus, cui omnia ex animi ſententia ſucceſſerunt. 245
Numa Pompilio regnante ancile è cœlo cecidiſſe fertur 41
Numina venientia ad nos, & à nobis recedentia animalia rariſſime, in homines ut plurimum ſe transformant. 60
Nummos capere facilius, retinere vero difficile. 210

O.

OBedientia, quæ debetur Regibus, niſi adſit timor quidam & reverentia, eſt res fragilis 212
Oblatio optima apud Deos eſt mens pura. 2
Occulta odia, cupiditas nimia propriorum commodorum & juvenilia conſilia Trojam & Romam, itidem Moguntiam & Leodium everterunt, & eliberis Rebuspublicis & civitatibus in aliorum ditionem pervenerunt 186
Otio militum induſtria langueſcit, & ſocordia intenditur 135
Otium in bello plane prohibitum ibid.
Otium militibus occaſionem movendi ſeditiones præbuit ibid.
Otium monachale ſanctis patribus olim exoſum fuit 294
Otium inter quinque peccata Sodoma numeratum 138
Otium corpori & animo perniciem affert. 135
Otium pulvinar Sathanæ 136. 151
Octavius Auguſtus ſex & quinquaginta annos florentiſſima in pace univerſum fere orbem terrarum ſervavit. 194. 195
Octavius Auguſtus Cæſar tam patiens fuit injuriarum, ut male de ſe opinantes vel loquentes potius contempſerit, quā puniverit 260
Oculus Deo eadem ratione tribuitur, qui tam acutus ſit, ut omnia contempletur 14
Oculus malignus & nequam denotat hominem invidum, tenacem & illiberalem 14. 15
Oculus ex membris humanis cur pro Deo ſigno deſumatur 30
Oculus mundi Deus Opt. Max. nuncupatur ibid.
Oculus hominis lucerna corporis ſui. 15
Oculi plus vident quam oculus 14

Oculi vagi & procaces libidinem denotant ibid.
Oculi ſunt fideliſſimi teſtes 13
Oculi parvi in homine quid ſignificent. 8
Oculi cærulei interdum etiam noctu vident 31
Oculi cur feneſtræ animæ dicantur 14
Oculo bono benedixit Dominus 15
Oculorum vis & efficacia quæ 13.14
Oculorum vim in laſcivis amoribus Itali pulchre deſcribunt 14
Oculorum viſus metaphorica locutione etiam ad mentem transfertur ibid.
Odia veteris inimicitiæ redintegrare inconciliati nebulonis eſt & protervi. 264
Olympias ſub ſpecie Iovis Ammonis compreſſa cum Dracone, Alexandrum Magnum peperit 31
Olympiadis querela de filio Alexandro mortuo & inſepulto 32
Opes humanæ ſubito affluunt, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt. 153
Ophytæ ſectarij Chriſto impio dogmate ſerpentem prætulerunt 34
Oppidum in Hiſpania à cuniculis ſuffoſſum 52
Ὀπλασία quid vocetur 60
Oratio Pertinacis Cæſaris ad ſenatum Romanum habita, quæ 264
Oratio Cyri Perſarum Imperatoris de fugiendo ocio ad amicos habita. 135.& 136
Oratio Leonardi Lauretani ducis Veneti de felitate Reipublicæ Venetæ. 203
Oratio vultus animi eſt, ſi circumtonſa eſt & fucata, manifeſte oſtendit, illum non eſſe ſincerum, & habere aliquid fracti 17
Oratio extenſione manuum in ſacris literis ſignificatur 4
Orates præſes Cyri Regis Polycratem callide ad ſe accerſivit eumq; cruci affixit. 242
Ordo Ieſuatarum vulgo fratrum ignorantiæ 71
Orientalis Indiæ incola, ex Gangaridum ſeu Bengalarum gente oriundus, ad trecenteſimum trigeſimum quintum annum, vitam produxit 278
Ornamentum mulierum quod 160
Ornamenta muliebria ex Tertulliano quæ 170
Orthodoxi Epiſcopi de ſævitia Circumcelliorum apud Impp. Arcadium & Honorium conqueruntur 24
Oſcillum quid 157
Oſcilli monumentum Tarracone repertum ibid.
Oſmani milites Turcæ appellari nolunt. 94
Oſtrogothi & Longobardi quo pacto ſuum imperium in Italia firmarint. 207.& 208
Oves per Indiam occidentalem camelis perquam ſimiles præter toroſi pectoris ſtrumam, equorum magnitudinem exæquant 353.354

P.

Paches Athenienſium dux propter fidem Hippiæ datam, & ſub doloſo prætextu non ſervatam reprehenditur. 303

Digitized by Google

Pactiones jurejurando facta inter Ludovicum XI. Galliarum regem & Carolum ducem Burgundiæ 308

Palma nova Venetiarum quare condita. 207

Palmæ amor 326

Palus quædã temporibus Alexandri Pyrrhi Ægyptias fabas per biennium feraciter proferens exaruit 279

Patriciæ Venetæ quot aurei in dotem deputatæ ſint 182

Pariſiana urbs antiquitus conſecrata, ut non ibi incendium prævaleret, non ſerpens neq; glis appareret 42

Pariſiani cuniculos pontis mundaturi, ſerpentem gliremque æreum invenerunt, quibus ablatis & ſerpentes extra numerum ibidem apparuerunt. ibid.

Pariſienſis civis ætate pene puer, malitia veteranus in Regis Chriſtianiſſimi Henrici IV. necem conſpirans ſupplicio afficitur 25.26

Parricidis cur animalia diverſa naturæ adjungantur 368

Parſimonia & vilitas veſtium olim in ſobrio ſeculo fuit 169

Pauli Guiniſij Lucenſis lubrica fortuna. 243

Paupertas vera 294

Pauſaniæ & Simonidis hiſtoria 158

Peccatum ex homine ad hominem, ſed ex Diabolo ad Diabolum non tranſit. 4

Peccata quinque Sodomæ quæ ſint? 138

Pediculi, pulices, cimices, vermes & alia inſecta cur hominibus bellum inferant. 50

Pejerans per genium multo gravius puniebatur, quam per Iovem 55

Perdiccæ audacia 335

Perennis Commodi Imperatoris primarius dux ob inexhauſtam divitiarum ſitim, intolerabilem ſuperbiam, libidinem imperandi & alia vitia una cum filio interfectus eſt 223

Perfidia Solimani Turcici regis, in Hebraymum Baſſam 308.309

Pericles Athenienſium Imperator, ut ignava, turbulenta & ſeditioſa plebe civitatem levaret, ſingulis annis claſſem ornabat 91

Periclis conſilium erga Athenienſes de vincendis Lacedæmoniis 199

Pericula atrocia & damna plerunque ex malis conſiliis oriuntur 200

Perjurium fraude aſtringitur 303

Perpurgatam habens conſcientiam, etiamſi detritis pannis amictus ſit, & cum fame luctetur, æquiore animo eſt, quam qui vehementer luxu affluit. 154

Perſici mores de radendis capillis qui. 173

Perſona unica plures Dominos feudi, ſed diverſo reſpectu habere poteſt. 251

Perſonæ ſuſpectæ olim duello probabantur. 75

Pertinacis Cæſaris Romani oratio ad ſenatum quæ 264

Peſcennini nigri continentia 381

Peſtis nulla major & capitalior eſt generi humano & juſtitiæ, quam eorum, qui dum maxime fallunt id agunt ut boni viri eſſe videantur. 200. & 201

Petrus Lombardus Pariſiorum Pontifex obtinuit ut plebi capillos alere liceret. 173

Πετρόβολον *tormenti bellici genus Romanorum* 117

Petrus Torellius Anca conceſſit victoriam hac conditione ut nemini mortalium ſe victum aperiret 83

Petrus Torellius & Hieronymus Anca Hiſpani Valledoleti ineunt duellum. 84

Petrus Pontius Monachus ordinis Benedicti natos ſurdos ſcribendo loqui docuit. 28

Petrus Quinqueranus leges Maſſilienſium, licet Chriſtiani pietati haud leviter refragantes, tamen quodammodo defendit 182

Pharaonis impietas non leonibus aut urſis ſed viliſſimis vermibus & inſectis punita. 49

Philenorum duorum Carthaginenſium fratrum amor in patriam 191

Philippus Rex Macedonum fuſis Athenienſibus, licet fortuna evectus, tamen rationi ſubdidit appetitum, neque contumelioſe aut intemperanter aliquid fecit. 158

Philippus Bonus Dux Burgundiæ morbo impulſus comam raſit, idque etiam nobilibus ſuis mandavit 173

Philo author ſapientiæ Salomonis 34

Philoſophia inertia quid doceat 137

Philoſophorum præcepta non ad ſananda vulnera ſicut ſacræ literæ idonea ſunt, ſed tantum ad cicatrices nonnulla remedia afferunt 155

Phocion quadragies quinquies Athenienſis exercitus Imperator creatus, & tamen à vulgo occiſus eſt 215

Phyſiognomia 196

Phyſiognomi non ſolum naturales cujusque mores & ingenium dignoſcere, ſed & fortunam prænunciare volunt. ibid.

Phyſiognomica indicia quæ ex naſo obſerventur 9

Phyſiognomica & metopoſcopica complexiones hominum, ſigna mentis & cogitationes plerumque proferunt. ſed omnes interiores receſſus non patefiunt 6

Pij in cruce & adverſis rebus peculiares habent conſolationes, ex ſacris literis depromptas 155

Pij interdum etiam diabolicos inſultus pati coguntur 64

Pipinus Rex Galliæ cum ſeptendecim annos regnaſſet ex hydropiſi Lutetiæ Pariſiorum obiit 231

Pipinus Caroli Martelli filius juſſu Zachariæ Pontificis Romani ab Archiepiſcopo Bonifacio Rex Galliæ coronatur ibid.

Piſcis Mattius amans hominum 324

Platanus arbor genialis 54

Plebeij & ex humili genere orti immemores ſuæ ſortis plerumque ambitione inſolenter ſe efferunt, aliosque deprimere conantur 219

Plebs eſt res inſtabilis, inſtar marinorum fluctuum, accedentium & recedentium. 215

Plebs commota modum nullum tenere poteſt, ſed pro arbitrio inconſulto, modo hos, modo alios pro amicis inimicisve abſque certa diſcretione habet. 216

Pluri-

Plurima pars hominum ſua ſorte non contenta 152

Plutarchus de Genio Auguſti & Antonij quid ſenſerit 155

Polycrates Samij Tyrannus ab Orete Cyri regis præſide Sardes callide vocatus ibique cruci affixus 242

Polycrates Samij Tyrannus primo omniũ feliciſſimus, paulo poſt omnium calamitoſiſſimus factus ibid.

Pontifices, & Chriſtianiſſimi principes cur conſecrationes uſurparint 67

Popelus II. una cum filiis ſuis omnibus in turri à muribus corroſus 46.53

Popelus II. Rex Poloniæ impius principes Pomeraniæ pro ſua ſanitate necari juſſit. 46

Popeli II. uxor propter nefanda homicidia Deo ultore juſto, à muribus exeſa. ibid.

Populus ſeditioſus reveritus Maximilianum Cæſarem 18

Portentum aliquod in confinio Angliæ & Normanniæ in duabus mulieribus viſum eſt 276

Præciſio crinium gravis infamia & injuria olim fuit 171

Prædominantes vitiis & voluptatibus veri reges & domini appellantur 150

Præfica 106.170

Præſcientia immundis ſpiritibus conceſſa certis terminis reſtricta eſt 6

Præſides publice togati non minorem utilitatem afferunt, quam qui bellum gerunt 212

Præſtigiatores in Aſia ſerpentes circumferentes qui 163

Precatio diſcipulorum pro eligendo Matthia ad Apoſtolatum 13

Preces abſq; omni ſimulatione fiant 3

Precatio ardens è ſumma cordis ſcaturigine promanat 4

Primi homines cur genitalia ſua texerint. 176

Primislaus II. Bohemorum Dux ab agro ad imperium vocatus 233

Principes prudentes ſe non ocio mancipent 135

Principium omne in cunctis negociis grave 139.140

Principes viri proditoribus interdum non ſolum aureos montes dum aliquid cupiunt fieri promittunt, poſt rem vero confectam nõ ſolum aut nihil, aut perpauca præſtant, ſed oblique, aut nonnunquam aperte proditionem exprobrare ſolent 154

Principes plures voluptas potius quam crudelitas perdidit 149

Principes omnes qui ſapientia maxime inſignes fuerunt in amicorum copia magna, ſibi & poſteris comparanda diligentiam præcipuam adhibuerunt. 194

Probationes in rebus dubiis ad indagandam veritatem a veteribus quot modis factæ fuerint 66

Probationes per duellum, ferrum candens, aquamque calidam & frigidam tempore Carnotenſis Epiſcopi Iuonis in cauſis ſecularium admiſſa, at non in Eccleſiaſticis 71

Probationes facta per duellum [illegible] ocandenti & aqua oleoque ferventi prohibita 66

Probitas interdum cauſa paupertatis. 142

Prodigus is eſt, qui ſua omnia ſibi neceſſaria diſtribuit, etſi non omnino indignis

dignis: deterior adhuc qui talibus largitur ſua & aliena: omnium peſſimus qui conſumptis jam propriis rapit aliena tribuitque indigniſſimis 239
Proditores, licet initio grati iis quibus profuerunt viſi ſunt, attamen paulo poſt pœnas dignas ſuſtinuerunt 252
Proditoris Ladislai Kerezini præmium 259
Prohibitio Moſaica in avibus cum ovis vel pullis ex nido non auferendis ob quam cauſam facta ſit 313
Propagatio ſobolis Romanis cura 270
Proregis Scotiæ & Cancellarii conſilia pro patria adverſus inteſtina bella, odia, factiones & ſimultates quæ 201
Proſperitas noverca virtutis beatulis ſuis ſic applaudit, ut noceat 244
Proſpiciens male ſuis rebus, nunquam ille bene conſulit alienis 210
Protectio divina & miraculoſa Iacobi VI. Regis Scotorum, quæ Perthi accidit 24.25
Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex potentiſſimus ſeptuaginta interpretes, regiis & ampliſſimis muneribus auctos in patriam remiſit, & Eleazarem Pontificem ſuis literis rogavit, ut ſi quis ex his viris ad ipſum redire vellet, hoc permitteret 236
Publicæ res ſemper anteponendæ ſunt privatis 194 201
Pudicæ virginis exemplum 163 164
Pudicitia ornamentum matronarum, non veſtes 160
Puerulus quidam parentes ſuos & fratres cum vinculis eſſent aſtricti, juſſu patris univerſos gladio confecit 191
Pugna inter Danos & Suecos quæ & quando facta 110.111
Pulvis tormentorum quomodo inventus 116
Pulveris nitroſi vis quanta 120
Purgatio candentis ferri uſitata olim & frequens fuit 68.69
Purgationes vel probationes quæ fiunt aqua calida frigidave aut candenti ferro carbonibusve vel duello, in jure canonico cur vulgares appellatæ 71
Purgationes vulgares cur furioſa appellata ibid.
Purgationibus vulgaribus tantummodo Deus tentatur ibid.
Puritas mentis Deo magis quam victimis præſtanda 5
Puteus aquarum acidarum de quibus quis precium ab hominibus expoſcebat, exaruit 280
Pyaſtus Cruſphicenſis Popelo II. à muribus portentoſe abſumpto, Princeps Poloniæ creatus 32
Pyrrhus Epirotarum Rex ſingulari certamine hoſtem magna corporis ſtatura à quo fuerat provocatus, proſtravit 77
Pythagorici manſuetudinem erga feras commendant tanquam humanitatis ſpecimen 311

Q.

QValitates boni conſiliarii quæ 200
Quintius Cincinnates tertium conſulatum repudiavit, ac in ſuum tugurioluin redit, victumq; propriis manibus labore & ſudore, vitans ocium quæſivit 140.141
Quiloæ regis Machometis Anconii hiſtoria 191.192

Quintilianus quid de vultu ſenſerit 21

Quintius Cincinnates à Senatu Romano conſul creatus plorans: quiſnam agellos eo anno ſereret 140

Quintius Cincinnates afflicta Romana Republ. Dictator creatus de agris ſuis incultis conqueſtus 141

Quintius Cincinnates parta inſigni victoria ab Æquis, poſt triumphum, repudiato agro armis quaſito, mancipiis, pecuniis aliiſque donis ex præda, nihil eorum quæ à ſenatu aliiſque offerebantur, accepit, ſed ad ſuum agellum rediit, & laborioſam vitam regiæ antepoſuit ibid.

Quinti Cincinnatis laborioſa induſtria & fuga ocii 140. 141

R

RAnarum multitudo & tanta vis in Pæonia & Dardania delapſa, ut publicas vias privataſque domos impleverint 52

Raptus liberorum Chienſium à Turcis factus 103

Raſura capitis cur olim vetita 171

Ratio equos noſtros domandi alia nunc eſt, quam ſuperioribus temporibus 350

Rebecca Iacobum filium ſubornavit, ut cibo allato fratrem Eſaum præveniret 30

Reges olim eligebantur qui forma & proceritate corporis cæteris præſtiterunt 20

Regibus non de quærendo ſed tenendo laborandum 209

Regio nulla undecunque beata, aut omnibus numeris felicitatis perfecta dici poteſt 27

Regionum differentiæ quæ ibid.

Regium eſt male audire & benefacere 377

Regnum Romanum luxuria & voluptate everſum 130

Regna plurima plerunque ſere origenetenus, excepto Veneto, everſa ſunt 204

Regula Chriſtiana quo pacto à D Bernhardo examinetur & perpendatur 228. 229

Reipublicæ proclivius nihil eſt, quam ut nutet, langueſcat, intereat & collabatur tota, quando hoc illi proprium eſt, ut in ea ſuum quiſque privatim ſpectet emolumentum 186. & 187

Religio Genii tanta ut per eum pejerans fuſtibus caſtigaretur 55

Relinquentes poſt ſe factorum memoriam æquiori animo è vita decedunt 124

Rem partam ſervare difficilius quam acquirere 208. 209

Remedium contra voluptates labor eſt 151

Remedium contra leones irruentes 330

Rhenus & Danubius ſunt limites Imperii Romani 89

Res proſperæ & adverſæ à nonnullis fortunæ ludibrio, & fatis attribuuntur 156

Res alienas fortitudine quærere, & ſuas per ignaviam amittere non eſt prudentis, neque generoſi hominis 209

Reſponſio Sigiſmundi Imperatoris de quæſtione cur doctos viros plus quam indo-

indoctos foveret 239
Reſpublica Veneta præ cæteris cautiſſima 202
Reſpublica humano corpori comparatur 185
Reſpublica Veneta non ſolum libertate retenta, in Italia amiſſa recuperavit, ſed etiam Imperium dilatavit 203
Reſpublica proſpero utens ſucceſſu privatorum omnes calamitates ſublevare poteſt 189
Reſpublica ſimilis eſt uni homini, in quo per quandam proportionem ac ſimilitudinem animus ſenatum, corpus vero plebem refert 214
Rex David Dei laudes à puro corde exorditur 4
Rhinocerotes omnes mares 375
Rhinocerotis cornu Monaci monſtratur ibid.
Riſus triplex 109
Riſus ſæpe noxius ibid.
Richardis Caroli III. Imp. Conjunx ferrum candens, pro defenſione pudicitiæ, tetigit 68.69
Ritus priſcorum Romanorum belli indicendi 342
Rodericus ultimus Rex Gothorum ſcelerate à Iuliano proditus 255
Rhodi quidam Magiſter materiam commendandi & vituperandi ex facie & forma corporis Iſmaelem Sophi Perſarum, & Selymum Turcarum Reges ſumpſit 19.20
Rhodos Inſula omnium pugnaciſſimos gallos habuiſſe fertur 340
Rolandus Heros Caroli magni ſororis filius 121
Rolandi gladius alio nomine Durandalus ob duritiem dictus ibid.
Rolandus Comes Flandriæ in duello vicit ac interfecit Zimoſcum Regem Friſiæ 118
Roma caput orbis terrarum paſſim appellata 204
Roma olim Valentia & Cephalon appellata 35
Roma à D. Hieronymo Babylon vocata 37
Roma urbs ſexies à Veſtrogothis, Oſtrogothis, Herulis, Vandalis, Hunnis, Longobardis intra C. & XL. annorum decurſum, oppugnata, occupata & deſolata fuit 204
Romana urbs Ariſtocratica gubernatione florens magnam partem orbis terrarum in ſuam poteſtatem redigit 184
Romana urbis nomen quadruplex 36
Romani an olim tormentis bellicis inſtructi fuerint 116
Romani adſervandam fidem in juramentis præſtandis, quoſdam peculiares ritus obſervarunt 306.307
Romani olim Lanuvii Draconem religiosè coluerunt 34
Romani cur equi effigiem in ſignis prætulerint 346
Romani veteres cur laribus ſuis canes adjunxerint 364
Romani ſtrenuè operam dederunt, ut non ſolum copioſa proles, præſertim maſcula procrearetur, ſed etiam ut ea vivida & ſana eſſet 276
Rom. Princ. multis medicis celebrioribus pro annua mercede ducenta quinquaginta ſeſtertia, i. e. ſex millia ducentos & quinquaginta aureos numerarũt 237

Digitized by Google

Romanorum ritus in ſanciendis fœderibus qui 306.307
Romanus miles quomodo definiatur 89
Romuli lex capitalis ſuper eos, qui ſe nudos fœminis præbuerunt 174
Rubeculæ avis imperioſa arrogansque natura 225
Ruach quid 72
Rubeta virulentiſſimum animal formicis eſca. 35
Rudolphum I. inter alia copioſa ſua proles ad Imperium promovit 268

S.

SAga quando torquentur, cur plerumq; non lachrymas emittant 107
Sacerdotes olim adhibitis certis ceremoniis & diris execrationibus ex hauſtu aquæ, quæ adulteræ amara, caſtæ autem fœminæ ſuavis & innocua erat delatarum uxorum delictum & innocentiam probarunt 71
Sacramenta aurum non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur 278
Saladinus Sultanus Ægypti omnem funebrem pompam excepta tunica atri coloris prohibuit 226
Saladinus Sultanus Ægypti, imperii dilatandi cupidiſſimus ibid.
Saladinus ex uſu vini immodico, duos monachos ordinis Ciſtercienſis, legem Mahometicam eſſe præſtantiorem Chriſtiana, convicit ibid
Sapienti nihil æque cavendum, atque illud ne ad aliorum opinionem vivat, neve quod populus probet, circumſpiciat, ſed rectam rationem potius ducem & gubernationem vitæ ſtatuat 214
Salmoneus Aeoli filius fabricato ponte æneo magnis curribus cœleſtia tonitrua imitabatur 117
Salſugo maris unde? 113.114
Salutem Reipubl. in anciliis conſiſtere Romani putarunt 41
Sathanas ad ſuum regnum propagandum maximè voluptatibus & otio utitur 151
Sathanas in Angelum lucis ſæpe ſe transformare ſolet 58
Sathan attente hominum complexionem obſervat, ut ſe inſinuandi & nocendi occaſionem habeat 6
Satan tentator in deſerto quo pacto Chriſti oculos præſtrinxerit 108
Savanarola judicium ignis noluit ſubire 74
Saul inflexibili pervicacia Deum averſatur 11
Saul primus rex Iſraelitarum ob corporis proceritatem formamque egregiam maximè commendatus 20
Schvveikerus civis in ſalinis Suevicis natus, carens brachiis, omnia pedum adminiculo mirificè & ſolerter facit 28
Scientia gallo attribuitur in ſacris literis 310
Sclopeto uſus eſt Zimoſcus Rex Friſiæ in duello contra Flandriæ comitem Rolandum 118
Scommata & convicia nullam vim habere videntur 265 266
Scriptura per malignum oculum, parcum, invidentem, immiſericordem, qui non libenter miſeretur pauperum,

rum, intelligit 14

Secta una evertit aliam ut prior obſirmetur 24

Seditiones ab exercitu ſuo arcere volens, otioſos tantum abigat 135

Sedulitas nimia & importuna cura, interdum plus quam ignavia nocuit 50

Segnis inventa, egens ſenecta 138

Sejanus ex equeſtri familia natus magnæ fortunæ majoribusque periculis expoſitus fuit 220 221

Sella ignaviæ ſymbolum, ut canis contumaciæ & impudentiæ 367

Selymus Turcarum rex crudelis 20

Selymus pœna & præmio vim imperii tuetur ibid.

Selymus torvæ faciei Scythicoque pallore ſuffuſæ fuit ibid.

Selymus quindecim exploratores, qui Corchutum fratrem ceperant, decollare juſſit 257

Senatores prodigi, & voluptatibus indulgentes, magno detrimento Reipublicæ ſunt 128

Senatus Capuenſis ob ſuperbiam à Romanis ſecuri percuſſus, & cives ſub haſta venditi fuerunt 126

Seneca utpote gentilis, tamen acutior & religioſior cæteris miſeriam humanam ſenſit 156

Seneca licet gentilis tamen pius 7

Senecæ faceta hiſtoria quæ noſtris temporibus & moribus pulchrè convenit 29.30

Senecæ obſervatio & judicium de moribus & vultu humano 17

Senecæ memorabilis querela de luxu & incontinentia mulierum 177

Senenſis Reipublicæ diſſenſio graviter taxatur 186

Senes cur deſtituantur viſu 29

Senſus quinque pulchrè in ſacris in Iſaaco Patriarcha deſcribuntur 30

Senſus viſus reliquis multo excellentior ibid.

Senſus quorundam animalium ſuperant hominis 315

Sepultura Ægyptiorum 405

Sepultura bonos nulli negari debet 267

Serapias Alexandrina mulier quinque liberos uno fœtu peperit 272

Serapidis templum in Ægypto, à Nerone dirutum 217

Serpens erectus à Moyſe ſanat Iſraelitas 34

Serpens immenſa magnitudine in arce Blmerſelden / *quæ Friſingenſis Epiſcopi eſt, viſus eſt* 35

Serpentes, in quibus habitat Diabolus, in Aſia circumferuntur 163

Serpentem ac Draconum cultus 34

Serpentis Exuvia 220. *pedum* 246

Seſacus Rex Ægypti quinto anno Ieroboami filii Regis Salomonis templum Hieroſolymitanum & domum regiam ſpoliavit 137

Seſoſtres in ſuis expeditionibus otioſas gentes & imbelles cippis lapideis muliebribus genitalibus notavit ibid.

Sextus Pacuvius ſe pro Auguſti ſalute devovit 191

Sicarii, Aſſaſini, & alii ſcelerati homines ad necem magnorum virorum conducti quando ſcelerata ſua facinora perficere conantur, ex mala conſcientia perturbantur, ſtupidi & recordes fiunt 25

Digitized by Google

INDEX.

Sigiſmundi Epiſcopi Quinqueeccleſienſis integritas 162

Sigiſmundus Romanorum Cæſar, Ioannes 22. Pontifex. Max. & Mocenicus legatus dux Venetus uno eodemque tempore delecti ſimul convenerunt 22

Sigiſmundus Imperator erga literatos & doctos viros admodum munificus & liberalis 239

Sigiſmundus Romanorum Imperator ob manſuetudinem valde prædicatus 263

Sigiſmundus Archidux Auſtriæ numeroſo exercitu, & auxiliariis copiis Electorum & Principum imperii Venetis bellum intulit 80

Significationes ſacræ de manuum ſymbolo quæ 196.197

Silvius Dux Venetus uxorem habuit Conſtantinopolitanam, fœminam omnis generis delitiis deditam 164.165

Simonidis & Pauſaniæ hiſtoria 158

Simulatio à precando procul repellatur 5

Simulatores & hypocritæ qui 11

Simulacra Feroniæ in numiſmatibus olim inventa 70

Singularia certamina in obſidione Florentina facta quæ 79

Siniſtra in ſacris ſignificatio quæ 197. 198

Siniſtra manus ad res agendas minus habilis quam dextera eſt ibid.

Σκέλετον apud Ægyptios in conviviis circumlatum cur 156.157

Socius ſocium in periculo defendere debet 378

Societas humana inſtar unius corporis eſſe debet, ut unumquodque membrum ſuum officium faciat ne alii impedimento ſit 185

Socrates conſulens phyſiognomica pronunciatur ſtupidus & bardus 9

Solertia leporum quæ 386

Solymanni Imperatoris Turcici, perfidia in Hebraimum Baſſa 308.309

Sophi Iſmael Perſarum Rex pulcherrima natura videlicet decora facie ornatus 19.20

Soracte mons 69 70

Sordidius nihil eſt & crudelius, quam cum Rempubl. ii arrodunt, qui nihil in eam ſuo labore contulerunt 189

Statua Alexandrina à Chriſtianis dejecta 217

Statua fatalis in ædibus angularibus urbis Peræ prope Conſtantinopolim 41

Statua Niconis pugilis Thaſii inſectantem ſe, ſubito caſu oppreſſit 310

Statutis, ſuperſtitionibus, prædictionibus, & tabulis nimiam fidem adhibentes, tandem triſtem eventum ac perniciosum exitum ſentiunt 45

Stephanus Polonorum Rex fortiſſimus uſum bombardarum probè calluit 119

Stephani Poloniæ Regis fortiſſimi & bellicoſiſſimi liberalitas 241

Stipendia & ſalaria parentum defunctorum apud Venetos non ſolum ſuperſtitibus veluti hereditario jure conferuntur, ſed etiam filiæ nubiles ex fiſco honorificè dotantur ibid.

Stips pauperum magnus theſaurus 290

Strudel *in Danubio quid ſit* 60

Strudel *locus Teutonibus infamis perniciosuſque navigantibus* ibid.

Strudel

Strudel & Reſſel *loca periculoſiſſima in Danubio quomodo differant* ibid.
Stupore nimio correptus lachrymas emittere non poteſt 105
Sparta à Deo accepta ornanda eſt 210
Spectra occurrentia quo attentius aliquis ea intuetur eo horribiliora apparent 59
Spectra plerumque noſcuntur ex oculis, inceſſu & dimotione pedum ibid.
Spectrum Bruto apparuit 56
Specus cordis ita ſunt occulti ut plerumque ipſe homo ignoret, quid in eis ſit abditum 7
Spiritus Sanctus quos tepidos vocet 12. 13
Spiritus & dæmones an ſub ſpecie caſtitatis puros & caſtos diligant 4
Spiritus corpore nudati an fœminarum amore capiantur , aut ex eis quicquam naturali modo generari poſſit ibid.
Spiritus maligni ſi humana forma ſe exhibent, plurimum atri ſunt, aut aliis proceriores, aut exiliores ut nani 62
Stuprum violentum præciſis Barbæ pilis punitur 171
Suecorum & Danorum gravis & anceps pugna maritima 110.111
Sulficar ſive Acinax Alis quid 122
Sultanus Zeinalus egregia navi adverſus Luſitanam claſſem ſe defendit 113
Superbia & ſecuritas ex luxu, deliciis & mollicie naſcitur 126
Superbi alios faſtu deſpicientes minimè perferendi ſunt 128
Superbus omnis fatuus : & contra 225
Sybaris urbs fortunatiſſima ab Achæis condita in medio duorum fluviorum Crathidis & Sybaritidis ſita 126
Sybariticum dicitur omne quod eſt molle, effœminatum, & deliciis deditum ibid.
Sybariticum convivium quod ibid.
Sybaritæ gallum in urbe eſſe prohibuerunt, ne nocturni ſomni quietem interpellaret 340
Sympathia in arboribus quibusdam 326

T.

Tabula ænea à puero ludibundo in amne inventa, in qua clades & calamitas urbis Sueſſionum, antequam ea contigit, deſcripta erat 44
Tabella marmorea Neapoli videtur oſtendens veterem ſacrificandi uſum 3
Tamerlanes Scytharum Imperator ob maximas res geſtas orbis terror & clades orientis nominatus fuit 234
Tamerlanes humili militia loco ad Cæſaream dignitatem ob virtutes evectus ibid.
Tamerlanes alio nomine Temir Chan appellatus ibid.
Tamerlanis victoria contra Bajazethem, & colloquium cum eodem ibid. & 235
Tamerlani Scythica inſolentia 176
Tamerlanes loripes quomodo effectus 234
Tarenti in regno Neapolis fata quædam facta 44
Tarantula venenatiſſimum animalculum, miris modis infenſum eſt agricolis 317

Taran-

Digitized by Google

Tarantulæ deſcriptio auctore Alexand. de Alexand. 318
Tarpeja virgo Veſtalis cum Sabinis urbem prodidiſſet, à Sabinis armis necata & ſepulta 254
Tarpejus Mons quis ibid.
Tarracona Aragoniæ urbi quales Genii deſtinati fuerint 55
Tartari vel Tatari 380
Taurorum continentia 381
Taurorum ac Boum Arelatenſium feritas 382
Taurus irritatus ficui alligatus quieſcit tactumque admittit 380. 381
Telemachus Vlyſſis filius in aquas corruens Delphinorum beneficio receptus, ſalvus in littus exponitur 323
Temperantia & vigilantia in victu ad pellendas voluptates proſunt 150
Tertulliani & Thomæ de Aquina opiniones de facto Tuciæ & Claudiæ Virginum Veſtalium 70
Teſtis oculatus plus valet, quam auriti decem 13
Theagenes ad ſacrificia Æthiopica deſtinatus pugnavit cum Tauro 384. 385
Themiſcyrenſes deliberatione longa contra oppugnationem Luculli ſe defendunt 50
Theodoricus Rex Oſtrogothus Theodimeri filius, interfecto Odoacre Herulorum rege Italia potitus eſt 207
Theodoricus Oſtrogothorum Rex quo pacto Italiam benè gubernarit ibid.
Theophilus Imperator Græcus calvaſter, edito edicto crines ab omnibus tonderi juſſit 173
Thermæ quædam ſalutares Germaniæ dum non omnibus volentibus uti gratis, ſed exacto precio permitterentur, planè exaruerunt 279
Theſauri quales comparandi 286
Theſaurus Domini ille verus eſt, qui operatur, quod ſanguis ejus operatus eſt 287
Theſaurus Venetus qualis 288
Thomæ Aquinatis ac Tertulliani opiniones de facto Tuciæ ac Claudiæ Virginum Veſtalium 70
Tiberius Cæſar Draconem in deliciis habuit, eique ſua manu cibum adminiſtrare ſolitus 35
Tiberius, Heliogabalus aliique Imperatores ita fuerunt obſcœni, ut nudas puellas ſibi cœnantibus miniſtrare, atque etiam currum trahere voluerint 176
Tiberius ſecundus Imperator Græcus utilem & piam rationem in diſpenſandis theſauris habuit 290
Tiberii ſecundi Imperatoris Græci liberalitas erga egenos & captivos ibid.
Timotheus Mileſius in Muſica & modulis præſtans fuit 319
Titus Veſpaſiani filius in obſidione urbis Hieroſolymitanæ ſolus exiens explorare ſitum civitatis multis ſagittis & telis petitur, ſed ope divina conſervatus incolumis in caſtra conceſſit 22. 23
Titus Veſpaſianus dixit bonum principem injuria affici non poſſe 266
Torellius provocat Aneam ad dimicandum 84. 85
Torlaqui Turcici impoſtores & errones ſub ficta ſanctitate homines decipere ſolent, ideoque Turcis prudentioribus ob hypocriſin deteſtabiles ſunt 298

Tormenta bellica cum pulvere nitroſo, ſicut & ars Typographica multis ſeculis antequam noſtratibus cognita, fuiſſe quidam autumant 116
Tormentorum bellicorum novorum deſcriptio 120
Trajani & Adriani moneta genij imagine dextra pateram porrigenti, læva vero propendulum flagellum tenenti, conſignata 54.55
Troja urbs celeberrima anno trecenteſimo poſtquã condita fuit à Dardano Tuſco occupata, & penitus everſa ab hoſtibus fuit 204
Tyrij obſeſſi ab Alexandro Magno 138
Tyrij per inſomnium viſi ſunt ſibi andire Apollinem dicentem, ſibi ea quæ in urbe agerentur non probari, ideoq; ſe ad Alexandrum abire ibid.
Tucia virgo Veſtalis ſuſpectâ pudicitia adhibitis adjurationibus aquam cribro ex Tyberi apportavit 70
Turca vel Turman quid ſignificet 94.95
Turcæ levi momento terrentur, & ceu dama fugiunt ibid.
Turcæ hoc tempore in ſervando ordine diſciplinaq; militari omnes nationes antecellunt 95
Turcarum mos ex amuletis collo circumligatis contra vulnera quærere remedia 300
Turcarum Rex duodecim millia Genizarorum in omnibus ſuis regionibus habet 97
Turcarum Imperator ſingulis annis certos homines in omnes provincias mittit, qui de pueris è Chriſtianis hominibus natis tertium aut quartum quemque poſſunt ibid.
Turcarum fides fluxa 100
Turcarum crudelitas in captos Chriſtianos ibid.
Turcæ non ſolum præ reliquis gentibus uxorum pudicitiæ ſtudent, ſed etiam Zelotypi ſunt 144
Turcæ uxores ſuas domi occluſas ſervant atq; abdunt ut vix ſol aſpiciat ibid.
Turcarum opinio eſt, fœminam ſine potiundi libidine ac proinde ſine mentis labe conſpici non poſſe ibid.
Turcæ in occulta vitia non valde inquirunt, ne locum calumniæ aperiant, manifeſta vero graviter puniunt 177
Turcæ ex animalium cruciatu voluptatem quæri non ferunt 312
Turcæ ſe ipſos Iſlamos hoc eſt unanimes & pacificos appellant 94
Turcæ erga omne genus animantium ſe præbent indulgentes, ſed maxime pinnigerum 311.312
Turcicum imperium magis metu & violentia partum adbuc conſervatur 211
Turcicæ mulieres inter ſe ipſas mutuo amore, & libidinoſis actionibus flagrant 177
Turcica fœmina veſtitu viri virgini Turcicæ formoſiſſimæ nupſit ibid.
Turcicorum militum diverſa genera 96
Tyranni Sacrificuli Saturni impoſtura 217.218

V.

Valvæ templi Epheſini cupreſſina materia fabricatæ fuerunt 286
Vanitas vanitatum & omnia vanitas 159
Varietate nationum etiam natura variantur 100

INDEX.

Tarantulæ deſcriptio auctore Alexand. de Alexand. 318

Tarpeja virgo Veſtalis cum Sabinis urbem prodidiſſet, à Sabinis armis necata & ſepulta 254

Tarpejus Mons quis ibid.

Tarracona Aragoniæ urbi quales Genii deſtinati fuerint 55

Tartari vel Tatari 380

Taurorum continentia 381

Taurorum ac Boum Arelatenſium feritas 382

Taurus irritatus ficui alligatus quieſcit tactumque admittit 380.381

Telemachus Vlyſsis filius in aquas corruens Delphinorum beneficio receptus, ſalvus in littus exponitur 323

Temperantia & vigilantia in victu ad pellendas voluptates proſunt 150

Tertulliani & Thomæ de Aquina opiniones de facto Tuciæ & Claudiæ Virginum Veſtalium 70

Teſtis oculatus plus valet, quam auriti decem 13

Theagenes ad ſacrificia Æthiopica deſtinatis pugnavit cum Tauro 384.385

Themiſcyrenſes deliberatione longa contra oppugnationem Luculli ſe defendunt 50

Theodoricus Rex Oſtrogothus Theodimeri filius, interfecto Odoacre Herulorum rege Italia potitus eſt 207

Theodoricus Oſtrogothorum Rex quo pacto Italiam benè gubernarit ibid.

Theophilus Imperator Græcus calvaſter, edito edicto crines ab omnibus tonderi juſsit 173

Thermæ quædam ſalutares Germaniæ dum non omnibus volentibus uti gratis, ſed exacto precio permitterentur, planè exaruerunt 279

Theſauri quales comparandi 286

Theſaurus Domini ille verus eſt, qui operatur, quod ſanguis ejus operatus eſt 287

Theſaurus Venetus qualis 288

Thomæ Aquinatis ac Tertulliani opiniones de facto Tuciæ ac Claudiæ Virginum Veſtalium 70

Tiberius Cæſar Draconem in deliciis habuit, eique ſua manu cibum adminiſtrare ſolitus 35

Tiberius, Heliogabalus aliique Imperatores ita fuerunt obſcœni, ut nudas puellas ſibi cœnantibus miniſtrare, atque etiam currum trahere voluerint 176

Tiberius ſecundus Imperator Græcus utilem & piam rationem in diſpenſandis theſauris habuit 390

Tiberii ſecundi Imperatoris Græci liberalitas erga egenos & captivos ibid.

Timotheus Mileſius in Muſica & modulis præſtans fuit 319

Titus Veſpaſiani filius in obſidione urbis Hieroſolymitanæ ſolus exiens explorare ſitum civitatis multis ſagittis & telis petitur, ſed ope divina conſervatus incolumis in caſtra conceſſit 22.23

Titus Veſpaſianus dixit bonum principem injuria affici non poſſe 266

Torellius provocat Aneam ad dimicandum 84.85

Torlaqui Turcici impoſtores & errones ſub ficta ſanctitate homines decipere ſolent, ideoque Turcis prudentioribus ob hypocriſin deteſtabiles ſunt 298

Tormen-

Tormenta bellica cum pulvere nitroſo, ſicut & ars Typographica multis ſeculis antequam noſtratibus cognita, fuiſſe quidam autumant 116
Tormentorum bellicorum novorum deſcriptio 120
Trajani & Adriani moneta genij imagine dextra pateram porrigenti, læva vero propendulum flagellum tenenti, conſignata 54.55
Troja urbs celeberrima anno trecenteſimo poſtquã condita fuit à Dardano Tuſco occupata, & penitus everſa ab hoſtibus fuit 204
Tyrij obſeſſi ab Alexandro Magno 138
Tyrij per inſomnium viſi ſunt ſibi audire Apollinem dicentem, ſibi ea quæ in urbe agerentur non probari, ideoq; ſe ad Alexandrum abire ibid.
Tucia virgo Veſtalis ſuſpecta pudicitia adhibitis adjurationibus aquam cribro ex Tyberi apportavit 70
Turca vel Turman quid ſignificet 94.95
Turcæ levi momento terrentur, & ceu damæ fugiunt ibid.
Turcæ hoc tempore in ſervando ordine diſciplinaq; militari omnes nationes antecellunt 95
Turcarum mos ex amuletis collo circumligatis contra vulnera quærere remedia 300
Turcarum Rex duodecim millia Genizarorum in omnibus ſuis regionibus habet 97
Turcarum Imperator ſingulis annis certos homines in omnes provincias mittit, qui de pueris è Chriſtianis hominibus natis tertium aut quartum quemque poſcunt ibid.
Turcarum fides fluxa 100
Turcarum crudelitas in captos Chriſtianos ibid.
Turcæ non ſolum præ reliquis gentibus uxorum pudicitiæ ſtudent, ſed etiam Zelotypi ſunt 144
Turcæ uxores ſuas domi occluſas ſervant atq; abdunt ut vix ſol aſpiciat ibid.
Turcarum opinio eſt, fœminam ſine potiundi libidine ac proinde ſine mentis labe conſpici non poſſe ibid.
Turcæ in occulta vitia non valde inquirunt, ne locum calumniæ aperiant, manifeſta vero graviter puniunt 177
Turcæ ex animalium cruciatu voluptatem quari non ferunt 312
Turcæ ſe ipſos Islamos hoc eſt unanimes & pacificos appellant 94
Turcæ erga omne genus animantium ſe præbent indulgentes, ſed maxime pinnigerum 311.312
Turcicum imperium magis metu & violentia partum adhuc conſervatur 211
Turcicæ mulieres inter ſe ipſas mutuo amore, & libidinoſis actionibus flagrant 177
Turcica fœmina veſtitu viri virgini Turcicæ formoſiſſimæ nupſit ibid.
Turcicorum militum diverſa genera 96
Tyranni Sacrificuli Saturni impoſtura 217.218

V.

Valva templi Epheſini cupreſſina materia fabricatæ fuerunt 286
Vanitas vanitatum & omnia vanitas 159
Varietate nationum etiam natura variantur 100

Venatio cuniculorum 52
Venenum cicuta temperatum in civitate Maſsilienſi publice cuſtoditur, quod datur ei qui cauſas ſexcentis exhibuit 181
Veneta Reſpublica licet ſæpenumero potentiſsimos hoſtes, qui eam ad extrema propemodum coegerint, habuerit, tamen nunquam ſuppreſſa fuit aut ſuccubuit 202.203
Venetorum origo unde 206
Veneti populi tyrannide Attilæ Hunnorum Regis expugnati ſunt ibid.
Venetæ leges de dotibus quæ 122
Veneti ita grati, liberales & munifici erga patres ſunt, ut etiam in liberos eorum ea liberalitas propagetur 345
Veneti ingreſſuri in ſenatum iniurias apud D. Marcum ſeponere ſolent 202
Venetiarum urbs licet in mediis maris paludibus ſita ſit, tamen ſæpenumero valde perniciosa incendia pertulit 114
Ventus meridionalis ubi vim habeat obſtupefaciendi & congelandi 284
Venus cognomento μορφὼ apud Lacedæmonios pedicis circa pedes obvolutis oſtendebatur 38
Venus Gazæa marmore erecta quid 175 176
Verbum Dei in ſacra ſcriptura comparatur gladio acuto & ancipiti ad penetrandum 12
Verba Cornelij VVytflieti de cane Bezerillo 338
Veritas deprehenditur etiam in vultu 21.22
Vermes, angues & ſerpentes quare ex cadavere humano naſcantur 163
Vertagus generoſæ indolis 358.359
Veſtimentis induti homines non naſcuntur, nec cum auro argentoq; generantur 167
Veſtis domeſtica & forenſis quæ 168
Veſtium finis quis 167
Veſtium abuſus qui 166
Veteres bellatores pœnam militi ſtatuerunt qui ſcutum vel clypeum proiecit 124
Veteres pellibus corpora texerunt & nondum armorum uſu reperto, vim adverſariorum ſuorum lignis propulſarunt 169
Vguccio Fagiolanus homo luxurioſus & voluptuarius duas urbes integras uno prandio abſumſit 119
Victima impiorum eſt abominatio, quia cum peccato offertur 3
Victimis animalium Dij non egent 2
Victis ſolatio eſt, quod virtute præſtantis viri ceciderint 124
Victores victo regi Franciſco I. Galliæ cultu regio, dapibus atq; argentea ſupellectile miniſtrant 18.19
Victoriæ ſimulachri Romæ de cœlo tacti, ſolæ alæ deciderunt 38
Vindicta divina exemplum 49
Vipſanius Agrippa Auguſti Cæſaris familiariſsimus omnia ſua opera publicæ utilitati potius quam privatæ deſtinavoluit 188
Virgines in Caſtabalis Perſica Dianæ fano ſuper prunas nudis pedibus ambularunt 69
Virgo cogitationes ſuas puras ſervare debet 3
Viriatus aſſertor Hiſpaniæ à ſuis militibus interfectus 255

Viri olim non tantum uſum ſuum atque naturam, ſed etiam vultum, habitum, inceſſum, & totum, quicquid penitus aut in uſu, aut in ſexu viri in muliebrem tolerantiam converterunt 178
Viri olim ſub fœmineo habitu & velamento viris ſecurius nupſerunt, & quædam indicia menſtruoſæ impuritatis ſibi inſexerunt ibid.
Viri fortes ſua ſibi virtutis & præſtantiæ conſcii latratus minimorum canum id eſt ſcommata parvi pendunt 262
Virtus ſudore paratur 138
Virtutes egregiæ non raro in puſillo & deſpecto corpore latent 20
Virtutes amabiliores veniunt etiam ex pulchro & procero corpore ibid.
Vis & vigor leonum præcipue in oculis conſiſtat 330
Vim neque brutis, neq; aliis inanimis rebus nemo proprie infert 313
Vitia ſpecie virtutis ſunt venena validiſſima 201
Vitiis & voluptatibus prædominantes veri reges, & domini appellantur 150
Vivere ſub medicorum manu miſerrimum eſt 158.159
Vlpius Marcellus præfectus Angliæ media ſomno reſtitit 150
Vlyſſes naufragus corpore nudus ſed non virtute 18
Vlyſſem Phæacum multitudo venerata eſt ob virtutem ibid.
Vocabulum προσωνυμίας *unde veniat* 361
Volſienſis urbs olim à formicis deleta, & caſtrum formicarum appellata 49
Voluptas inhoneſta hominibus omni peſte pernicioſior eſt 148
Voluptates dominæ blandiſſimæ majores partes animi à virtute detorquent ibid.
Voluptates pilulis medicorum comparavit Adrianus Imp. 147
Voluptatibus obnoxium videri nihil ſervilius, nihilque abjectius eſt 149
Voluptatis uſura, mors ibid.
Voluptas & dolor ſeſe invicem comitantur 148
Voluptates non ſolum Reipubl. ſed etiam ipſis luxurioſis & voluptuariis, pernicioſæ ſunt 126
Voluptas Sybaritica 127
Vota cur poſt lotas manus fiant 3
Vratiſlaus à Bohem. victus & occiſus 254
Vrbis Romæ varia nomina 36.37
Vrbis Romæ proprium nomen cur celatum fuerit ibid.
Vrbs Romæ orbis terrarum caput quondam dicta 184.185
Vrbs Roma ob regnandi cupiditatem, occultum odium, privatum commodum accedentibus inſuper conſiliis juvenilibus cecidit ibid.
Vrbs Volumnenſium opulenta divitiis, ornata moribus, & legibus bene conſtituta, voluptatibus indulgens, in profundum injuriarum & turpitudinis prolapſa eſt 149.150
Vſturabim medicus, Bajazetem Imperatorem Turcarum juſſu Selymi veneno interficit 258
Vſturabim medicus ob interfectum Bajazetem capite plectitur ſalarij loco ibid.

Vſus rationis efficit, quod imperamus brutis, & potiores ius ſumus 313
Vtilitas publica anteponenda eſt privatæ 188
Vuelforum nobiliſſima proſapia 274.275
Vulgus bellua multorum capitum 213
Vulgi cupiditates inexplebiles cur 216
Vulnera inflicta æreis cuſpidibus corpori minorem inferunt dolorem, & facilius ſanantur, quam quæ à ferreis 285
Vultus ſecundum Ciceronem quid ſit 15
Vultus humanus ſapientia illuſtratur 16
Vultus præcipue in hominibus dominatur 21
VVilderolphus antiſtes Argentoratenſis exeſus à muribus 48
VVillegiſus Archiepiſcopus Moguntinenſis patre plauſtrario natus 232
VVillegiſus plauſtrarij filius recordans ſuæ humilitatis & infimæ ſortis ad maximas dignitates evehitur ibid.

X.

Xenocrates Platonis familiaris laudatur ob miſericordiam erga bruta animantia 317
Xerxi Darij filio quæ fatalia effoſſo vetuſti Beli monimento acciderint 43
Xerxi in ſomno bis ſpectrum apparuit, eumque additis minis ad bellandum inſtigavit 57
Ximenius Cardinalis & prorex Hiſpaniæ libellos famoſos floccifacere ſolitus eſt 262

Z.

Zaſius de miſeria humana quid ſenſerit 158.159
Zelotypia Germani non ut aliæ nationes laborant 143
Zelotypia mulierum vehementiſſimus morbus eſt 144
Zelotypia Turcarum quæ ibid.
Zelotypiæ morbo auſtrales tantopere conflictantur, ut plerique angore animi pereant ibid.
Zelotypia morbus Ioannæ Reginæ Hiſpaniæ, quæ in rabiem converſa 145.& 146
Zelotypiæ ſacrificio in lege divina deprehendebatur vel delictum vel innocentia delatæ uxoris 71
Zenobiæ continentia 381
Zigeuner ut proditores & exploratores hoſtium nuſquam in Imperio locum habere debent 298
Zimoſcus Rex Friſiæ, contra Rolandum Flandriæ Comitem ſclopeto uſus eſt 118. *Victus à Rolando & interfectus* ibid.

FINIS.